



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>







Polon. 58 d - 2

Lengnick

*Handwritten signature*

*Handwritten signature*

<36639400000015

<36639400000015

Bayer. Staatsbibliothek

96-2895

Hist. proof.

Polen.

GOTFRIDI LENGNICH  
I V S  
P V B L I C V M  
R E G N I  
P O L O N I

---

T O M V S I I.

R



EDITIO ALTERA, PRIORE CORRECTIOR ET AVCTIOR.

---

G E D A N I  
A P V D D A N I E L L V D W I G W E D E L  
1 7 6 6.



BIBLIOTHECA  
MAGIA  
MONTANENSIS



  
**INDEX CAPITVM**  
**PARTIS SECVNDÆ.**

**LIB. III.**



<i>Cap. I.</i> De ciuibus Regni.	
— <i>II.</i> De Nobilibus & eorum iuribus.	4
— <i>III.</i> De Regni Ordinibus generatim.	35
— <i>IV.</i> De Senatu.	41
— <i>V.</i> De Archiepiscopis & Episcopis.	52
— <i>VI.</i> De Palatinis.	118
— <i>VII.</i> De Castellanis.	135
— <i>VIII.</i> De Ministris ordinis Senatorii.	144
— <i>IX.</i> De Ordine Equestri.	227
— <i>X.</i> De Dignitatibus non Senatoriis, & quidem illis, quibus a regno & Lituania nomen est.	236
— <i>XI.</i> De ministris iudiciorum & cancellariarum.	290
— <i>XII.</i> De Dignitatibus extra Senatorum, quæ prouinciis cognominantur.	296
— <i>XIII.</i> De Dignitatibus in singulis palatinatibus & terris.	302
	<b>LIB.</b>

# INDEX CAPITVM.

## LIB. IV.


- Cap. I.* De Conuentibus ante comitia. p. 320  
— *II.* De comitiis. 333  
— *III.* De Conuentibus post comitia. 431  
— *IV.* De Senatus consiliis. 437  
— *V.* De Confœderatione & consilio magno, modus consultandi extraordinariis. 441  
— *VI.* De Iuribus quæ Rex vna cum Ordinibus exercet. 454  
— *VII.* De bello. 455  
— *VIII.* De Militia. 464  
— *IX.* De Pace & fœderibus. 513  
— *X.* De Legatis & legationibus. 523  
— *XI.* De Tributis & vectigalibus. 539  
— *XII.* De Pecunia & argenti fodinis. 576  
— *XIII.* De Potestate legislatoria & iudiciali. 589  
— *XIV.* De Religione & dissidentibus de religione. 627



## PRÆFATIO.

**R**ationes, quibus adductus, iuris publici Poloni novam editionem curare, in prioris voluminis præfatione exposui, quæ non minus præsentī conveniunt, cuius ordinem et summam vetus præfatio continet, in lectorum usum, post novam typis repetita. Idem etiam de altero hoc volumine dicendum, quod de primo, in nova eius præfatione nuper dictum iam est, cui quod in præsentī addam vix habeo, præter aliquod supplementum, quod reticendum esse, non existimaui.

Iam



Iam prioris voluminis exemplum Lipsiam ad typographum miseram, eratque ibidem sub prelo, cum *Serenissimus Rex* in honorem *S. Stanislai a Boleslao* audace saeculo vndecimo trucidati, cuius in Polonia magna veneratio et cultus singularis, novos equites institueret, quorum ideo mentio fieri haud potuit, cum lib. II. c. 8. de aquilae albae equestri ordine ageretur, quare ibidem §. 3. initium, ita corrigendum est: *Fuit aquilae albae ordo in Polonia solus, donec a. 1765. alter, cui a S. Stanislao nomen, adderetur: ut Poloniae Rex, non unius sed duorum ordinum equestrium caput dicendus sit. Primi huius ordinis equites, octavo Maii die, qui Sancto Stanislao sacer est,*  
in

## PRÆFATIO.

in aedificae crucis in suburbio ad Var-  
savianam publice ab Ipso Serenissimo Rege  
creati sunt, quorum insigne taenia ru-  
bra, margine utroque albo, a dextro  
humero infra brachiam finistram lum-  
bo tenus demissa, cui aurea crux appen-  
sa, ex cuius quatuor angulis totidem  
aquilae albae prominent, in medio ima-  
go S. Stanislai, in dextro latere litteris  
S. S. in sinistro S. A. illis S. Stanislai,  
his Regis, qui ordinem instituit, nomen  
signantibus. Praeter hoc insigne ge-  
stant equites in pectoris sinistra parte  
stellam argenteam ac pictam in cuius  
medio circulus aureus in quo inscriptio  
*praemiando incitat*, ac seorsum primae  
Regii nominis litterae. Habet hic ordo  
suas leges, in quas equites dum inaugu-  
rantur

rantur iurant, quae in factis, anni praesentis anno apud Patres piarum scholarum Varaviae prodierunt, legi possunt.

Caeterum sunt in priore volumine quaedam corrigenda, quae ibi in emendandis non leguntur: scilicet p. 224 l. 26. *collatum iri delendum*; p. 239. linea vltima, *nuper Saxonica scribendum*; et p. 240. l. 9. voces *num indige- na an extraneus* amitti debent.

Scilicet. Gedani d. iv Augusti  
M D CC LXVI.

Prio-

PRIORIS EDITIONIS

PRAEFATIO.

**P**rodit iuris publici poloni volum  
men alterum, in prioris praefa-  
tione promissum, quodque coe-  
ptum in priore, pensum pertexit, de  
ciuibus agens, cum prius de Rege tra-  
ctationem non egrederetur. Quando  
autem in hoc nostro iure de ciuibus,  
qui cum Rege in regiminis consortium  
admissi, sermo est, non alii quam nobi-  
les intelliguntur, quibus solis, super  
caetera et hoc datum est, vt cum Rege  
suo Rempublicam gerant. Ex nobili-  
bus enim Ordines, Senatorius & Eque-  
stris, componuntur. Ex nobilibus  
Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, Ca-  
stellani, Ministri Senatoribus pares,  
creantur. Iisdem dignitates & munia  
reliqua, quae equestrem gradum non  
excedunt, in aula, in prouinciis, in pa-  
latinatibus & terris singulis, togata, mi-  
lita-



quibus vnus de libertate ferme, quibus  
 venerabile illud nomen in ore est per  
 petuo, meminissent, non aliam esse in  
 Polonia libertatem, quam legitimam,  
 ac esse vere liberum, qui legibus  
 obtemperet: omnes sane leges summa  
 religione coleret, ac omnes conspira  
 rent, regnum legibus fundatum firma  
 rumque, & legibus & legum reueren  
 tia reddere, ad exterorum inuidiam,  
 quam florentissimum.

Scrib. Gesshi, d. III. Augusti  
 M D CC XLVI.



# IVS PVBLICVM REGNI POLONI

---

## LIBER III.

### CAP. I.

### De Civibus Regni.

§ I. Civium divisio. Nobiles, oppidani, rustici. § II. Cives regni qui ante alios dicantur. Libertas polona nobilium est, non aliorum civium. § III. Civitates olim publicis negotiis adhibitas fuisse, exemplis docetur. Antiqui moris vestigia. § IV. Ex Prussie civitatibus provincie consiliis maiores adhuc intersunt. Minores post superioris sæculi medium non admittæ. Quid his ex veteri suo iure supersit.

## §. I.



Actum de Rege ac Regis iuribus proximo libro; iam cives sequuntur: quo vocabulo, si generatim accipitur, intelligimus, qui Regi parent, ac in nobiles, oppidanos, & colonos dividimus. Nobiles ruri in vicis & prædiis suis degunt, ex qua causa etiam *terrigenæ*, quasi in terris seu agris geniti, sermone patrio *zœmicæ*, ipsorumque possessiones hæreditariæ bona *terrestria* vocantur. Oppidani civitates & oppida habitant suntque mercatores, opifices, operarii, alii. Coloni in vicis agriculturæ, rei pecuariæ & aliis quæ ruri exercentur intenti, quorum maxima pars prædiis adscripti, cum liberis suis in potestate nobilium sunt. Hi seruilis conditionis a suis dominis aluntur, quibus operas præstant, nec nisi dominorum consensu alio transferre domicilium, aut libertatem obtinere possunt: secus pro fugitivis habentur, ac in seruitutem retrahuntur.

## §. II.

In iure nostro nobiles speciatim regni ciues dicuntur, ac soli curandæ Reipublicæ adhibentur, quia ex iis tantum Ordines leguntur. Hinc libertas polona, adeo celebrata, non aliis ciuibus quam nobilibus seruit, qui illa ita fruuntur, vt ad communionem alios, præter nobi-

nobiles, haud admittant. Ex hac libertate nobilium iura deriuanda, quæ sequenti capite memorabuntur.

### §. III.

Antiquis temporibus etiam oppidanos publicis negotiis adhibitos legimus. Casimirus M. a. 1343 cum Equitibus ordinis teutonici pacem compositurus, civitates accivit, & compositam Cracovia, Posnania, Sandomiria, Sandecia, Calissium, Vladislavia & Brzeſta ſuis litteris firmarunt \*). Alia pax cum iisdem Equitibus a. 1436 ſigillis & nominibus Cracoviæ, Poſnaniæ, Califfi, Leopoliſ, Plociæ & Varſaviæ roborata fuit \*\*). Cum dictus Caſimirus M. a. 1356 iudicium ſupremum iuris Magdeburgenſis Cracoviæ inſtituere vellet; præter Senatorum & nobilium etiam oppidanorum conſilio utebatur \*\*\*). Inter ciues regni, qui a. 1438. contra pacem & veterem religionem turbaturos ſœdus inierunt, etiam civitates memorantur \*\*\*\*). Alexander Rex affirmat, ciuitates ad comitia Radomiſia a. 1505 vocatas adſuiſſe †). In publicis litteris, quibus Poloniæ & Lituaniæ coniunctio a. 1569 peracta deſcribitur, poſt equeſtris ordinis Nuntios, duos ex urbe Cracouiſi legimus ††). Ex hoc more ortum videtur, quod interregni tempore, ad generalem conſederationem & ad regiam electionem quædam ciuitates admittantur, illisque initio co-

mitiorum post Regis inaugurationem, Regiam manum post nobiles, osculo venerari liceat, ut alibi dictum †††).

\*) Dlug. IX. 1067.

\*\*) Lasc. Stat. f. 139. p. 2. f. 141. p. 1.

\*\*\*) Dlug. IX. 1106. Lasc. Sat. f. 169. p. 1.

\*\*\*\*) Lasc. Stat. f. 76. p. 1.

†) Lasc. f. 6. p. 1. f. 7. p. 1. Priluf. Stat. p. 41.

††) Vol. Constit. p. 172. (II. 768.)

†††) L. II. c. 3. §. 21. c. 4. §. 51. c. 5. §. 20.

#### §. IV.

Alia est Prussicarum ciuitatum ratio, quarum tres maiores, Thorunum, Elbinga, Gedanum, adhuc in prouinciæ suæ Consilio locum habentes, consilia conferunt, quando in generalibus Prussiæ conuentibus deliberatur, ut sine illis nihil rite constitui possit. Minoribus ciuitatibus quæ olim in Nobilitatis conclauis consultarunt, iam a medio sæculi septimi decimi per equestris ordinis contradictionem, in Prussiæ conuentibus adesse non licuit; ac ex antiqua consuetudine superest, quod a Rege ad eosdem conuentus vocentur \*).

\*) Vid. Hod. Reipub. Prut. facies §. 27. Jus publ. Prufs. Polonæ p. 65. 66.

### CAP. II.

## De Nobilibus & eorum iuribus.

§. I. *Prius de nobilibus quam Ordinibus agendum.*

dum. §. II. Nobilis qui? *Vivat more nobilium. Nati alii, alii creati nobiles.* §. III. *Omnes nobiles æquales. Consilium de dividenda in duas classes nobilitate. Ne titularum diuersitas æqualitati officiat.* §. IV. *Ordo inter nobiles ex publicorum munerum discrimine. Ne Principum, Comitum & alii eiusmodi tituli conferantur. Vladislai Jagellonis Comitis nomen collaturi exemplum. Leges externos titulos vetantes. Poniatouscii Principes.* §. V. *Quibusdam familiis Principum & Comitum nomen, salua nobilium æqualitate permissum. Principes Ostrogii, Czartoryscii, Sanguskones, Wisniowiecii, Radziuili, Zbaraztenses, Czetwertynscii. Comites Tenczynii & Olesnicii. Principes & Comites quibus recentiore tempore a Casare collati tituli. Episcopi Principes. Kniaziorum nomen. Vfus horum titularum in publicis litteris. Myszkouii Marchiones.* §. VI. *Fratris appellatio inter nobiles. Expostulatio cum Varmienfi Episcopo, fratris nomen nobili negante. Primas Ordines fratres vocat. Fratres seniores & iuniores qui?* §. VII. *Nobilium ius in dignitates & bona regia. Reges ex nobilibus lecti. Lex ne nobiles regni candidatos se profiteantur.* §. VIII. *Solis nobilibus bona terrestria possidere licet, ex quibus possessionati vocantur. Leges contra oppidanos ne bona terrestria habeant: ad quæ tamen*

nonnullarum vrbiu[m] ciues admittuntur. Quid de Prussia notandum. De ciuitatibus Cracouia, Vilna, Leopoli & Lublino. De Neophytis. §. IX. Nobiles in ciuitatibus fundos legitime possident, quod in Prussia ciuitatibus licet, si nobiles prouinciæ illius indigenæ fuerint. §. X. Ne in bonis nobilium milites hospitentur, aut statiuæ habeant. Fodinæ metallorum & salis, bonorum dominis accedunt. Exemplum in fodina salis cui Cuni-gundæ nomen. §. XI. Nobilium a uedigalibus immunitas. Jus eorum quo salem ex fodinis regiis certo & minore quam alii pretio emunt. Huius iuris expositio. §. XII. Quomodo leges intelligendæ, per quas nobiles nisi iure victos in carcerem conicere haud licet. Thorunense statutum. §. XIII. Multa nobilium si cædem fecerint: quæ in Prussia capite punitur. §. XIV. Non possunt nobilium iuribus uti, nisi indigenæ. Olim exteri ad illa iura admissi collato non prius indigenatu, qui iam in comitiis consensu Ordinum conferendus. Creatorum indigenarum nomina constitutionibus inserta. Fiant indigenæ qui uere nobiles & bene meriti. Commendentur a Rege aut exercituum Ducibus. Transferant domicilium in Poloniam & bona terrestria sibi comparent. Sint religione Romani catholici aut fiant, secus indigenatu excidant. Jurent Regi & Reipublicæ. Exemplum indigenatus Regis diplo-

diplomate collati & constitutione probati. §. XV. Poloniae indigenatus prussicum non continet, qui seorsum in Prussia impetrandus, neque Poloni in Prussia indigenae sunt. §. XVI. Creatorum indigenarum non omnes statim dignitates & magistratus obtinere possunt, qui quorundam demum posteris certo gradu contingunt. §. XVII. Fiunt nobiles qui non nati. Creantur in comitiis ex meritis suis commendati, & nomina constitutionibus inseruntur. Consensu domini opus, si seruilis conditionis nobilitate exornandus est. Candidati nobilitatis ambiant fauorem equestris ordinis & sint Romani catholici, aut horum religionem amplectantur. Non omnibus qui creati nobiles ad dignitates & magistratus patet aditus, sed iis solis, qui meritis eminent. §. XVIII. Nobilis ignobilem in nobilitatis communionem ne recipiat. Puniendi qui nobilium insignia sibi vindicarunt. §. XIX. Poena in eos qui nobilitatem mentiuntur. Lex vetustior impune talem occidi permittens. Alios arrogatae sibi nobilitatis falso accusantes quomodo puniendi. Ne quorum nobilitas suspecta, nomina sua nouis oppidis & vicis imponant, ut postea ex hoc nobilitas probetur. §. XX. Nobilitatis iura amittuntur, si quis in ciuitatibus quae oppidanorum sunt exercent. Num id etiam intelligendum de iis, qui nobiles magistratum in ciuitatibus gerunt. Ci-



*uitatis Vilnensis priuilegium, eodemque iure Cracouia uti dicitur. §. XXI. Multa-  
ti fama nobilitatem amittunt, ut & quibus  
nullo ipsorum merito collata est. Nobilitas  
Ordinum consensu restitui potest.*

§. I.

**Q**uia ergo soli nobiles publica munia exercent, neque in Ordinum numero sunt, nisi qui nobilitate conspicui; vberius de illis agendum, & quidem ante ipsam de Ordinibus tractationem, quod prius nobilem esse oporteat, quam inter Ordines locus detur.

§. II

Nobilem autem, & capace[m] dignitatum & beneficiorum Rex Alexander in comitiis Radomien[s]ibus a. 1505 eum esse declarauit, cuius vterque parens nobilis, qui ex familia nobili prognatus, in suis possessionibus, castris, oppidis, villis, ut parentes, habitet, secundum morem patriæ & consuetudinem nobilitatis, legibus & iuribus Regni Nobilium viuens. Esse tamen etiam nobiles appellandos, qui licet matre populari, patre autem nobili procreati sint, quorum parentes ut ipsi vixerint instar aliorum nobilium in Regno, & non exercuerint eas artes & actiones, quas ciues & qui in ciuitatibus morentur exercere soleant, cum per contrarium usum, nobilitas ipsa in popularem & plebeiam conditionem transeat \*), Præter  
na:os,

natos, etiam nobiles sunt qui nobilitatem acquisuerunt. De quibus circa capituli huius finem agetur.

\*) Lasc. Stat. f. 117. p. 2. Pril. Stat. p. 90.

§. III.

Omnes nobiles nati æquo iure habentur, nullo siue ex prosapia, siue ex opibus discrimine. A. 1537 nonnulli Senatores Sigismundo I. auctores fuerunt, ut duas efficeret nobilitatis classes, superiorem alteram, alteram inferiorem: quod consilium ut frustra fuit, ita nobilitatem grauer offendit \*). Firmarunt hanc nobilitatis æqualitatem leges, intra illam etiam eos manere præcipientes, qui Principum aut aliis titulis insigniuntur \*\*). Legum auctoritatem AVGVSTVS II. AVGVSTVS III. & Stanislaus Augustus secuti, promiserunt in pactis suis, se æqualitatem inter regni ciues tuituros, neque permissuros, ut illa Comitum, Marchionum, Principum nominibus minuatur aut tollatur, salua ex diuersis muniis, quæ solis meritis obtineantur, differentia \*\*\*).

\*) Biels. Chr. p. 577.

\*\*\*) Constit. a. 1638. p. 9. tit. O tytułach. a. 1641. p. 8. tit. O tytułach. a. 1673. p. 28. tit. Cudzoziemskich tytułów abrogatio. Constit. Litv. a. 1699. p. 69. tit. Zniesienie. (III. 931. IV. 8. V. 119. VI. 77.)

\*\*\*\*) P. C. Augusti II §. I. Rady. Augusti III. §. Zachowując prerogatywę. Stan. Augusti §. Liberis suffragiis.

## §. IV.

Quamuis enim omnes nobiles natura æquales sunt, ex muniis tamen quæ gerunt, alii aliis præferuntur. Senator præcedit eum qui non Senator, Episcopus Senatorem *secularem*, & inter ipsos Episcopos ac *seculares* Senatores ordo est, quo alius alio prior habetur. Idem de nobilibus non Senatoribus dicendum, quorum alii aliis cedunt, privati illis qui publica munia sustinent, & inter hos is ordo seruatur, quem leges constituunt. Quæ autem in aliis regnis ex Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum titulis distinctio, in Polonia nulla est, imo ad seruandam inter nobiles æqualitatem, Regi ciues eiusmodi nominibus extollere non licet, quibus exteros potest, vt alibi ostendimus \*). Cum Vladislaus Jagello a. 1420 privignum suum Ioannem de Pilcza Comitem creare vellet, reddidit hoc eius consilium irritum regni Cancellarius, sigillum, quod regio diplomati imprimendum erat, negans \*\*). A. 1638 lex eiusmodi titulos expetere interdicebat, quam alia lex a. 1641 firmabat \*\*\*), & a. 1673 in eos qui externis his appellationibus, insignibus, sigillis æqualitatem nobilium excedentibus vsuri, poena perpetuæ infamiae ad cuiusuis delationem a tribunali irroganda, decernebatur †). Sed victus quibus urgebatur, Ordinum precibus, Rex Stanislaus Augustus a. 1764 in comitiis post suam inaugurationem, tribus suis fratribus Poniatovscis, Princi-

Principis titulum, æqualitate salua, largiebatur ††).

\*) Lib. II. c. 12. §. 10.

\*\*) Dlugof. XI. 426.

\*\*\*) Constit. a. 1638. p. 9. tit. O tytułach. a. 1641. p. 8. tit. O tytułach. (III. 93. IV. 8.)

†) Constit. a. 1673. p. 28. tit. Cudzoziemskich tytułow abrogatio. (V. 119.)

††) Constit. a. 1764. p. 49. (69.) tit. Dom.

### §. V.

Sed eadem leges, quæ usum memoratorum titulorum vetant, cum nonnullis familiis, æqualitate nobilium salua, asserunt, & quidem illis, quæ in publicis litteris, quibus olim Lituania, Kiouia, Volhinia & Braclauia regno iunctæ, Principis & Comitis titulo condecoratæ fuerunt \*). Iam vero in litteris illis, quæ arctiorem Lituaniæ coniunctionem describunt, occurrunt Principes Ostrogus, Czartoryscius, Sangusko, Wisniowiecius & Comites Tenczynius ac Olesnicus \*\*). In cæteris litteris generatim Principum terrarum Volhiniz, Braclauiz & Kiouiz mentio fit \*\*\*). His addi potest *Recessus*, vti vocatur, *Varsaviensis* de coniunctione Liteaniæ anni 1564. in quo præter Czartoryscium, Radzivilii, Zbarazcenses & Lukomlensis Principes memorantur \*\*\*\*). Ex his Czartoryscii, Sanguskones & Radziuilii florent, qui in publicis actis Principes appellantur. Ostrogii superiore sæculo, & Wisniowiecii a. 1744 in Michaelæ Palatino Vilnensi & Lituani exerci-

exercitus supremo Duce extincti. Zbarazcen-  
 sium nomen ad Voreniecios transit, subscripsit-  
 que generali confœderationi a. 1733 inter nun-  
 tios Franciscus Dux Korybuth de Zbaraz Voro-  
 niecki. Tenczyniorum Comitum ultimus a.  
 1634 obiit, quorum titulus Ossolinis obuenit,  
 qui Tenczinii Comites vocantur. Ex Princi-  
 pibus Braclaviensis tractus, Czertwertynscii su-  
 persunt, ac confœderationibus interregnum  
 a. 1733 & 1764 Michael & Alexander Swa-  
 topelk, Principes Czertwertynscii, inter Nun-  
 tios palatinatus Braclawiensis, subscripserunt.  
 Recentiori ætate Cæsar Ossolinus, Lubomi-  
 rios, & fratres Sapiehas Casimirum & Bene-  
 dictum, illum supremum exercitus Lituani Du-  
 cem, hunc Magni Ducatus Thesaurarium,  
 Principum S. R. Imperii titulo extulit, quem  
 tamen in publicis scriptis neque ipsi vsurpa-  
 runt, neque receperunt. Idem honor ante  
 paucos annos Jablonovscii & Sulcovscii con-  
 tigit. Regis Stanislai Augusti fratres Ordini-  
 bus flagitantibus Principum nomine a.  
 1764 in comitiis insignitos esse, sine præ-  
 cedentis §. dictum. Alia est ratio, quando  
 Archiepiscopus Gnesnensis regni & Lituaniæ  
 primus Princeps, Cracoviensis Episcopus Dux  
 Seueriæ, & Varmiensis S. R. Imperii Princeps  
 appellantur; qui titulus non familiæ, sed digni-  
 tati quam gerunt inhæret, ac ad successores in  
 dignitatem transit. *Kniaziorum* vocabulum  
 Oginskiis, Massalskiis & Polubinskiis asseritur,  
 quod

quod a Ruffiæ proceribus, vulgo *Kniazis*, descendant. Hinc *Massalscius*, comitorum conuocationis a. 1733 *Marschalcus*, in subscriptione confœderationis generalis, *Kniazii* vocabulo utebatur. Plures sunt *Comites*, quorum familiis titulus ille a *Cæsaribus* contigit, imo solent promiscue qui dignitate aut opibus conspicui sunt, tum *Capitanei* ac *Senatorum* filii ab exteris *Comites* appellari: nec minus ipsi *Senatores* eorumque filii ac *Capitanei*, solent hoc vocabulo uti, quamuis in *Comitum* numerum nunquam relati sint, id quod sæculi nostri moribus debetur. Quod ad publicum usum, idem de *Comitum* titulo affirmandum, quod de recentiorum *Principum* dictum: nisi quod sæpe in *publicorum* actorum subscriptionibus *Comitum* nomen appositum legatur. Illo tamen iuxta ac *Principum* recentiorum titulo uti, *cancellariis* iudiciorum castrensiū & terrestriū iam a. 1638 vetitum †). Unde facile potest colligi, in litteris quæ ex regni & *Lituanie* *cancellariis* prodeunt, titulos illos non legi. Aliud tamen sentiendum de *Poniatovscis*, quibus *Principis* titulum publice dari, lex præcipit ††). *Myszkoviorum* familiæ *Papa Clemens VIII.* *Marchionis* titulum contulit, quorum mascula stirps extincta, nomen hoc ad *Wielopolscios*, qui per sexum fœmineum *Myszkouios* proxime attingunt, transmissum.

\*) Constitutiones proximo §. citatæ.

\*\*) Vol.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 170. 172. (II. 766. 768.)

\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 157. 164. (II. 754. 760.)

\*\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 52. (II. 646.)

†) Constitutiones a. 1638. p. 9. tit. O tytułach.  
(III. 931.)

††) Constit. a. 1764. p. 69. tit. Dom.

### §. VI.

In signum æqualitatis quæ inter nobiles servatur, fratris nomen in compellationibus obtinet, vt etiam præcipui Senatores, quemuis nobilem hac voce alloqui non dedignentur, licet nobiles in Senatorum salutationibus per reverentiam eadem abstineant. Ægre tulit a. 1687 Lafocius Vyfogrodiensis Capitaneus, negatum sibi a Radzeiouio Episcopo Varmieni & Cardinale fratris titulum: quod recte a se factum tuebatur Radzeiouius, tum quod Cardinalis, cuius dignitas regiam æquaret; tum quod Episcopus esset, cui cum *ecclesiasticis*, non cum *sæcularibus* fraternitas intercederet, ad exemplum Cracouiensis Episcopi, Trzebicii, prouocans, qui *sæculares* nunquam fratres dixisset. Idem tamen Radzeiouius, iam Primas, a. 1693 Ordines in suis ad eos litteris, fratres appellauit, quo nomine antea erga *sæculares* vti noluerat \*). Cæterum consuetudine receptum, vt si in publicis consultationibus de Senatu sermo, ille fratrum seniorum vocabulis designetur, ad differentiam equestris ordinis, cui fratrum iuniorum nomen tribuitur.

\*) Zalus. Epist. T. I, Part. II. p. 990. 991. 1302.

§. VII.

## §. VII.

Soli nobiles dignitates & bona regia expectare possunt, ut suo loco expositum \*): imo ad summum fastigium patuit aditus, qui interregno post Ioannem III. lege præcludebatur \*\*). Post Henricum, duo Palatini ab Ordine equestri Senatoribus commendati ut alteruter Rex eligeretur: qui honor post Ioannem Casimirum Michaeli Wisniowiecio contigit, cui Ioannes Sobiescius datus Successor, ambo regni ciues & nobilibus cæteris conditione pares. Tertium exemplum præsens ætas vidit, Stanislao Augusto, ex equestri gradu, vna ciuium voluntate ad summum fastigium euecto.

\*) Lib. II. c. II. §. 6.

\*\*) Lib. II. c. 4. §. 24.

## §. VIII.

Nobilibus solis bona *terrestria* vindicantur, nisi quod quarundam ciuitatum incolis eadem tenere liceat. Hinc *terrestria* bona etiam nobilium dicuntur, & natura sua a regiis, æconomicis, ecclesiasticis, & ciuitatum diuersa sunt, neque ab aliis nisi ab illis in iure nostro nobiles *possessionati* vocantur, ut oporteat eam *terrestria* bona habere, quando volunt iis gaudere quæ leges *possessionatis* tribuunt, quasi solis bonis *terrestribus* possessionum vocabulum proprie conueniat. Bona hæc ab oppidanis



& plebeiis siue dominiis siue pignoris iure haberi, illisque coram iudicio terrestri aut castrensi inscribi Ioannes Albertus a. 1496 vetuit, addito, vt irritæ sint quæ iam factæ inscriptiones, & bona nobilibus intra iustum tempus venditione transmittantur, pœna arbitraria tergiuersantibus irroganda \*). Contra Alexander bonis *terrestribus* oppidanos non arcens, illos vna cum nobilibus bellicæ expeditioni propter eadem bona adesse iussit \*\*). Sigismundus I. autem legem Ioannis Alberti firmans, iudicem inscriptionem admissurum centum marcis, & oppidanos bona terrestria nobilibus indigenis intra quatuor annorum spatium non vendituros, bonis illis multat. Excipit tamen ciuitates, quæ bona *terrestria* per sua priuilegia antiquitus obtinent \*\*\*). In harum numero in primis est Thorunum Præfixæ ciuitas satis nota, quæ eo tempore quo cum hac prouincia sub Regis Poloniæ imperium concessit, bona terrestria iure nobilitum possidere cœpit, quorumque numerum largiendo plura ipse Sigismundus I. ante memoratam suam legem auxit †\*). Et est de Prussis generatim notandum, oppidanos qui ciuitatum iura nacti, posse ibidem bona terrestria promiscue emere, quod cum iam antea liceret, constitutiones illius prouinciæ a. 1538 confirmarunt ††\*). Inde cum a. 1611 noua lege plebeiis interdiceretur, terrestria bona sibi comparare, Craeouiz & Prussicarum ciuitatum

ciues

ciues excipiebantur, ne tamen dictis ciuitatibus, quod ipsarum ciuibus liceret †††\*). Sed ciuitates Prussiarum maiores, vetus suum ius solenni contradictione tuitæ sunt, vt non solum ciues, verum etiam ipsæ ciuitates in posterum bona terrestria emere possent. Cracouiensium ciuium ius possidendi bona terrestria, iure nobilium hæreditario, alia constitutio a. 1677 †) probauit. Vilna, urbs Lituaniæ præcipua, a. 1568 a Sigismundo Augusto priuilegium obtinuit, quo eius magistratus nobilibus æquantur, vt horum liberi etiam possessiones *terrestres* habere possint ††). Constitutiones recentiores præter Vilnam, etiam Leopolim ac Lublinum, Cracouiæ iuribus pares haberi volunt \*): vt inde colligere liceat, cum Vilnensibus, Leopoliensibus ac Lublinensibus ciues ad bona terrestria promiscue admittendos esse. In comitiis conuocationis a. 1764 *neophytis*, per quos intelliguntur, qui Judæi & Mahumetani antea, religionem Romanam catholicam amplexi sunt, bona terrestria sibi comparare, aut possidere interdicitur, pœna confiscationis in condumaces decreta \*\*). Ex his tamen *neophytis* aut eorum descendens in Lituania nonnulli ad iura nobilium in comitiis *coronationis* a. 1764 admissi sunt, vt dignitates obtinere, simul bona terrestria habere possint \*\*\*).

\*) Prilus. Stat. p. 456.

\*\*\*) Prilus. p. 457.

\*\*\*\*) Prilus. p. 457.

- †\*) Zerneckii Thorun. Chron. p. 68. 108.  
 ††\*) Constit. a. 1538. quæ inter priuileg. municip. terrarum Prussiae habentur §. Ciuibus bona terrestria.  
 †††\*) Constit. a. 1611. p. 14. tit. Miastá áby. (III. 14.) Hist. Pruss. V. 49. 50.  
 †) Constit. a. 1677. p. 18. tit. Immunitas praw. (V. 473.)  
 ††) Exhibet priuilegium Olizarouius de politica hominum societate lib. II. c. 1. p. 189. f.  
 \*) Constit. a. 1678 inter Lituan. p. 15. tit. Miasto Wilno. Constit. a. 1658. p. 34. tit. Miasto Lwow. Constit. a. 1703 p. 20. tit. Miasto Lublin. (V. 632. IV. 550. VI. 107.)  
 \*\*) Konfed. a. 1764. p. 73. tit. Neofici.  
 \*\*\*) Constitutiones Litu. a. 1764. tit. Nobilitacya niektorych.

## §. IX.

Quamuis non omnibus oppidanis nobilium bona tenere licet, nobiles tamen promiscue in ciuitatibus, areas, domos & horrea habere possunt, magistratus iurisdictione & exactionibus quæ ex illis præstandæ saluis \*). In Prussia \*\*) oportet esse nobilem illius prouinciæ indigenam, si in ciuitate ædium dominus esse vult, vt soli indigenæ bona terrestria legitime habere possunt.

\*) Constit. a. 1550. Vol. Constit. p. 6. §. Aby fzláchtá. Constit. a. 1654. p. 13. tit. Deklaracya. (II. 597. IV. 452.)

\*\*) Constit. Terr. Pruss. 1538. inter priuileg. municip. terr. Pruss. §. Ciuibus bona terrestria.

## §. X.

In bona terrestria nobiles hanc deriuarunt immunitatem, ne milites in illis hospitentur, aut statiuā habeant \*); quorum reditus possunt crescere, si fodinæ metallorum, salis, sulphuris, aut alius generis deteguntur, quia fructus ex iis non Regi aut Reipublicæ, sed bonorum illorum dominis cedunt: quod in *Henricianis articulis* a. 1573 sancitum & a Stephano repetitum, Michael ac Successores in suis pactis firmarunt \*\*). Hinc fodina salis, Cuni-gunda appellata, Lubomiriis accessit, quia villa Suiercz, in qua detecta, ipsorum erat \*\*\*).

\*) Constit. a. 1624. p. 1. tit. Supplement. a. 1635. p. 12. tit. Disciplina. a. 1652. p. 10. tit. Porządek. a. 1661. p. 14. tit. Bezpieczeństwo. (III. 460. 559. IV. 309. 705.)

\*\*\*) Vol. Const. p. 255. 277. (II. 900. 920.)  
§. Aby wątpliwość. P. C. Michaelis & Ioannis III. §. Fodinas y szyby. Proposit. P. C. Augusti II. adiectæ. §. Fodinas. P. C. Augusti III. §. W tym też assekuruiemy.

\*\*\*)) P. C. Michaelis & Ioannis III. §. c. Supra L. II. c. 10. §. 6. Comment. nost. ad P. C. August. III. p. 165. 166.

## §. XI.

De immunitate a vectigalibus, qua nobiles gaudent, opportune infra agetur ubi tributa describemus. Hic ius exponendum, quo saltem ex fodinis Regis minori pretio, quam alii

incolæ, emunt. De fodinis Vieliczensibus, Bochniensibus, & Russiæ, quæ ad bona Regis œconomica pertinent, supra memorauimus \*). Iam Casimirus III. non alio sale nisi domestico vi iussit, quatuordecim marcarum multam in eos decernens apud quos externus inuentus fuerit, quam legem filii Ioannes Albertus & Sigismundus I. repetierunt; simul Sigismundus I. & post eum Sigismundus Augustus polliciti, curaturos se, vt copia salis in palatinatibus suppetat, & incolis promiscue iusto pretio vendatur \*\*). Hinc in certis oppidis maioris & minoris Poloniæ, Masouix & Russiæ, horrea, vulgo *cameræ*, instituta, in quibus sal deponeretur, cum qui salis fodinis vicini, ipsi ex illis peterent. Fuit etiam administratoribus & conductoribus fodinarum mandatum, vt salem in loca assignata, tum iusto tempore, tum ea quæ sufficeret copia, vehi curarent, iudicio & poena in secus acturos \*\*\*). Copia hæc certa est, neque enim possunt nobiles tantum emere, quantum volunt, sed singulis possessionibus *terrestribus* sua portio antiquitus est assignata, quæ in indicem, *regestrum* vocant, relata, illarum dominis sufficere debet. Numerantur ergo mille trecenti sexaginta sex *banci*, & doliorum tredecim millia cum sexcentis & quinque, quæ ex Vieliczensibus & Bochnensibus fodinis nobilitati singulis annis venduntur: numerus ex fodinis Russicis nobis non constat. Est autem *bancus*, Polonis *bańwan*, ingens frustum

frustum viginti quinque centenariis, quod conminutum quinque dolia complet. Sigismundo III. regnante, bancis quatuor florenorum & totidem grossorum, doliis nonaginta trium grossorum pretium fuit constitutum \*\*\*\*), quod creuit cum valor pecuniæ intenderetur, vt *bancus* florenis duodecim, dolium quatuor veniat, magna Regis iactura, cum singuli banci quinquaginta sex, & dolia duodecim florenos in solas operas exigant. Ne vero hac ex causa salis pretium augeatur, sed semper eodem veniat, in Regum pactis conuentis a Michaelis tempore †) prouisum est. Debet autem iam pretium salis, pro ratione cæterarum rerum augeri, vt inter *commissionem* thesauri & Regiam *cameram* conuenerit. Cui *commissioni* simul iniunctum attendere, ne iusta salis copia desideretur ††). Sal ille dicitur trimestris, Polonis sua lingua *sol suchedniowa*, quod horrea seu cameræ quouis anno tres menses pateant, vt nobiles illo spatio salis emant, cum illi qui ipsi petunt ex fodinis, per menses quatuor recipere possint. Hoc autem commodum solis Polonis nobilibus non Lituaniis aut Prussis seruit, & ipsis Polonis non licet vendere aliis, quem minori pretio emunt, sed debent cum suis colonis seruis, qui prædiis ipsorum adscripti, consumere †††).

\*) Lib. II. c. 10. §. 6. 7.

\*\*) Prilus, Stat. p. 405 - 408.

- \*\*\*) Vol. Constit. p. 293. tit. Sol Ruska. p. 522. tit. Skład foli. p. 692. tit. O foli. p. 756. tit. Sol. (II. 926. 1277. 1456. 1524.) Constit. a. 1623. p. 11. tit. O foli suchedniowey. (III. 455.) P. C. Stanisl. Aug. §. A administratorowie.
- \*\*\*\*) Vol. Const. tit. Solne składy p. 522. p. 756. tit. Sol w bałwaniech. (II. 1276. 1524.)
- †) P. C. Michaelis & Ioannis III. §. Ponieważ tey Rzeczyp. Propos. Augusti II. P. C. adiectæ §. Ponieważ tey Rzeczyp. P. C. Augusti III. eod. §.
- ††) P. C. Stanislai Augusti §. Ponieważ.
- †††) Comm. ad P. C. Aug. III. p. 161 - 163.

## §. XII.

Refertur ad iura nobilium ne in carcerem coniciantur, nisi in iudicio criminis conuicti fuerint. Vladislaus Jagello, legis huius auctor, intelligit nobiles quibus sunt possessiones, & excipit in furto vel publico maleficio, vtpote incendio, homicidio voluntario, raptu virginum & mulierum, villarum depopulationibus & incendiis deprehensos, ac eos qui de patrato crimine debite cauere nolint \*). His Alexander addit qui malæ famæ fuerint; & esse tales affirmat, qui ter in maleficorum indice seu *registro* notati \*\*). Si ergo leges posteriores simpliciter de nobilibus nisi conuictis in custodiam non dandis loquuntur \*\*\*), ad mentem

tem Vladislai Jagellonis explicandæ videntur, cum iudiciali conuictione opus non sit, quando delinquens in manifesto crimine apprehenditur. Accedit statutum in comitiis Thorunenſibus a. 1520 conditum, nobiles in ciuitatibus vim aliis inferentes, etiam ab earum magistratu capi probans \*\*\*\*): quod Petricoviæ a. 1538 repetitum, Sigismundus Augustus exercendum esse edixit †). Veterem legem de non ducendis in carcerem nisi iure victis, non solum in pactis suis repetit Stanislaus Augustus, sed etiam non permittit, per vim alicuius bona confiscare, nisi post iudicium & conuictionem in legitimo iudicio, aut aliquem honoribus priuare, ad mentem statuti Vladislai Jagellonis ††).

\*) Lasc. Stat. f. 51. p. 2. f. 52. p. 1. Prilus, p. 270. 271.

\*\*\*) Lasc. f. 115. p. 2. Prilus, p. 564.

\*\*\*\*) Lasc. f. 92. p. 2. Prilus, p. 270. Vol. Constit. p. 5. §. Slubem. Tract. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 11. (H. 596. VI. 240.) P. C. Augusti III. §. Iudicata quorumuis.

\*\*\*\*\*) Prilus, Stat. p. 272. Janusz. Stat. p. 594.

†) Prilus, p. 272. 273. Janusz, Stat. p. 595. 596.

††) P. C. Stanisl. Augusti §. To oraz cauemus.

### §. XIII.

Cum Casimirus M. homicidia non capite sed pecunia vindicanda censuisset \*), & Successores



cessores addita carceris poena, multam auxissent \*\*), regnante Stephano sancitum, ut plebei homicidia capite, nobiles si plebeium occidissent, triginta marcis cædem luerent \*\*\*): quæ summa a. 1631 ad centum marcas aucta †). A. 1588 nobilis nobilem ense, ducentis & quadraginta marcis, bombardâ occidens duplo damnabatur, antiqua poena carceris per annum & hebdomades sex manente ††). In Prussia tamen lex capitali poena homicidium vlciscitur, nullo inter nobilem & non nobilem discrimine †††).

\*) Lasco Stat. f. 21. p. 2. f. 22. p. 1. 2.

\*\*) Janusz. Stat. p. 607. f.

\*\*\*) Vol. Constitution. p. 372. tit. Omęzoboystwie. (II. 1012.)

†) Constit. a. 1631. p. 19. tit. Taxa capitis plebeiorum. (III. 681.)

††) Vol. Constit. p. 463. tit. Omęzoboycach. (II. 1214.)

†††) Constit. Pruss. a. 1538. §. Statuimus præterea.

#### §. XIV.

Quæ hæctenus dicta sunt non ad quosuis nobiles, sed ad solos nobiles indigenas pertinent, nam qui exteri in Polonia degunt, aut in Polonia patre extero nati, iurium illorum participes esse nequeunt, verum necesse est, ut publico scito inter indigenas recipiantur. Antiquis temporibus res secus se habebat. Aduenæ  
ex

ex Silesia, Bohemia, Ungaria, Germania & aliis regionibus, postquam stabilem sedem sibi delegerant, statim admiscebantur indigenis, ut eiusdem cum his conditionis essent. Viguit hic mos post sæculi decimi sexti medium, tum placuit, indigenas, qui non essent, creari, idque non clam sed publice, neque a solo Rege, sed Ordinibus consentientibus. Primum, quantum constat, Bathoreorum, Andreæ & Balthasaris, filiorum fratris Stephani Regis, est exemplum, qui a. 1588 Senatorum & Nuntiorum terrestrium consensu inter indigenas cooptati & ad iura nobilium admissi, ea conditione, ut ambo Regi & Reipublicæ iurarent \*). Secutæ leges quæ indigenatum aliter quam in comitiis, Ordinibus annuentibus, conferri vetant, ac candidatis iniungunt, ut in minoribus conuentibus nobilitatis studia ambiant, quo ab illa in comitiis commendentur \*\*). Rex Stanislaus Augustus pariter spondit, non nisi in comitiis, *attenta pluralitate* commendantium, palatinatum, terrarum & districtuum, se indigenatus collaturum esse \*\*\*). Ea ex causa illorum nomina qui indigenatum impetrarunt, in constitutionibus leguntur, quæ una serie ad ordinem temporum in annum 1726, post quem usque in annum 1764 non creati alii, Indices constitutionum Ladovscianus p. 153 f. & Zeglicianus p. 202 f. exhibent. Qui in comitiis a. 1764 indigenatum obtinuerunt, in illorum comitiarum constitutionibus tum

Polonis tum Lituanis habentur. Debent enim noui indigenæ constitutionibus inferi, lataque lex a. 1641, per quam indigenatus post annum 1607 obtenti pro nullis habendi sunt, nisi in constitutionibus memorentur \*\*\*\*). Indigenatus ille non debet promiscue contingere, sed vere nobilibus & bene meritis. Quam obrem a petentibus eum exigitur, vt in comitiis coram Ordinibus sua merita demonstrant, & nobilitatem litteris Principum, in quorum regione nati probent, salua Ordinum cognitione num indigenatu digni sint †): ipsa etiam eorum merita a Rege aut exercituum Ducibus, si rebus bello gestis insignes exstiterunt, nobilitati in minoribus conuentibus commendari debent ††). Quando illis qui apud exteros agunt, indigenatus obuenerit, conditio, vt in Poloniam suum domicilium transferant, interdum solet adiaceri †††), interdum omitti. Indigenis a. 1658 & sequentibus creatis a. 1662 mandabatur, vt ante proxima comitia bona terrestria sibi compararent, irrito alias indigenatu ††††). Eodem anno declaratum, in tantum seruire indigenatum, in quantum quis Romanæ catholicæ religionis sit, quod a. 1673 repetebatur †\*). Hinc noui indigenæ, qui non Romani catholici, monentur vt horum religionem amplectantur †\*\*), nisi pro iis, qui indigenatu exciderunt, haberi velint †\*\*\*). Quia vero indigenæ in numerum ciuium recipiantur, fas est vt Regi & Republicæ fidem suam

suam obstringant, idque ad exemplum memoratorum antea *Bathoreorum* exigitur, quod passim ex constitutionibus pro novis indigenis patet, quale iusiurandum nouissime in comitiis a. 1764. præstitum est. Noui indigenæ non tantum per constitutionem tales declarantur, sed simul ex *cancellaria* litteras accipiunt. Tempore Ioannis Casimiri memoratur exemplum plane singulare indigenatus, non Ordinum scito, sed diplomate Regis, Primatis & Nuntiorum Mareschalci manu subscripto collati, & posteriore constitutione approbati †\*\*\*\*). Regnante Augusto III. in tribunali Regni vetus indigena declaratus, qui postea pro indigena habitus non est, quare duo eius filii in comitiis a. 1764 indigenatum sibi, vi exteris, conferri petebant, impetrabantque.

\*) Vol. Const. p. 485. tit. Indigenatus. (II. 1239.)

\*\*\*) Vol. Const. p. 748. tit. Temruk. p. 864. tit. De indigenatibus. Constit. a. 1641. p. II. tit. O indygenatach, (II. 1516. IV. II.) P. C. Michaelis & Regum successorum §. Cudzoziemcow ani nikogo.

\*\*\*\*) P. C. Stanisl. Augusti §. Indygenaty.

†) Constit. 1641. p. II. tit. O indygenatach. (IV. II.)

††) Constit. a. 1641. l. c.

†††) Constit. a. 1676. p. 65. tit. O indygenatach. (VI. 407.)

††††) Constit. a. 1652. p. 28. tit. Indygenat Xiaz Saskiego. tit. Jana Ud. Szafgocá. (IV. 384. 385.) ††††)

†††) Constit. a. 1662. p. 38. tit. O indygenatach przeszlych seymow. (IV. 871.)

†\*) Constit. a. 1662. p. 37. tit. Indygenat. Hagenthorna. tit. Indygenat. Mięsickich. Constit. a. 1673. p. 40. tit. O indygenatach. (IV. 870. V. 133.)

†\*\*) Constit. a. 1683. p. 16. tit. Indygenaty. a. 1685. p. 21. tit. Nobilitacye. (V. 673. 730.)

†\*\*\*) Constit. 1726. p. 67. tit. Indyg. Ur. Willi. Miera. a. 1736. p. 115. tit. Indygenatow. (VI. 454. 677.)

†\*\*\*\*) Constit. a. 1654. p. 17. tit. Approbacya. (IV. 456.)

### §. XV.

Sed non fit simul in Prussia indigena, cui Polonicus indigenatus confertur, quia ipsi Poloni in Prussia indigenæ non sunt, nisi ibidem indigenatum impetrauerint \*). A Polonis iuxta & exteris, quibus in hoc Poloni pares habentur, obtinendus est Prussiæ indigenatus, qui Ordinum provinciae illius consensu, in generali conuentu, publico scito, *Laudum* vocant, declaratur. Antea tamen in minoribus conuentibus a candidatis roganda nobilitas, vt ipsos in generali suo suffragio adiuuet \*\*). In conuentu generali Graudentiensi a. 1764 indigenatus Prussicus duodecim Polonis collatus, laudo pro singulis scripto.

### §. XVI.

\*) Supra lib. H. c. XI. §. 7.

\*\*) Hodier. facies Reipub. Prut. §. 79. Jus publ. Pruss. Pol. p. 204-206.

## §. XVI.

Creati indigenæ statim possunt ad dignitates euehi, legationes & alia munia publica obire, si corpore & fortunis nouam suam patriam tuiti, aut adhuc tuentur, nec non si antiquis familiis externis oriundi; secus illorum demum pronepotes ad honores & negotia Reipublicæ admitti debent \*). Hinc sæpe constitutionibus additur, novos indigenas omnium iurium nobilitatis Polonæ participes reddi, nonnunquam vero omittitur: & tum ad dignitates & bona Regia ac terrestria præclusus est aditus, illosque intelligit, quando Stanislaus Augustus in suis pactis spondet, Se quæ vacua fuerint *scartabellis* non collaturum \*\*).

\*) P. C. Michaelis & Regum successorum Cudzoziemcow ani nikogo.

\*\*\*) P. C. Stan. Aug. §. Za honory.

## §. XVII.

Qui non nobiles nati, siue Poloni, siue peregrini fuerint, possunt nobiles fieri. Iam Casimiri M. tempore milites seu nobiles ex scultetis & Kmethonibus creati memorantur \*): qua potestate olim Rex, cum liberet, utebatur, donec lex a. 1578 nobilitatem in comitiis, Senatoribus consciis, aut in exercitu ob res fortiter gestas conferri vellet \*\*). Deinde ad obtinendam nobilitatem, Senatorum, Nuntiorum terrestrium, Ministrorum Senatorii ordinis,

dinis, & Ducum exercitus commendatio ex meritis necessaria habita \*\*\*). Non tamen necesse, vt nobilitatis candidatum commendent omnes aut in commendationem consentiant, sed sufficit plurimorum palatinatum, terrarum & *districtuum* commendatio \*\*\*\*). Non ergo potest nobilitas solo regio diplomate impetrari, sed debet in constitutione declarari †): qua ex causa non tantum indigenarum sed etiam recentium nobilium nomina in legum voluminibus leguntur ††). Olim etiam vetitum non ingenuum creare nobilem, nisi dominus cui per seruitutem obnoxius consenserit †††). Cæterum eadem de nobilitate præcipiuntur, quæ de indigenatu memorauimus: vt candidati in minoribus conuentibus equestri ordinis commendationem ambient \*); vt de eorum meritis Ordines in comitiis cognoscant \*\*); vt vel iam sint Romani catholici, vel horum religionem amplectantur \*\*\*); vtque demum pronepotes novorum nobilium in dignitatibus & publicis muniis gerendis habeantur pares veteribus, nisi ipsi qui primi nobilitatem in suam familiam intulerunt, meritis conspicui fuerint †\*): quorum in constitutionibus mentio fieri solet, si nobilitas pleno iurium usu confertur †\*\*). Stanislaus Augustus, *scartabellos*, quo nomine noui nobiles vocantur, a dignitatibus, capitaneatibus iurisdictionalibus & publicis muniis arcet †\*\*\*). In comitiis *coronationis* a. 1764 nobilitas collata, saluo

saluo iure *scartabellatus* aut salua lege de *scartabellis*.

\*) Lasco Statut. f. 29. p. I.

\*\*\*) Vol. Const. p. 334. tit. Plebeiorum nobilitatio. Const. a. 1641. p. II. tit. O indygenatach. (II. 971. IV. 11.)

\*\*\*\*) Vol. Const. p. 736. tit. O nowey szlachcie. (II. 1502.) P. C. Michaelis & Regum Successorum §. Cudzoziemcow ani nikogo.

\*\*\*\*\*) P. C. Stan. Aug. §. Indygenatu y nobilitacye.

†) Vol. Const. p. 736. tit. O nowey szlachcie. (II. 1502.)

††) Vid. Ladovscii Index constitutionum. p. 488. f. & Zeglicii p. 670. f. vbi nomina nouorum nobilium ab a. 1601. ad a. 1726 creatorum exhibentur. Post annum 1726 non prius quam in comitiis coronationis a. 1764 noui nobiles facti, qui in illorum comitorum constitutionibus leguntur.

†††) Vol. Const. p. 736. tit. O nowey szlachcie. (II. 1502.)

\*) Constit. a. 1676. inter Lituan. p. 24. tit. Nobilitacye. (V. 441.)

\*\*\*) Constit. a. 1641. p. II. tit. O indygenatach. (IV. 11.)

\*\*\*\*\*) Constit. a. 1683. p. 16. tit. Nobilitacya osob. a. 1685. p. 21. tit. Nobilitacye. a. 1736. p. 115. tit. Indygenatow. (V. 673. 730. VI. 677.)

†\*) P. C. Michaelis & Regum successorum §. Cudzoziemcow ani nikogo.

†\*\*\*) Constit. a. 1676. p. 59. tit. Nobilitacya. p. 61. tit. Nobilit. Ur. Ad. Szuberta, a. 1726. p.



64. tit. Nobilit. Jana Renarda. (V. 400. 402. VI. 452.)

†\*\*\*) P. C. Stanisl. Augusti §. za honory.

### §. XVIII.

Quia ergo nobilitas publica auctoritate in comitiis conferri debet, non licet nobili suam nobilitatem cum ignobili communicare, eundemque pro suo consanguineo venditare, sed sua nobilitate multandus, si id fecerit. Nec minus in ius vocari puniri que possunt, qui post annum 1578 insignia nobilium familiarum, ad quas non pertinent, sibi arrogare ausi \*). Qui vero rite nobilitatem obtinuerunt, a veterioribus familiis ad insignium communionem admitti possunt.

\*) Constit. a. 1633. p. 33. tit. wywodzeniu. (III. 805.)

### §. XIX.

Qui nobilitatem mentitur, cum nobilis non sit, possessionibus, & si nullas habet, carcere per annum dimidium multandus est \*). Imo est lex antiquior, quæ pœna liberat qui talem occiderit, si quasi nobilem occidisset in ius vocatus fuerit; contra eum qui occisi causam ad iudicium delaturus, pecunia & carcere multari præcipit, idemque si nobilis non verus sauciatus fuerit, sancit \*\*). Vbi vero aliquis nobilitatis sibi arrogatæ falso accusatus, debet is in minori sui palatinatus aut terræ conventu etiam si

etiamsi ruptus fuerit, testibus consanguineis & litteris suam nobilitatem probare, & testimonium conuentus ad tribunal deferre, vt consanguineis ad iusiurandum admissis, intenta lite absoluator \*\*\*) : cui etiam ignobilitatem falso obiicientem in iudicio persequi licet, vt poena capitis in eum decernatur \*\*\*\*). Ne vero quorum nobilitas suspecta est, noua oppida & vicos condant, illisque suum nomen imponant, vt futuro tempore hoc argumento vetustas familiz probetur, Capitanei & Tenutarii illorum tractuum Cancellarios de eo certiores reddere debent, ne suspectis nobilibus regia priuilegia in noua oppida & vicos largiantur: oppidis etiam & vicis in fiscum redigendis, si quod inde Reipublicæ damnum exstiterit †).

\*) Vol. Constitution. p. 517. tit. O szlachectwie. (II. 1272.)

\*\*) Vol. Constit. p. 10. §. Gdzieby kto. (II. 606.)

\*\*\*) Vol. Const. p. 736. tit. O nowey Szlachcie. §. A iż. Constit. a. 1633. p. 33. tit. O wywodzeniu. §. Do wyvodu. Const. a. 1690. p. 16. tit. Deductio nobilitatis. (II. 1502. IV. 805. V. 776.)

\*\*\*\*) Constit. 1633. tit. c. §. Na koniec.

†) Tract. Varl. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 13. §. A ponieważ. (VI. 242.)

§. XX.

Nobiles tum nati tum creati, amittunt nobilitatem.

bilitatis iura, quando in ciuitatibus, mercaturam, opificia, cauponas, aut alia oppidanorum exercent \*). Addit lex, qui in ciuitatibus magistratum gerunt \*\*), quod de minorum ciuitatum magistratibus intelligendum, cum enim præcipuarum, quas §. 8. memorauimus, ciues in hoc nobilibus æquantur, ut possint bona *terrestria* possidere, essent magistratus qui nobiles, deterioris conditionis, si per hoc suum munus iura nobilitatis amitterent. Quid quod magistratibus in suo munere mansuris nonnunquam nobilitas collata est, licet nobilium iura non exerceant, quia bona terrestria sibi non compararunt, aut si compararunt, magistratum gerere, ac ea quæ nobilium sunt, simul curare nequeunt. Vilenensis ciuitas a Sigismundo Augusto priuilegium obtinuit, ne magistratus gestus nobili officiat, & ut plebeius magistratum gerens nobili par habeatur, filiique, si liberalia aut militaria studia coluerint, omnibus dignitatibus idonei habeantur \*\*\*): quo iure etiam Cracouienses magistratus uti, *Hartknochius* †) affirmat.

\*) Janusz. Stat. p. 197. Constit. a. 1633. p. 34. tit. O wywodzeniu szlachetwá § Na koniec. Constit. a. 1677. p. 11. tit. Nowa szlachta. (III. 805. V. 413.)

\*\*) Constit. a. 1633. l. c.

\*\*\*) Olizar. de politica hominum societate p. 190.

†) De Repub. Pol. L. II. c. 5. §. 20. p. 621.

## §. XXI.

Juste excidunt nobilitate, qui propter crimina lato decreto infames declarantur. Solent etiam per publicam legem nobilitate exui, quibus nullo ipsorum merito collata est \*). Possunt tamen in priorem statum, Ordinum consensu restitui, quibus nobilitas adempta, quorum exempla ex constitutionibus in suos indices Ladovscius & Zeglicius \*\*), retulerunt.

\*) Constit. a. 1678. p. 36. tit. Deklaracya o nowey szlachcie. (V. 595.)

\*\*\*) Tit. Restytucya p. 421. f. & 534. f.

## CAP. III.

## De Regni Ordinibus generatim.

§. I. Duo regni Ordines in Polonia. §. II. Antiqua Regum in gubernando regno auctoritas. Prælati & Barones quomodo olim consulti. Decernendi potestatem penes Regem fuisse exemplis docetur. Dignitarii & Officiales nonnunquam cum Prælati & Baronibus consulti. §. III. Tributa nobilium consensu imperari ceperunt. Primi nobilium conventus. Sine consensu nobilium neque leges ferendæ neque generalis expeditio edicenda. Bini ex singulis terris in comitia missi Nuntii. Aucta nobilitatis potestas, ut inuita illa nihil constituantur. Mos diuersus priorum

*priorum temporum, exemplo deditiois Prus-  
 forum explanatur. §. IV. Comitia cum  
 Senatoribus & terrarum Nuntiis habita.  
 Lex ne quid noui sine Senatorum & Nuntio-  
 rum communi consensu sanciat, quæ per-  
 petuo usu seruata. §. V. Ordinum in de-  
 cernendo auctoritas.*

### §. I.

**E**x hac, quam proximo capite descripsimus, nobilitate, Ordines leguntur, aliis Senatoriam dignitatem obtinentibus, aliis equestrem gradum non excedentibus: duos enim non tres, reuera esse Ordines, alibi ostensum \*).

\*) Lib. II. c. 1. §. 3.

### §. II.

Rex, qui Reipublicæ caput præest, pro negotiorum diuersitate, modo vnum Ordinem, modo ambos in consilium adhibet, vt ex illorum sententia decernatur. Antiquis temporibus sua auctoritate Reges Poloniam moderabantur, Proceribus consultis, qui hodie Senatores, olim *Prælati & Barones* appellabantur. Nulla tamen per leges consulendi erat necessitas, aut vti illis visum constituendi, sed Principes multa, Proceribus ignaris, peragebant, & quando eos adhibebant, id ideo fiebat, vt edocerentur quid conduceret, manente decernendi libertate: vt hodie externi Reges quibus imperium est

est solutius, Consiliariorum sententias in rebus arduis & maioris momenti rogant, saluo statuendi penes se arbitrio. Casimirus M. a. 1339 successorem declaraturus Proceres consuluit, & plerisque Masouix, aliis Opolix in Silesia Ducem commendantibus, ipse Ludouicum Caroli Regis Hungariæ filium Piaſtidis prætulit \*). Idem a. 1343 pacem cum Ordine teutonico, Præsulibus ab ea auersis, cæteris Proceribus voluntatem Regis sequentibus, composuit \*\*). Vladislaus Jagello, frustra *Prælatiſ & Baronibus* improbantibus, Podoliam Palatino Cracouiensi Melſtinio beneficiaria lege contulit \*\*\*): qui etiam illis inſciis fœdus cum Sigismundo Cæsare a. 1411 iniit \*\*\*\*). Dissidentibus de recipiendo, quod Regis fratri Casimiro offerebatur, Bohemiæ regno Proceribus, Rex Vladislaus Jagellonides illorum probabat sententiam, qui regnum non recusandum esse auctores erant †). Ex quibus liquet, Reges non ad ea adstrictos fuisse, quæ vel omnes vel plures censuissent, vt diuersa statuere nequissent. Idem dicendum de iis, qui in palatinatibus & terris minores dignitates & munia gerebant, *Dignitariis & Officialibus*, quos interdum cum Proceribus in consilium adhibitos, & historia & diplomata ††) demonstrant.

\*) Dlug. IX. 1055.

\*\*) Dlug. IX. 1066. 1067.

\*\*\*) Dlug. X. 150.

\*\*\*\*) Dlug. XI. 319.

†) Dlug. XII. 700. 701.

††) Dlug. IX. 1081. 1106. XIII. 30. Lasc. Stat. f. 49. p. 2. f. 52. p. 2.

### §. III.

Nobiles, qui iam alterum ordinem constituunt, primum a Vladislao Jagellone a. 1404 adhibiti, ut ad redimendam terram Dobrinensem in tributum consentirent, cum illud Rex sua auctoritate imperare non posset; exactionum immunitate a Ludouico concessa. Tum primi conuentus minores a nobilitate habiti, & in comitiis Korczini, *Prælatorum, Baronum, & militarium* consensu tributum decretum est, sic tamen, ne hæc collatio spontanea iuribus nobilium officeret, neue in posterum tributa tantquam debita exigenterentur \*). Ex qua causa obtinuit, ut de conferenda in publicum usum pecunia ad nobilitatem referretur, quo illam decerneret. Accessit nobilitati maior potestas, cum Casimirus III. a. 1454 fidem daret, neque nouam legem latum, neque generalem in hostes expeditionem indictum iri, nisi consulta in singularum terrarum conuentibus nobilitate \*\*). Idem Casimirus a. 1468 minoris maiorisque Poloniæ nobilitatem, quamque seorsum, in suo conuentu tributum poscens, hoc tulit responsum, non posse tributum decerni, nisi in comitiis, vtriusque Poloniæ nobilibus presentibus. Tum bini ex singulis terris ad comitia Petricoviensia mittebantur nuntii, a quibus nuntii tributum

butum decretum \*\*\*): & iam ab aliis †) obseruatum, ex hoc tempore nobilitatem per suos nuntios quæuis frequentare cœpisse comitia, & non tantum sciscendis tributis, sed etiam quibusuis aliis negotiis adhiberi, ea quidem potestate, vt nihil sine eius consentu decerni poterit. Si ergo ante Vladislauum Jagellonem nobiles interdum in consilium adhibiti, aut sub Vladislao Jagellone & post ipsum ex alia causa, quam vt tributa sciscerentur, adhibiti leguntur, non existimandum, acsi vt Nuntii qui eorum nomine a quibus missi starent, adhibiti fuerint, sed qui quid ipsi sentirent dicerent, salua Regi decernendi potestate. Offerebant a. 1454 Casimiro III. Cracouiæ deditioem Prussi. Rex statim Senatores & nobiles, quos *Dlugoffus* eius æui scriptor *iuniores* vocat, consulebat. Tres erant sententiæ, aliis deditioem non admittendam, aliis accipiendam, aliis ad comitia differendam censentibus. Sed quod Prussorum legati moræ impatientes erant, Rex ipsorum prouinciam, non differendo longius, in suam ditionem recipiebat ††). Memorabile hoc exemplum docet, quem modum etiam illo æuo in consulendis nobilibus, si non de tributis ageretur, Reges seruauerint. Consulebat Casimirus III. Senatores & nobiles non in eam rem ex palatinatibus accitos, sed qui tum forte & ex alia causa Cracouiæ aderant. Neque nobiles vt Nuntii fratrum suorum nomine, sed quid ipsi sentirent rogabantur. Et cum



plures essent sententiæ, valebat quam Rex amplectebatur, vt etiam tanti momenti negotium extra comitia conficeretur, & dissentientes in eo quod Regi placuerat acquiescerent.

\*) Dlug. X. 180. Bielsc. Chr. p. 286.

\*\*) Lasc. Stat. 95. p. 2. tit. de bello & constitutionibus.

\*\*\*) Dlug. XIII. 431. Cromer. Histor. XXVII. 399. 400. Bielsc. Chr. p. 447.

†) A Cromero & Bielsc. l. c.

††) Dlug. XIII. 131. 132.

#### §. IV.

Ioannes Albertus Casimiri filius & successor, affirmat a. 1496 se comitia cum vniuersis Prælatiis, Baronibus, nobilibus terrarumque Nuntiis celebrasse \*). Idem cum fieret ab Alexandro Rege, simul ipso regnante a. 1505 lege cautam, vt futuris temporibus nihil noui sine communi Consiliariorum & Nuntiorum terrestrium consensu constituatur \*\*). Legi huic vsus continuus respondet, cum nihil noui nisi in comitiis sanciat, quæ Senatoribus & nobilitatis Nuntiis præsentibus peraguntur.

\*) Lasc. Statut. f. 96. p. 2.

\*\*) Lasc. Statut. f. 115. p. 2.

#### §. V.

Hoc modo potestas quæ antiquis temporibus penes vnum Regem, cum Senatoribus & nobilitate communicata, & qui olim Consilarii & ciues,

ciues, Ordines euaserunt, ad quos simul cum Rege cura Reipublicæ pertineret, & quibus intercedendi illis, quæ Rex vellet, ius esset. Neque defuerunt sibi Ordines, quo minus auctoritatem suam firmarent amplificarentque, inter regnis præsertim ad hoc opportunis. Quo factum, ut Regis potestas sensim intra illos limites redigeretur, quibus illam hodie constriictam videmus.

## CAP. IV.

## De Senatu.

§. I. *Senatores qui. Honor Senatorius certis dignitatibus inhæret.* §. II. *Non conferitur honor Senatorius seorsum, sed simul cum aliis dignitatibus. Qui possint esse Senatores. Leges de nobilitate & religione.* §. III. *Iurant Senatores. Iurisiurandi forma. Quis iusiurandum præeat. Ministri Senatorii ad alias formulas iurant.* §. IV. *Senator nouus Regi gratias agit. Quod etiam ab eo fit cui alius in Senatu locus obuinit.* §. V. *Senatorum numerus minor, Masouia, Podlachia, Volhinia, Kiouia, Lituania, Prussia Proceribus & uno Castellano Osviecimensi audus. Livonia Episcopus, Palatinus & Castellanus. Episcopus Smolenscensis, Palatinus & Castellanus Czernichoviensis, Castellanus Buscensis. Præfibus græcæ religionis inter Senatores promissus*

*sus locus, quod nouæ Cosacorum turbæ irritum reddiderunt. Quot hodie in uniuersum Senatores. §. VI. Soli Senatores Regis a consiliis. Poena criminalis in consiliarios extraneos. Senatores residentes. Senatores in iudiciis relationum. §. VII. Senatorum consensus in publicis negotiis. Potestas intercedendi. Cur ipsi comitia non rumpant. In Senatus consiliis & iudiciis relationum plurium sententia vincit. §. VIII. Senatores publico consensu extra regnum profiscuntur. Quo non opus, si in Saxoniam, Rege ibidem agente, olim se conferebant. §. IX. Titulus Senatorum Excellentia. Reditus nulli. §. X. Senatus in Prussia, cuius pars ad regni Senatum pertinet.*

## §. I.

**S**enatum constituunt, qui olim *Prælati & Barones* dicebantur, quibusque postea Senatorum seu Consiliariorum regni nomen inditum est. In horum numero sunt Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, Castellani, & præcipui Ministri, qui ideo Senatorii ordinis vocantur: estque his dignitatibus munus Senatorium ita in-nexum, vt simul cum illis conferatur.

## §. II.

Igitur Rex, cum Archiepiscopos, Palatinos, Castellanos ac memoratos Ministros declarat, eosdem simul Senatores creat, vtque  
adeo

adeo & in Senatoribus habeat locum, quod de dignitatibus illis alibi dictum \*), debere illas contingere nobilibus, indigenis & qui possessionibus ac pari cum reliquis regni ciuibus iure gaudeant, quibus pariter sint merita, iusta ætas & ingenium: seorsumque Sigismundus Augustus alios quam nobiles, siue ecclesiastici siue sæculares fuerint, in Senatu esse, a. 1550 vetuit \*\*). Confœderationem a. 1733 a Senatoribus religionem Romanam catholicam exigere, supra mentionem fecimus \*\*\*).

\*) L. II. c. XI. §. 5.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 7. §. 12. Stan Rycerski. (II. 598.)

\*\*\*), L. II. c. XI. §. 12.

### §. III.

Noui Senatores Regi & Reipublicæ iureiurando se obstringunt, vtrique fideliter consulturos; sententiam in iudicio iuste dicturos; secreta sibi credita, in Regis & Reipublicæ damnum non reuelaturos; vtriusque commoda pro facultate amplificaturos; noxia vero auersuros, & quo minus perficiantur impedituros: idque per Deum & per sanctum euangelium aut sanctam crucem spondent. Formula hæc Alexandro regnante statutis a *Lascone* \*) inserta fuit, cui a. 1588 verba, de *sententia in iudicio iuste dicenda*, addebantur \*\*). Præit iusiurandum coram Rege, alteruter Cancellario.

cellariorum verbis latinis, ex *Herburti* statutis, & quidem regni Cancellarius, si nouus Senator Polonus, Lituaniæ vero, si Lituanus fuerit. Ex quo enim Lituani cum Polonis vnum Senatam constituerunt, iurisiurandi forma vtriusque gentis Senatoribus communis esse cœpit \*\*\*). Iuramentum Rege viuente non præstitum, interregno præstari, si nouus Senator locum suum in Senatu occupare vult, supra ostensum \*\*\*\*), & tum non Regi, qui non est, sed Reipublicæ fides obstringitur. Cæterorum Senatorum idem iuramentum, soli Ministri huius ordinis formis diuersis, quæ cuiusque muneri conueniunt, vtuntur, quas infra de Ministris his seorsum acturi adferemus.

\*) Stat. f. 161. p. 2.

\*\*) Vol. Constit. p. 469. tit. O poprawie przysięgi. (II. 1221.) Janusz. Stat. p. 269.

\*\*\*). Vol. Const. p. 175. §. Przysięgi. (II. 771.)

\*\*\*\*) Lib. II. c. 3. §. 18.

#### §. IV.

Senator recens creatus, non prius quam iurauit, in Senatu confidet, & dum ipsi, siue in comitiis siue in Senatus consilio, suo ordine censendum, stans Regi gratias agit, eiusque laudes celebrat, ac conlurgente toto Senatu, ad solium accedens, Regiam Maiestatem manus osculo veneratur. In suum locum reuersus, sedens censet. Eadem gratiarum actio, idemque Maiestatis

iestatis cultus, vbi Senator vel altiorem vel fructuosiorem gradum consecutus est.

§. V.

Numerus Senatorum non semper fuit idem, sed qui olim minor, maior euasit, cum iunctæ Poloniæ prouinciæ, in comunionem consiliorum reciperentur. A. 1529 primum Masouix proceres Senatui interfuerunt \*). Tempore Sigismundi Augusti, Osviecimensis Castellanus & ex Podlachia, Volhynia, Kiovia & omni Lituania optimates additi \*\*): qui honor etiam Episcopis, Palatinis & Castellanis Prussix est habitus \*\*\*), scriptusque in comitiis Lublinensibus a. 1569 index \*\*\*\*) Senatorum, in quo cuique suus locus assignatur. Stephanus Livoniæ statum ordinans, vnum Episcopum & tres Præsides, pari cum Palatinis in Prussia auctoritate instituit †), quos Sigismundus III. a. 1598 Palatinos vocari, & in Senatu post Poloniæ & Lituaniæ Palatinos sedere voluit, totidem addens Castellanos, qui in Senatu post Castellanos cæteros locum haberent ††). Antea a. 1593 sancitum, vt Episcopus Vendenis in Liuonia, Camenecensis latus clauderet †††). Sed secuta in Senatoribus huius prouinciæ mutatio, cum cætera trans Dunam Liuonia, præter portionem aliquam, pace Oliuensi Suecis relinqueretur. Seruabant quidem qui tum erant Palatini & Castellani titulum †\*), verum post illos, pro ternis

nīs singuli & Palatinus & Castellanus Liunionis a. 1677 creati, & Episcopus, qui Vendenſis olim dictus, pariter a Liunia nomen recepit †\*\*). Regnante Vladislao IV. numerus Senatorum Episcopo Smolenscensi, Palatino & Castellano Czernichouienſi †\*\*\*) auctus. Nouissime in comitiis post inaugurationem Stanislai Augusti, Castellanus Buscensis in palatinatu Belzenſi additus est, vt inter Castellanos sit vltimus †\*\*\*\*). Pactis *Hadiacensibus* a. 1658 Cosacis promissum, Metropolitam Kioviensem & quinque Episcopos græcæ religionis Senatoribus additum iri †\*\*\*\*\*); sed Cosacis ad hostilia redeuntibus, pactisque hoc modo irritis, Præsules græci dignitatem Senatoriam non obtinuerunt. Sunt ergo hodie Senatores centum & quadraginta septem, in quibus Archiepiscopi duo, Episcopi quindecim, Palatini triginta septem, quibus Castellani tres & Capitaneus Samogitiæ, quia Palatinis dignitate pares, immisſi, Castellani octoginta tres, & Ministri decem: de quibus seorsum capitibus sequentibus agetur.

\*) Biels. Chr. p. 560.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 63, §. Naprzod. p. 152. §. A Konsiliarze. p. 160. §. To też za proźbą. p. 167. §. To też za proźbą. p. 174. §. Seymy y rady. p. 179. §. Mieysca. (II. 655. 749. 757. 764. 771. 777.)

\*\*\*\*) Histor. nost. Pruss. T. II. p. 395. Doc. p. 194.

\*\*\*\*\*) Porządek Rady Koronney Vol. Constit. p. 180. (II. 177.)

†) Janusz.

- †) Janusz. Stat. .p. 997, §. 4. 5. Constit. edit. nov. T. II. p. 1040.  
 ††) Vol. Const. p. 709. tit. Ordynácyá. (II. 1474.)  
 †††) Vol. Const. p. 647. tit. Mieysce. (II. 1409.)  
 †\*) Pax Olivensis a. 1660. artic. IV. §. 1. 3. Constit. a. 1661. p. 45. (IV. 740.)  
 †\*\*) Constit. a. 1677. p. 26. tit. Ordynácyá. (V. 483.)  
 †\*\*\*) Constit. a. 1638. p. 30. tit. Smolenskie hiskupstwo. a. 1633. p. 33. tit. Ordynácyá. a. 1635. p. 17. tit. Ordynácyá a. 1641. p. 14. tit. Káztellania. (III. 950. 805. 865. IV. 13.)  
 †\*\*\*\*) Constit. a. 1764 p. 68. tit. Káztellania.  
 †\*\*\*\*\*) Constit. a. 1659. p. 52. §. A że w spólney.

§. VI.

Præter hos Senatores, non alii Regis sunt a consiliis, quos publicis negotiis adhibeat \*), arcentque illis leges, omnes extraneos \*\*), in quos exorbitantiæ a. 1669 criminalem poenam decernunt, si se immiscere ausi fuerint \*\*\*). Consuluntur autem Senatores vel in comitiis, vel extra comitia. Posterius fit vel cum paucis, vel cum omnibus, & illud quidem, quando Rex cum Senatoribus in aula residentibus deliberat, hoc cum statim post comitia cum omnibus qui adsunt consilia habentur, aut alio tempore ad Regem arcessuntur: de quibus Senatus consiliis infra agemus. Quod ad Senatores residentes, placuit quidem iam a. 1453 vt semper quatuor circa Regem essent, sine quorum consensu nihil in rebus grauioribus decerneretur, quibusque dissen-



dissentientibus omnia irrita essent \*\*\*\*); sed id vsu non obtinuit. Anno demum 1573 lex de Senatoribus residentibus fuit lata, cuius auctoritas valuit; vt suo loco demonstrauius †). Inde sunt, dum Rex intra Regnum versatur, perpetuo in eius aula, præter Ministros, vnus Archiepiscopus aut Episcopus, vnus Palatinus & duo Castellani, poena etiam in absentes decreta, quam *Tract. Vars. a. 1716* & sequentis anni constitutio firmant ††). De his Senatorum residentium consiliis pariter alibi dictum †††). Assident etiam Regi Senatores quando relationum habet iudicia; qua de causa in iureiurando suo ad sententiam iuste dicendam obstringuntur.

\*) Vol. Constit. p. 253. §. A w sprawach. (II. 897.)

\*\*) Vol. Constit. p. 83 r. tit. O Cudzoziemcach. Const. a. 1717. p. 7. §. Krom tego (II. 1598. VI. 237.) P. C. Sigismundi III. §. Recipiunt etiam. P. C. Vladislai IV. Ioannis Casimiri, Augusti II. Augusti III. & Stanislai Augusti. §. Cudzoziemcow w szelákiew.

\*\*\*) Exorbit. tit. O liczbie cudzoziemcow. (V. 14.)

\*\*\*\*) Dlugos. XIII. 115.

†) L. II. c. 12. §. 11.

††) Constit. a. 1717. p. 12. §. Dadzą. p. 66. tit. Reassumptio. (VI. 241. 294.)

†††) Lib. II. c. 12. §. 13.

## §. VII.

Senatorum consensu opus esse, si quid decernendum, lex Alexandri capitis proximi §. 4. citata loquitur. Et quidem omnium consensus exigitur, si in comitiis consuluntur. Vt enim singuli Nuntii terrestres ius habent intercedendi, ita idem de Senatoribus affirmandum, nisi auctoritatem illorum, minorem nuntiorum potestate statuere velimus. Hinc usus iure suo Palatinus Polnaniensis, Breza, cum Ioanne III. regnante, verbis *fisto actiuitatem* consilia interpellasset \*). Eadem Senatoris vox in fine Senatus consilii a. 1765 inter lectionem consultorum audita, cum insertum esset, quod Senatores non probassent, valuitque intercessio, manente quamuis confœderatione, ut consultum corrigeretur. Quod autem nunquam a Senatore rupta comitia, ideo factum, ut euitaretur odium, cui id obnoxium esse solet. Cum vero Senatorum vix ullus, cui non sui in Nuntiorum conclauis sint amici, facile per hos potest effici, quod ipsi ob inuidiam nolunt. In comitiis conuocationis, electionis & coronationis a. 1764 non neesse erat, ut omnes in eandem sententiam consentirent, quia tria illa comitia sub confœderationis vinculo habebantur. De senatus consiliis extra comitia, *articuli Henriciani* præcipiunt, Regi dandam esse operam, ut si discordes Senatores, omnes vni sententiæ accedant, secus illorum esse recipiendam, quæ iuribus & consuetudinibus, secundum

Tom. II. D dum

dum cuiusvis terræ leges & Reipublicæ commodum, quam proxima sit \*\*). Sigismundi III. nomine olim affirmabatur, non perferri senatus consultum, nisi conciliatis dissentientium sententiis \*\*\*). Vsu pluralitas obtinet, quam *Tract. Varsav. a. 1716* & sequentis anni constitutio probant †). Nec minus ex eadem pluralitate, decreta in relationum iudiciis sunt ††).

\*) *Zal. Epist. T. I. part. II. p. 1169.*

\*\*\*) *Vol. Const. p. 254. §. Czesło się. (II. 898.)*

\*\*\*) *Lubiense. Oper. p. 52.*

†) *Constit. a. 1717. p. 12. §. Dadzą. p. 66. tit. Reassumptio. (VI. 241. 294.)*

††) *P. C. Michaelis & Augusti H. §. Na sądach feymowich. Augusti III. §. Sądown relacy- inych. Stanisł. Augusti §. Na sądach.*

### §. VIII.

Ne autem Rex consilio Senatorum destituatur, intra regnum inaneat, & si ad externos proficisci volunt, in comitiis publico consensu veniam impetrant. Cuius rei exempla passim in constitutionibus leguntur: quorum recentissima, confœderationes generales a. 1733 & 1764 ac constitutiones a. 1736 & 1764 exhibent \*). Nonnunquam tamen sine eiusmodi consensu extra regnum excurritur, & leges quæ Regi per intervalla temporum in Saxonia agere olim permittebant, etiam Senatoribus & iis

iis qui minora munia gerebant, eo se conferre concedebant, vt ad hoc venia in comitiis opus non esset \*\*).

\*) Konfed. gener. a. 1733. §. Subueniendo. & a. 1764. §. Pozwolenie. Constit. a. 1736. p. 106. tit. Odiadz. tit. Pozwolenie. p. 112. tit. Pozwolenie. (VI. 667. 669.) Constit. a. 1764. p. 65. (85.) tit. Wyrazdu.

\*\*) Const. a. 1703. p. 19. tit. Pozwolenie. Const. a. 1717. p. 10. §. Niemniey. (VI. 167. 239.)

§. IX.

Omnes Senatores *Excellentiæ*, nisi quod qui Principum titulo eminent, Celsitudinis nomine appellentur, qui etiam in hoc pares, quod vt Senatores redivibus non gaudeant, sed splendorem ex aliis muniis & bonis regis uno suo patrimonio, & si Præsules suis episcopatibus iustineant.

§. X.

Præter regni Senatum, est in Prussia, & in Prussia sola, publicum consilium, terrarum Prussiae consilium dictum, quodque provinciae illius Episcopi, Palatini, Castellani, Succamerarii, & maiores civitates, Thorunum, Elbinga, Gedanum, constituunt, & ex quibus, vt §. diximus, Episcopi, Palatini & Castellani a. 1569 regni Senatui adscripti, qui non tantum, vt Senatores alii, Regi & Reipublicæ, sed etiam seorsum provinciae suæ in conuentu generali iurant.

rant. Succamerariis & ciuitatibus maioribus nihil cum Senatu regni commune, sed Succamerarii quando ad comitia regni mittuntur, in conclauis nuntiorum locum habent, ciuitates vero solum intra prouinciam in conuentibus generalibus consilia conferunt. Tantum de consilio Prussico quasi in transitu, fusius de eo actum in *translatione* quam sexto volumini *historiæ Prussiæ* præmisimus.

## CAP. V.

## De Archiepiscopis &amp; Episcopis.

§. I. *Primi inter Senatores sacri ordinis. Senatorum primariorum nomen.* §. II. *De origine episcopatum diuersæ diuersorum sententiæ. Posnaniensis episcopatus vetustas.* §. III. *Num primis temporibus soli in consilium adhibiti Præsules. Vnde eorum auctoritas.* §. IV. *Episcopi noui post Papæ confirmationem Senatum ingrediuntur. Idem dicendum de Episcopis, quibus ob alium episcopatum alius in Senatu contingit locus. Singuli a singulis gerendi episcopatus. Exempla eorum qui duobus præfuerunt. Quousque nominatus ad alium episcopatum, ex priore redditibus fruatur. Reditus ex episcopatu vacuo cui seruentur. Frequentes Episcoporum mutationes. Num illæ certo numero circumscriptæ sint.* §. V. *Lex ne ab Episcopis simul abbatia & præposituræ tenean-*

teneantur, qua Episcopi quidam exempti. Aliorum Episcoporum exempla, quibus abbatia & præpositura collata. § VI. Lex ne Episcopi opulentiores cancellariatu fungantur. Ponunt Episcopi cancellarium, quando ad episcopatum, cui ampliores redditus, euehantur. Exempla eorum, qui munus Cancellarii retinuerunt ad fructuosorem episcopatum euecti. Episcopi Varmienses Cancellarii, quorum exemplum iam non repetendum. Episcopi opulentiores ut sigillum redderent compulsi. Ob cancellarium pro minus fructuoso, fructuosiore episcopatu est cedendum. Usu obtinet ut Leopoliensi Archiepiscopo cancellarius non conferatur. Antiquius exemplum Archiepiscopi Leopoliensis simul Procancellarii. § VII. Episcoporum Coadiutores, quibus in Senatu locus non est. A Rege ad Episcoporum preces creantur. Papæ confirmatio. Coadiutoris in episcopatum successores. Coadiutoris nominatio a Rege qui regno se abdicauerat, tum qui ex Polonia discesserat, irrita. Archiepiscopus Gnesnensis ex Coadiutore. Varmiensis, Culmensis & Cuiauiensis Episcopi qui antea Coadiutores. § VIII. Episcoporum Suffraganei. Episcopi in partibus. § IX. Præsules in Senatu primi sedent & ad utrumque Regis latus. Sæculares sibi alterutrum latus integrum frustra postularunt. Antiqua cum Ducibus Masouiae de priore loco controuersia. § X. Archiepiscoporum

Et Episcoporum titulus. Dicunt se Dei Et  
 Apostolicæ sedis gratia. Sua insignia lituo  
 Et ense exornant. §. XI. Illorum numerus  
 Et ordo. §. XII. Origo archiepiscopatus  
 Gnesnensis. Qui primus Archiepiscopus.  
 §. XIII. Qui Archiepiscopus a Rege nomi-  
 nari soleat. Quando factus Primas. §.  
 XIV. Quando legatus natus. Primatis Et  
 Legati nati dignitas archiepiscopatus inhæret.  
 Archiepiscopi, qua legati nati, absentium  
 Nuntiorum Papæ iurisdictionem sibi asserunt.  
 De Internuntiis, quibus iurisdictione pro Nun-  
 tiis absentibus permissa non est. §. XV.  
 Archiepiscopus primus Princeps. Appella-  
 tionis huius ratio Et antiquitas, Contro-  
 versia de hoc titulo, quem Brandenburgicus  
 Elector, qua Dux Prussicæ, Archiepiscopo  
 negavit. §. XVI. Rege defuncto est Inter-  
 rex. A nouo Rege præmiis ornatur. §.  
 XVII. Ex qua causa perpetuus Canonicus  
 Plocensis euaserit. Louicium archiepiscopa-  
 tui acquisitum. §. XVIII. Ius eudendi  
 monetam Et in bonis suis venandi Archi-  
 episcopo concessum. Incolarum immunitas  
 a veterum Ducum iurisdictione Et tributis.  
 §. XIX. Olim noui Episcopi ab Archiepi-  
 scopo Gnesnensi confirmati. Consecratio no-  
 uorum Episcoporum interdum ab Archiepi-  
 scopo, interdum ab vno ex Episcopis peragi-  
 tur. Metropolitana Et primatialis auctori-  
 tas exercita, censura ecclesiastica Vilnensi  
 Palatino exempto, cui a suo Episcopo sacris  
 inter-

interdictum erat. Archiepiscopus generales in Polonia synodos indicit iisque præsidet. §. XX. Rege absente securitati publicæ intentus est. Potest præsentibus Senatores consulere, non tamen vocatis absentibus, Senatus consilium indicere. Nihil ipsi Rege absente illoque inscio decernere licet. Karnucovius notatus quod maioris Poloniæ conuentum habuerit. Quid Radzeiuius Primas, nostra ætate ausus. Certior reddendus a Cancellariis Archiepiscopus, si olim Rex diutius quam publica salus ferret in Saxonia moraretur, aut ibidem dignitates conferret. Lex hæc iam superuacua est. §. XXI. Ius Archiepiscopi Regem monendi. Quam caute & quam reuerenter id fieri debeat. Grande nefas Primatis Radzeiuii. Archiepiscopus Senatus nomine verba facit. §. XXII. Habet primum in Senatu locum neque Cardinali cedit. Controversia de priore cum Cardinale Episcopo loco diremta. Quid fiat ne alter alteri videatur cedere. Exemplum quo per sortem utrique ad mensam regiam locus assignatus. Quæ in publicorum ablatorum subscriptionibus diuersitas. §. XXIII. Non cedunt loco Papæ Nunciis Archiepiscopi. Exempla eorum qui cesserunt. Locus ad mensam regiam per sortem. Nuntium tamen reuisunt, quem honorem exteriorum Principum legatis non præstant. Exemplum Primatis qui apud Cracouiensem



*Episcopum prandio interfuit, quod insolitum habebatur. §. XXIV. Archiepiscopi Gnesnensis in urbem, ubi comitia habenda, ingressus. Quomodo excipiatum dum Regem salutatur. §. XXV. Vetera statuta ne quis coram eo turpia verba loquatur, aut ferum stringat. §. XXVI. De eius Mareschalco. Num is absentium regni & Lituanie Mareschalcorum vicem subeat. Mareschalco est ex Castellanis. Inferiore loco præcedit, superiorem Crucigero relinquens. Jurisdictio eius in domesticos Primatis. Num illam etiam exerceat, si domestici in aula Regis deliquerunt. §. XXVII. Cruciger & alii Primatis aulici. Custodes corporis. Tympana pulsantur ubi tempus prandii instat. Palatium Varsaviae. §. XXVIII. Titulus quem ab exteris Principibus accipit. §. XXIX. Leopoliensis Archiepiscopus Gnesnensi subest. Quando archiepiscopatus ille institutus. Dicitur olim Haliciensis. §. XXX. Lis inter Archiepiscopum Leopoliensem & Episcopum Cracoviensem de loco in Regis inauguratione. §. XXXI. De episcopatus Cracoviensis origine sententia diverſæ. §. XXXII. Num episcopatus ille primis temporibus archiepiscopatus. In quo Dlugoffus sibi ipse aduersatur. Inter episcopatus primus ordine. Papæ priuilegium ne alius episcopatus illi præferatur. §. XXXIII. Episcopus Cracoviensis simul Dux Seue-*

*Seueria. Quam ampla eius diœcesis & quam opimi redditus. Ex qua causa Archiepiscopo Gnasnensi præferri solet. De minuendis eius redditibus consilium. Recentiore ætate agitatum, episcopatum illum in duos diuidere. §. XXXIV. Episcopus Cracouiensis academiæ Cracouiensis Cancellarius. §. XXXV. Voluit in Regum exsequiis iis fungi, quæ ab Archiepiscopo Gnesnensi peragi solent. Inde cum hoc disceptatio. Ab eo vnus Rex renuntiatus & vnus inauguratus. §. XXXVI. Locus eius in Senatu. Numerus Cardinalium inter Episcopos Cracouienses. Episcopatus ille S. Stanislao illustris. §. XXXVII. Cuiuiensis Episcopus primis temporibus Crusuicensis appellatus, iam Cuiuiensis aut Vladislauensis. Vocatur simul Pomeraniæ. Unde hoc illi nomen. Gedanum ad eius diœcesin pertinet. §. XXXVIII. Episcopatus huius initia. §. XXXIX. Interregno Episcopus Cuiuiensis partibus Primatis mortui aut absentis fungitur, cui in Senatu proximus assidet. §. XL. Posnaniensis & Vlnensis Episcopi per vices alter altero prior. Origo Posnaniensis episcopatus. Primis christianiæ religionis temporibus vnus ille in Polonia episcopatus. Fuit sub Magdeburgensi archiepiscopatu. §. XLI. Ius cudendi monetam & venandi Episcopo concessum. Incolæ bonorum episcopatus a tribus*

butis & iurisdictione Ducum maioris Poloniae immunes declarati. Stan. Witvicii imaginarii tituli. §. XLII. Varsavia ad dioecesin Posnaniensis Episcopi pertinet. Quando Regis electioni praesideat. §. XLIII. Vilmensis Episcopatus a Vladislao Jagellone institutus. Episcopo titulus Ducis Ivani falso tributus. Ipse sibi nomen Primatis Lituaniae arrogavit, qua ex causa ab Archiepiscopo Gnesnensi in ius vocatus. Abstinet hoc titulo Episcopus. Archiepiscopi dignitas pro illo postulata. §. XLIV. Episcopatus Plocensis origo, qui antea Masoviensis vocatus. Episcopus in tractu Pultoviensi supremus in civilibus dominus. Praepositus Plocensis Princeps Sielunensis appellatur. §. XLV. Num Varmiensis & Luceoriensis Episcopi adhuc in Senatu alternent. Episcopatus Varmiensis initia. Primam archiepiscopatus Rigeni subiectus, deinde exemptus, ut immediate sub Papa esset. Non habet Metropolitanum Gnesnensem Archiepiscopum, citius synodis Episcopus salua episcopatus sui immunitate interest. Noua insignia, pallium & crux, Episcopo concessa. §. XLVI. Varmiensis simul Sambiensis Episcopum se appellat. Tituli huius ratio. Iurisdicchio eius spiritualis in parochum Regimontanum & alios ecclesiasticos catholicos. Qui primus titulo Sambiensis usus: quem Elector Brandenburgicus, qua Prussiae Dux,

in Varmiensi Episcopo ferre noluit, qui tamen, silentibus legatis Brandenburgicis, publicis pactis apponebatur. Litteræ Varmiensis Episcopi, a regimine Regimontano propter Sambiensis Episcopi titulum, sine responso remissæ. §. XLVII. Vocatur Varmiensis Episcopus S. R. Imperii Princeps. Quando ille titulus collatus, quo in actis regni publicis Episcopi abstinent. Celsissimè vocabulum. Ius tudendi monetam & creandi nobiles. §. XLVIII. Est Prussicæ Senator & provinciæ illius Præses. Oportet ipsum esse indigenam Prussicæ, & si non fuerit, creari. Iurat provinciæ seorsum. Exemplum Episcopi Varmiensis in Prussicum Senatuni & ad præsidium non admissi, quia non indigena. §. XLIX. Eligendus Episcopus a Capitulo. Qualis illa electio. Sit ex gremio Capituli. Exemplum Episcopi qui non Canonicus. Electus a Papa confirmatur. §. L. Episcopi redditus. Exercet in civilibus supremam iurisdictionem. Nobiles non minus quam cæteri incolæ ipsi parent. Elbinga vrbs ad eius diocesim. §. LI. Luceoriensis episcopatus sua initia Ludouici regno debet. Olim Volodimiriensis vocatus. Ex qua causa Episcopus se finit Brestensem appellat. Premisliensis eodem quo Luceoriensis anno cæpit. Primus Episcopus Samogitiæ. Vnde Midnicensis interdum dicitur. §. LII. Culmenfis episcopatus

patus initio a Prussia nomen habuit. Archiepiscopatus declaratus mansit episcopatus. Metropolitana auctoritas in Prussia, Lituonia & Estonia episcopatus concessa. Mox Episcopatus Culmensis Archiepiscopo Rigensi subditus. Frustra sibi idem ius Gnesnensis Archiepiscopus vindicat, sub quem postea per pacta concedere debuit, Rigensi Archiepiscopo nihilominus eius Metropolita manente. Quando Gnesnensis Archiepiscopus in Rigensis ius successerit. §. LIII. Culmensis etiam Pomesaniensis Episcopus dicitur. Frustra actum, ut ipsi ob administrationem Pomesaniensis episcopatus, in Brandenburgica Prussia certi redditus constituerentur. Titulus Pomesaniensis a legatis Ducis Prussiae impugnatur. §. LIV. Episcopus Culmensis locum habet in Senatu Prussico. Inde ut sit indigena necesse est, ac creatur si non natus. Iurat provinciae Praelaturae & canonicatus indigenis ab eo conferendi. §. LV. Eius redditus. Kuzborscii Culmensis Episcopi divitiae. §. LVI. Episcopatus Chelmenfis & Kiouienfis. Episcopus Kiouienfis simul Czernichouienfis vocatur. Redditus eius valde imminuti. §. LVII. Episcopatus Camenecensis. Episcopus Lituoniae habet etiam Piltenensis nomen. Qui ex Episcopis primus Piltenensis declaratus. Lis cum Duce Curlandiae de Piltenensi tractu. §. LVIII. Smolenscensis inter Episcopos

*scopos ultimus. Episcopatus eius quando  
cæperit. Reditus attenuati.*

### §. I.

**P**rimi sunt in Senatu Archiepiscopi & Episcopi, quibus propter religionem, cuius præcipuam curam gerunt, is honor datus est, ut sæcularibus præferrentur, ac sæculares ex eadem causa sponte cederent. Hinc etiam illis primariorum Senatorum titulus a quibusdam vindicatur \*).

\*) Lubiensc. Oper. p. 289. Zalusc. Ep. T. I. part. 2. p. 948. 949.

### §. II.

Præfules hi sæculo X. quo religio christiana in Poloniam inducta, cæperunt: & auctor est *Dlugoffus* \*), *Mieczislaum* inter Poloniæ Principes primum christianum, duos archiepiscopatus & septem episcopatus instituisse. Contra *Kadlubko*, *Dlugoffo* ætate prior, initia archiepiscopatum & episcopatum *Boleslao Mieczislai* filio asserit \*\*). *Boguphalus* & *Anonymus Archidiaconus Gnesnensis*, ambo *Dlugoffo* vetustiores, unius in Polonia Episcopi, *Mieczislai* tempore meminerunt, cui *Boleslaum* plures addidisse *Boguphalus* perhibet \*\*\*). Hos omnes *Ditmarus Merseburgensis* tempore præcessit, Germanus quidem, sed sæculi X. & XI. scriptor, & ob ætatem auctoritatis præcipuæ,  
qui

qui affirmat, vnum exstitisse sub Mieczislao episcopatum Posnaniensem, sed numerum Boleslao regnante auctum fuisse †).

\*) Dlug. II. 91.

\*\*) L. II. ep. 11. T. II, Dlug. p. 613.

\*\*) Sommersb. Script. rer. Siles. T. II. p. 247  
25. 81.

†) T. I. Script. Brunsv. Leibnitii p. 357. Add.  
Dissertatio nostra de initiis relig. christ. in Polonia. §. 2. 10. 11.

### §. III.

Non tantum sacrorum cura mandata Præsulibus, sed etiam de Republica consulti; num autem primis temporibus soli in consilium adhibiti, quod affirmat *Lubienscius* \*), vix probari potest, cum historia *Prælati Barones* iungat, quoties de Procerum consultationibus memorat. Non tamen negamus, magnam fuisse Præsulibus ante *seculares* auctoritatem, tum ob sacrum quod gerebant munus, tum ob litteras, quibus pro temporum illorum conditione, præ *secularibus* exculti erant.

\*) Oper. p. 289.

### §. IV.

Episcopos non, vt olim, eligi, sed a Rege nominari, & a Papa confirmari, alibi dictum \*). Post Confirmationem Papæ in Senatum patet aditus, & si iam Episcopi alium episcopatum impetrant, non prius in Senatu nouum locum

locum occupant, quam ipsi in episcopatu a Papa confirmati sunt. Non potest Rex unius duos aut plures Episcopatus conferre, sed singulis singulos, ita ut si iam Episcopo, alius obueniat episcopatus, prior post Papæ confirmationem dimitti debeat. Retinuerunt quidem Fridericus, Casimiri III. filius, & Petrus Gamratus Cracouiensem episcopatum, cum Archiepiscopi Gnesnenses euaderent \*\*): sed horum exempla in usum non abierunt, & Gamratus, cuius vita culpatur, etiam ob hoc male audit \*\*\*); qui ne quidem unum Cracouiensem obtinisset episcopatum, tantum abest ut ipsi licuisset iungere archiepiscopatum Gnesnensem, nisi fauoræ illius Reginæ Bonæ gratia florisset †). Carolus Ferdinandus, Sigismundi III. filius, seruauit, quem habebat, Vratislaviensem episcopatum, cum Plocensis Episcopus crearetur, quod ideo fieri potuit, quia Vratislaviensis non Polonus, sed in Silesia Episcopatus est. Vetustius est exemplum Nicolai Kurovii, qui Archiepiscopus Gnesnensis, per biennium Cuiuensis Episcopus mansit, ut simul huius Episcopatus redditibus frueretur ††). Nominati ad nouum episcopatum, redditibus ex antiquo fruuntur, donec in nouo a Papa confirmati, cum redditus noui episcopatus ipsis interea ex tempore quo vacuus fuit, seruantur numeranturque, postquam nouum hunc episcopatum adierunt, ut res fructuosa sit, quando litteræ confirmationis tardius afferuntur. Sunt autem

Episco-



Episcoporum frequentes mutationes, dum pro inferiore superiorem, pro minus opulento opulentiorum episcopatum accipiunt. Nonnunquam etiam ob hanc causam ex superiore ad inferiorem ac redditibus minorem descenditur, ut cancellariatus vna teneri queat, de quo statim dicetur. Id silentio non transmittendum, Stan. Dabscio a. 1699 Episcopo Cracouensi designato, Cancellarium diploma regium sigillo munire tergiuersatum, quod esset ad quintum episcopatum ascensus, licet regni leges mutationes episcopatum certo numero non circumscribant.

\*) Lib. II. c. XI. §. 14. 15. 16.

\*\*) Bielsc. Chr. p. 481. 582.

\*\*\*) Lubiensc. Oper. p. 266. Vita Petr. Kmithæ. Dlug. T. II. p. 1617.

†) Vita Petr. Kmithæ. l. c.

††) Dlug. X. 173. Bielsc. p. 285.

### §. V.

Non tantum Episcopis singulis, singuli episcopatus sufficere debent, verum etiam a. 1607 lex lata \*), quæ abbatias & *præposituras* episcopatibus iungi vetat, ut simul ab illorum Præsulibus teneantur. Sed rigor legis a. 1633 temperabatur, cum ob imminutos per vastationes bonorum ecclesiasticorum redditus, Archiepiscopo Leopoliensi, Episcopis Przemisliensi, Samogitiæ, Chelmeni, Kiouieni, Camenenci & Vendeni seu Liunioniæ, singulis singulas aut abbatias, at *præposituras*, aut alia beneficia ecclesi-

ecclesiastica conferri Ordines permitterent \*\*), simulque in iisdem comitiis Episcopo Culmensi propter merita, præposituram Miechouiensem largirentur \*\*\*). Idem postea & aliis Episcopis contigit, ut vel unam vel plures, tum abbatias, tum præposituras, obtinerent †). Nostra ætate Archiepiscopus Gnesnensis, Potocius, Tynecensem, & Cuiaviensis Episcopus, Szanavius, Vachociensem abbatiam habuerunt, Luceoriensi vero, qui simul supremus regni Cancellarius, a. 1736 publica lege promissum ††), attenuatis eius redditibus, abbatias & præposituras ex primis vacaturis subuenire, qui factus Culmensis Episcopus, Czeruensi & Paradisiensi & defunctus nuper Episcopus Przemisliensis, Czervinscensi & Mogilscensi abbatias fruebantur. Hodiernus Celsissimus Primas habet Paradisiensem & Tynecensem, & Reverendissimus Episcopus Kiouiensis Wanchovensis abbatiam. Vnde patet, posse etiam Episcopis abbatias, præposituras, & alia beneficia sacra cedere, ut sumtibus pro dignitate sua sufficiant.

\*) Vol. Constit. p. 837. tit. O dygnitárstwách. (III. 1603.)

\*\*) Constit. a. 1633. p. 28. tit. Incompatibilia. (III. 799.)

\*\*\*.) Constit. a. 1633. p. 20. tit. Konsens ná probstwo. (III. 792.)

†) Constit. a. 1649. p. 7. tit. Konsens. a. 1658. tit. Opactwo. a. 1667. p. 13. tit. Opátrenie. (III. 285. IV. 544. 929.)

††) Constit. a. 1736. p. 102. tit. Opátzrenie Przewielebnego. (VI. 666.)

§. VI.

Olim omnes promiscue Episcopi Cancellarii esse poterant, sed a. 1504 sancitum, vt Cancellarii munere hoc se abdicarent, quam primum archiepiscopatum Gnesnensem, aut Cracouiensem, Vladislauiensem, Posnaniensem, Varmiensem, Plocensem episcopatus adiissent \*). Ex illo tempore Cancellariatum posuerunt, qui vel ad archiepiscopatum Gnesnensem vel ad vnum episcopatum illorum euecti, quod exempla Io. Lalconis, Io. Przerębscii, Franc. Krasinscii, Petr. Volscii, Alb. Baranouii, Io. Tarnouji, Pet. Tylicii, Matt. Piotroconsccii, Henr. Firleii, Andr. Lipsccii, Stan. Lubiensccii, Iac. Zadziicii, Pet. Gembicci, And. Leszczynii, And. Trzebicci, Nic. Prazimovii, And. Olšovii, Io. Malachovii, Mich. Radzeiovii docent. Anno 1735 reddidit sigillum minus Ioannes Lipsccius, iam a. 1732 Episcopus Cracouiensis, quia id prius opportune fieri non poterat, & ob eundem episcopatum a. 1746 Andreas Zaluscus supremus Regni Cancellarius esse desiit. Quidam tamen manserunt Cancellarii, licet episcopatus illos adepti essent, vt. Io. Latalscius, Sam. Masieiovius & alii, imo Sigismundus I. a. 1537 Io. Choienscio Episcopo Plocensi, simul Cracouiensem episcopatum & cancellariatum contulit \*\*). Inter Episcopos Varmienfes quatuor

quatuor fuerunt Cancellarii, Petr. Tylicius, Steph. Wydzga, Mich. Radzeiovius & Andr. Zaluscus. Ex quibus Wydzgæ, Radzeiovio & Zaluscio iam Episcopis Cancellariatus datus, quod probarunt Ordines, ea conditione, ne exempla illa legi officerent, utque Zaluscii vltimum esset, nullo tempore repetendum \*\*\*). Tylicius qui eos ætate præcesserat, mansit Procancellarius ex Culmensi Varmiensis factus, & cum sigillum a. 1603 reddere vellet, non ipsi a Rege permissum, sed a. 1605 Cuiaviensis Episcopus, procancellariatum posuit \*\*\*\*). Sam. Macieiovius cum Episcopus Plocensis simul Cancellarius fuisset, & in Cracoviensi episcopatu sigillum retineret, illud reddere in comitiis a. 1550 debuit †). In comitiis post inaugurationem Henrici, Krasinius, a Sigismundo Augusto paullo ante obitum Cracoviensis Episcopus nominatus, procancellariatu quem adhuc gesserat, cedere adigebatur ††). Anno 1678 non ferebant Nuntii ut Varmiensis Episcopus, Wydzga, Archiepiscopus Gnesnensis nominatus maius sigillum retineret, quamvis pallium & Papæ confirmationem nondum recepisset †††). Idem a. 1666 Nic. Prazmoyio Gnesnensi Archiepiscopo accidit, pallium sibi Roma nondum missum in causam moræ frustra alleganti †\*). Quod si ergo, qui vni ex memoratis episcopatibus præest, cancellariatu exornandus, oportet ut cum alio cui minores reditus mutet, uti a. 1735 supremus regni

regni Cancellarius, Andr. Zaloscus, pro Plo-  
censi quo cessit, Luceorientem episcopatum  
cum sigillo maiore recepit. Illud singulare,  
quod Archiepiscopo Leopoliensi, quem lex  
non excipit, cancellariatus collatus non fit.  
Ante legem, Nicolaus Traba, Haliciensis Ar-  
chiepiscopus, Leopoliensis postea dictus, regni  
Procancellarius fuit †\*\*).

\*) Lasc. Stat. f. 113. p. 2. tit. de officiis Cancel-  
lariæ. Herbut. tit. Cancellariæ. p. 58. Janusz,  
Stat. p. 287.

\*\*\*) Bielsc. Chr. p. 576.

\*\*\*\*) Constit. a. 1676. p. 29. tit. Deklaracya  
compatibilitatis. a. 1685. p. 11. tit. Com-  
patibilitas. a. 1703. p. 17. tit. Opiecząsiach.  
(V. 363. 718. VI. 104.)

\*\*\*\*) Hist. Pruss. IV. 342. 362.

†) Bielsc. Chr. p. 591. Orich. Annal. Dlug. T. II,  
p. 1506. Lubienl. Op. p. 376.

††) Heidenst. p. 57.

†††) Hist. Pruss. VIII' 180.

†\*) Hist. nost Pruss. T. VII. p. 317. 318.

†\*\*) Dlug. XI. 312. 315.

## §. VII.

Possunt Episcopi habere Coadiutores, qui  
tamen Senatores non sunt, sed Senatores eva-  
dunt, quando in locum eorum quibus dati Co-  
adiutores, succedunt. Nominantur illi a Rege  
ad preces Episcopi, vt, si ætate prouectior, ha-  
beat a quo in iis quæ sacri muneris sunt adiu-  
vetur. Nominationem regiam Papæ confirma-  
tio

tio sequitur, ut Coadiutores, defunctis suis Episcopis, vacuum episcopatum, tanquam successores legitimi, ultro adire possint. Recte igitur minus valida habebatur nominatio Coadiutoris, quam Episcopus Chelmenfis a Ioanne Casimiro post abdicationem impetrauerat \*), quia interregnum iam cœperat, ut merito debuisset Coadiutoris nominatio futuro Regi seruari. Stephanus lato decreto irritam declarabat coadiutoriam archiepiscopatus Gnesnensis, cuius nominationem Stan. Czarncovius ab Henrico, post eius ex regno discessum, obtinuisse dicebatur, nominabatque post Jac. Vchanii mortem, Episcopum Cuiaviensem Stan. Karncovium, Archiepiscopum Gnesnensem \*\*). Contra Andreas Bathoreus Cardinalis, a. 1589 in Varmiensis episcopatum successit, quia Episcopo viuo, a Capitulo Coadiutor electus, & a Rege & Papa probatus confirmatusque erat, ut ante eum Cromerus in eundem episcopatum Hosio Coadiutor, quamvis a Capitulo inuito contra iura electus, successerat \*\*\*). Eodem modo Io. Lasco ex Coadiutore a. 1510 Gnesnensis Archiepiscopus euaserat \*\*\*\*). Nostra ætate Episcopus Culmenfis, Felix Kretkovius, a. 1730 defunctus, Coadiutorem Czapscium Pelplinensem Abbatem, & a. 1763 Dembovscius Cuiaviensis Episcopus, Liunionis Episcopum & Coadiutorem suum Ant. Ostrovscium, successorem habuit.

\*) Zalusc. Epist. T. I. part. I. p. 70. 71. vbi tamen non *Culmensis* sed *Chelmenfis* Episcopus legi debet.

\*\*) Heidenst. p. 203. 205. Biels. Chr. 777. 792.

\*\*\*) Heidenst. p. 216. Histor. nostr. Pruss. T. III. p. 433. T. IV. p. 63.

\*\*\*\*) Bielsc. Chr. p. 513. 315.

### §. VIII.

A Coadiutoribus differunt Suffraganei, quos sibi Episcopi constituunt, vt vicaria illorum opera in sacris vtantur, quibusque nullum in episcopatum ius est. Sunt etiam Episcopi sine episcopatu, vt dicantur a loco qui in Turcorum ditione est, quales Episcopi in *partibus infidelium* vocantur, habentque nudum nomen, quo a Papa condecorantur.

### §. IX.

Sedent Archiepiscopi & Episcopi in Senatu primi, & quidem ad vtrumque regii folii latus. A. 1506 postularunt *saeculares* Senatores, vt ecclesiastici alterum seruantes, alterum sibi integrum relinquerent: sed cum illi antiquam consuetudinem tuerentur, orta est acris contentio, quam Rex Alexander ita diremit, vt ecclesiasticis vtrumque latus assereret \*). Hinc in hunc vsque diem Regi ad dextram & sinistram assident, ita tamen vt plerique ad dextram, vnus alterque ad sinistram, estque primus ad sinistram Archiepiscopus Leopoliensis, vt

vt est ad dextram Gnesnensis. Antiquius Episcopis cum Masouix Ducibus certamen fuit, quibus a. 1434 & 1446 vt priores ad dextram Regis considerent, cedere noluerunt \*\*).

\*) Cramerus XXX. 455. Bielsc. Chr. p. 500.

\*\*) Dlug. XI. 668. XIII. 28.

### §. X.

Quod ad Præfukum horum titulum, a Rege & in actis publicis solus Archiepiscopus Gnesnensis, *Nayprzewielebny* Reuerendissimus, Archiepiscopus Leopoliensis cum Episcopo Cracouiensi, *Przewielebny*, admodum Reuerendus, & Episcopi reliqui *Wielekni*, Reuerendi vocantur. Priuati Archiepiscopos & Episcopos promiscue Reuerendissimorum titulo colunt, cui Celsissimi addunt, si Archiepiscopum Gnesnensem & Cracouiensem ac Varmiensem Episcopos compellant. Cæteros Illustrissimos dicunt. Ipsi autem Præfules se in titulis suis, *Dei & Apostolicæ sedis gratia* Archiepiscopos & Episcopos profitentur. Neque silendum pone ipsorum insignia cum lituo gladium decussatim conspici, & ensem ad exemplum Episcoporum Germaniæ, quibus *superioritas territorialis*, recentiori tempore accessisse, cum olim solus lituus suffecerit.

### §. XI.

Duo sunt Archiepiscopi, Gnesnensis & Leopoliensis; Episcopi quindēcim, Cracouiensis,

E 4

Cuia-



Cuiavienfis, Vilnenfis, Pofnanienfis, Plocenfis, Varmienfis, Luceorienfis, Przemyslienfis, Samogitiæ, Culmenfis, Chelmenfis, Kiouienfis, Camenecenfis, Liunionæ, Smolenfcenfis: qui ordo præter Liunionæ & Smolenfcenfem inter eos a. 1569 in Lublinenfibus comitiis conftitutus \*), ita tamen, vt inter Vilnenfem & Pofnanienfem, item Varmienfem & Luceorienfem effet viciffitudo, qua alter alterum modo præcederet, modo fequeretur. Liunionæ & Smolenfcenfis, poft citatam ordinationem additi. Iam de fingulis nonnulla memorabimus.

\*) Vol. Conft. p. 180. tit. Porządek.

## §. XII.

Merito a Gnesnenfi Archiepifcopo initium facimus, de cuius archiepifcopatus primordio, primoque eius Præfule fcriptores difcordant. Eadem enim de utroque eft diffenfio, quam capituli præfentis §. 2. de Epifcopis generatim retulimus. Qui auctoritate *Dlugoffi* \*) nituntur, archiepifcopatum a Miecislao I. circa annum 966 institutum, primumque Vilibaldinum præfuiſſe contendunt. Nihil de his apud *Kadlubconem Dlugoffo* antiquiorem, qui contra Boleslao Miecislai filio *geminam metropolin, & debitas Suffraganeorum diœceſes* attribuit \*\*). *Boguphalus & Gnesnenfis Archidiaconus anonymus*, quorum teſtimonium §. 2. citauimus, nullum tempore

tempore Miecislai I. in Polonia fuisse Archiepiscopum perhibent. *Ditmarus Mersburgensis*, Boleslao I. ætate æqualis, sub hoc a. 1000. Ottone III. Cæsare auctore, cum is Gnesnam S. Adalberti corpus, quod ibi depositum, veneraturus venisset, archiepiscopatum Gnesnensem cœpisse affirmat, primumque Archiepiscopum dicti S. Adalberti fratrem, Kadimum nominat \*\*\*): quæ tamen vox corrupta, quam rectius apud *Dlugoffum* \*\*\*\*) Radzin legimus, isque Radzinus alias Gaudentius dicebatur. Unde potest constare, archiepiscopatum a. 1000 ortum & primum eius Præsulem, Radzinum seu Gaudentium fuisse.

\*) Lib. II. p. 95. 96.

\*\*) Lib. II. ep. II.

\*\*\*) P. 357. Leibnit. T. I. Script. Brunsv. Add. Differt. nost. de init. rel. Christ, in Pol. §. 12.

\*\*\*\*) Lib. II. p. 149.

### §. XIII.

Solet Rex Archiepiscopum Gnesnensem ex Episcopis nominare, aut Leopoliensem Archiepiscopum ad primum hunc, post suam Maiestatem, dignitatis gradum euehere. Quare aduertit omnium animos, cum a. 1748 Adamus Komorovscius, Episcopi Kiouienfis Coadiutor & S. Michaelis Cracouiæ Præpositus cunctis Episcopis præferretur, idque factum Palatinus Sandomiriensis in comitiis eiusdem anni, dum censeret, mirabatur, credens:

Regem apud Episcopos maiorem sibi potuisse fiduciam conciliare, si vni ex iis archiepiscopatum contulisset. Komorovscio mortuo, hodiernus Celsissimus Primas, Lubinfcus, a. 1759 ex Leopoliensi, Gnesnensem Archiepiscopatum ascendit. Est vero Archiepiscopus Gnesnensis, Poloniæ & Lituaniæ Primas, quem titulum a. 1417 Nicolaus Trąba sibi & successoribus in Constantiensi concilio obtinuit, motus vt peteret, quia se absente, Archiepiscopus Leopoliensis, Vladislai Jagellonis uxorem tertiam corona redimiuerat; quod quo minus in posterum fieret, impeditum iri credebat, si Gnesnensis Primatis nomine emeretur \*). Ex illo tempore Gnesnensis Archiepiscopus Primas vocatur, illique Leopoliensis cum Episcopis omnibus, præter vnum Varmiensem, subest. Fuit tamen ante Constantiense concilium *primatiale* vocabulum auditum, cum a. 1369 Jaroslaius Gnesnensis Archiepiscopus, auctoritate metropolitana & *primatiali* diocesim Cracoviensem visitasse dicatur; quamvis ipse Jaroslaius se non *Primate*m, sed tantum sanctæ Gnesnensis ecclesiæ Archiepiscopum vocet \*\*), & Dlugosso teste \*\*\*), memoratus antea Nicolaus Trąba, primus fuerit qui *Primate*m se diceret.

\*) Dlug. XI. 382. Bielsc. Chr. p. 316:

\*\*\*) Laseo Stat. f. 53. p. 2. f. 55. p. 1.

\*\*\*) XI. 467.

## §. XIV.

Accessit a. 1515 Legati nati dignitas, quam Io. Lasco, Archiepiscopus Gnesnensis, in secundo Lateranensi concilio a Papa Leone X. Sigismundi I. precibus adiutus obtinuit, ut Gnesnensis Præsul tum suæ tum Leopoliensi & ecclesiis reliquis sibi subiectis, non solum metropolitico & primatiali, sed etiam legationis iure præflet, & omnia quæ ad Legatos natos pertinerent, exerceret \*). Is honor ad modum primatialis, ita inhæret archiepiscopatu, ut eodem momento quo quis Archiepiscopus Gnesnensis factus, & regni Primas & Papæ legatus euadat. Ex hac causa, Archiepiscopi Gnesnenses absentium Nuntiorum Papæ iurisdictionem sibi asserunt. Exercent enim in Polonia in causis ecclesiasticis, ad quas etiam matrimoniales referuntur, iudicia, quæ inde *Nuntiatuæ* appellantur: qui si abeunt, antequam novus Nuntius adest, credunt Archiepiscopi Gnesnenses, ad se interea munus iudicandi pertinere, quod olim Io. Węzyk & Matt. Lubienfcius, Vladislai IV. & Io. Casimiri temporibus Archiepiscopi, post Nuntiorum discessum exercuisse dicuntur \*\*). Regnante Michaële, Nuntius Marefcottus ex regno abiturus *Internuntium* nouo plane exemplo constituit, qui ad noui Nuntii aduentum ius diceret, quam potestatem ab *Internuntia* exerceri Rex non permisit, & Episcopi litteris ad Papam ius Legati nati in Archiepiscopo propugnarunt \*\*\*).

Nihilo-

Nihilominus a. 1671 Nuntius Francif. Nerlius, vt antea Marſicottus, *Internuntium* Varſaviæ reliquit, cui tamen ius dicere non conſeſſum, vetitumque cauſarum patronis coram eo agere, ſi ſecus fecerint, centum florenis Vngaricis & trium menſium carcere multandis \*\*\*\*). Tempore Ioannis III. Nuntius Bonvilius dum Viennam proficiſceretur, *Internuntium* ſibi ſuffecit, cui Rex iuriſdictionem omnem interdixit, & Archiepiſcopus Gneſnenſis And. Olszovius, queſtus de iniuria, cauſas Nuntiatoræ ad ſe, tanquam natum Legatum euocauit †). Anno 1696 Andreas Sanctacruſcius pariter Viennam diſcedens reliquit *Internuntium*, ſed non minus vetitum coram eo iure agere, multa quæ olim in cauſarum patronos decreta repetita, excubiis etiam a Marſchalco regni ad palatium Nuntii poſitis, vt aditu prohiberentur ††). Cum a. 1690 Papa Regni Ordines, vt bellum contra Turcos perſequerentur ſtrenue, excitare vellet, neque haberet in Polonia Nuntium per quem id præſtaret, Epifcopo Cracouienſi, Archiepiſcopo Gneſnenſi omiſſo, Nuntii partes detulit, qui vt Papæ Nuntius in comitiis auditus eſt †††).

\*) Biels. Chr. p. 533. Bullam Papæ exhibet Andr. Olszovius de Archiepiſcopatu Gneſnenſi c. 2. art. I. §. 4.

\*\*) Olszovius l. c. art. II. §. I.

\*\*\*) Zalufc. Epif. T. II. p. 2. 3.

\*\*\*\*) Zalufc. l. c. p. 3.

†) Olszov.

†) Olzov. I. c. §. 4. Zalusc. I. c. p. 5.

††) Zalusc. I. c. p. 1. 2. 5.

†††) Hist. Pruss. VIII. 299.

## §. XV.

Super hæc, Archiepiscopus Gnesnensis primus Princeps, *pierwszy Xiążę* vocatur, cuius appellationis rationem Iac. Vchanius ipse Archiepiscopus, interregno post Sigismundum Augustum dedit: esse Senatores quasi Principes, & inter hos Archiepiscopum primum, qui post Regem primam auctoritatem potestatemque haberet \*). Iam Casimirus M. a. 1360 ipsum hoc titulo ornauit \*\*), qui mortuo Sigismundo Augusto, impugnabatur obiciebaturque, posse Archiepiscopum, qui se Primatem & primum Principem vocet, aliquando iura regia per interregnum sibi vindicare: & quamvis tum suam causam propugnabat, efficere non potuit Archiepiscopus, ut in decreto electionis Henrici, primi Principis titulus scriberetur, spatio pro illo vacuo manente \*\*\*). Posteriore tempore titulus hic in actis publicis legitur, quem neque regni cancellaria negavit. Vacuo per mortem Michaëlis regno, Primas querebatur, quod sibi ab Electore Brandenburgico titulus primi Principis non daretur, quem tamen a Cæsare & aliis reciperet: cui Electoris nomine responsum, titulum illum consulto negatum, quod Electori, qua Duci Prussiae, per pacta a. 1525 primus & proximi

proximus a Rege locus debeatur, ac nullus ex superioribus Ducibus, neque ipse Elector, adhuc Archiepiscopum Gnesnensem primum Principem appellauerit \*\*\*\*).

\*) Heidenst. p. 19 20.

\*\*) Olszovius de Archiep. Gnesn. c. 4. §. 14. ubi Casimiri M. diploma legitur.

\*\*\*) Heidenst. p. 19. 30.

\*\*\*\*) Pufend. de Reb. Frid. Vilh. XII. 71.

### §. XVI.

Archiepiscopum Gnesnensem esse Interregem, antequam priore defuncto, nouo Regi delatum imperium, supra memorauimus, ubi etiam quæ eius in comitiis conuocationis & electionis, tum Regis inauguratione ac per totum interregnum partes \*), descripsimus. Hic silentio non transmittendum duxi, illum a nouo Rege, in præmium nauatæ per interregnum ac in inauguratione operæ, ex vacuis dignitatibus & bonis regiis, vnum alterumque pro suis cognatis obtinere: vt Karncovius a Sigismundo III. palatinum Derpatensem & capitaneatum Odolanouiensem; Węzyk a Vladislao IV. capitaneatus Siradiensem & Vartensem; Lubienscius a Ioanne Casimiro castellanatum Siradiensem & capitaneatum Przedecensem; Prazmovius a Michaële palatinum Plocensem & Secretariatum maiorem; Olszovius a Ioanne III. palatinum Rauensem & capitaneatum Vielunensem acceperunt \*\*). Radzeiouius Augusto

Augusto II. aduersus, pecuniam sibi & suis pactus, antequam tranquillitatem intestinam restitui pateretur \*\*\*): & Augusti III. magnificentiam alienus a Rege suo Primatis animus tardauit.

\*) Lib. II. c. 3. 4. 5.

\*\*) Olzov. c. 3. §. 19.

\*\*\*) Zalusc. Epist. T. II. p. 518. 519.

### §. XVII.

Minus quidem, singulare tamen est, quod Gnesnensis Archiepiscopus Plocensis ecclesie Canonicus natus habeatur, idque ex veteri instituto. Cum enim a. 1240 ob actum iussu Conradi Ducis Masouie, Ioannem Czaplana illius Cancellarium simul Cuiuiensem & Plocensem *Scholasticum*, in patibulum, Gnesnensis Archiepiscopus omnem Plocensem dioccesin sacris interdixisset, eorum vsus ad Ducis preces redditus quidem, ita tamen, vt Louicium oppidum Gnesnensi Ecclesie donaretur, vna marca auri Duci singulis annis ob supremum eius dominium pendenda, & Archiepiscopus omni tempore, Plocensem canonicatum vnum cum redditibus haberet \*). Ex hoc tempore Archiepiscopi Gnesnenses simul perpetui Plocenses Canonici euaserunt, qui ideo Canonici nati vocantur. Louicium vero, postea arce exornatum, Archiepiscopi in præcipuam sedem delegerunt, ac markam auri eius nomine singulis



gulis annis repræsentandam, Rex Casimirus III. a. 1462 remisit \*\*).

\*) Dlug. VI. 663. 665. 666.

\*\*\*) Dlug. XIII. 307.

### §. XVIII.

Eidem Archipræsuli Gnesnensi a. 1232 Vladislaus, *Sputator* cognomine, maioris Poloniæ Dux, cudendi monetam, & in ecclesiæ illius bonis venandi facultatem concessit, ac eorum incolas omnibus tributis & operis, quas Ducibus præstabant, Ducumque iurisdictione immunes declaravit \*). Verum fabricandi pecuniam iure, Archiepiscopi Gnesnenses nunquam vsi, ac iam minus uti possunt, quia omnis res monetalis ad Regis & Ordinum arbitrium pertinebat, sine quorum consensu pecunia cudi nequibat, cuius rei cura iam Regi est permessa, nec non ex moneta lucrum, quod olim in Reipublicæ thesaurum inferebatur. Quod ad venationis ius, erat id magni momenti, cum soli Duces, ac illi quibus Duces concesserant, id exercerent: ex quo autem cuius in suo fundo feras cubilibus excutere licuit, est hoc ius Archiepiscopo cum omnibus nobilibus commune. Idem dicendum de tributorum & operarum immunitate, quam omnibus regni incolis Ludouicus largitus, solo manente agrario, *poradnie* vulgo, quod pariter postea sublatum est.

\*) Dlug.

\*) *Dlug.* VI. 647. Ius monetæ & immunitatem a tributis & iurisdictione sæculari a. 1284. Premislaus II. maioris Poloniæ Dux confirmavit. *Olszov. de Arch. Gnes. c. 4. §. 14.*

## §. XIX.

In hoc Archiepiscopus Gnesnensis iure suo metropolitico usus est, cum olim novos Episcopos confirmaret & consecraret. A. 1253 Hugo Cardinalis & Papæ per Poloniam & Germaniam legatus, confirmationem sibi vindicans, illam Archiepiscopo interdixit, cui tamen mox suum ius integrum permisit, ut Archiepiscopus eodem anno Posnaniensem Episcopum confirmaret \*). *Olszovius de Archiepiscopatu Gnesnensi*, libro a nobis iam citato, exempla Episcoporum a Gnesnensi Archiepiscopo confirmatorum & inauguratorum collegit \*\*), quorum numerus ex historia facile augeri posset. Regnante Ludouico a. 1381 Stiborius Plocensis Episcopus, ab Archiepiscopo iam confirmatus, alteram confirmationem a Papa petiit & obtinuit, quam *Dlugoffus* recte non necessariam & infructuosam appellat \*\*\*); quanquam non diffitemur, etiam priscis temporibus nonnunquam ipsum Papam, non Archiepiscopum Gnesnensem, Episcopos confirmasse. Post mortem Ludouici Regis, Archiepiscopi confirmationes cessarunt, nisi quod a. 1439 Plocensis Episcopus a Papa & Archiepiscopo Gnesnensi confirmatus, quia an valida Papæ confirmatio dubita-

tum, cum illi a concilio Basileensi dignitas sua abrogata esset \*\*\*\*). Anno autem 1447 Episcopus Vratislaviensis, ab Archiepiscopo confirmationem obtinuit, qui etiam suum Suffraganeum Vratislaviam misit, ut suo nomine Episcopum ibidem inauguraret †). Quod ad consecrationem, ea interdum ab Archiepiscopo Gnesnensi, interdum ab aliquo ex Episcoporum numero peragitur ††). Erat etiam insigne auctoritatis metropoliticae & primatialis documentum, cum Archiepiscopus Gnesnensis Mich. Radzeiovius a. 1694 Palatinum Vlnnensem, cui sacris ab Episcopo Vlnnensi interdictum, semel ac iterum hac censura leuaret †††). Ex eodem iure deriuandum, quod ad synodos Leopoliensem Archiepiscopum & Episcopos omnes vocat, ac iis praesidet.

\*) Dlug. VII. 732. 733.

\*\*) Cap. II. art. 9. §. I.

\*\*\*) Dlug. X. 53. Biels. Chr. p. 253.

\*\*\*\*) Dlug. XII. 720.

†) Dlug. XL. 32.

††) Olzov. l. c. §. 8. 9.

†††) Chochlowski Epist. de Episc. litigioso p. 62. f.

## §. XX.

Hoc in primis Gnesnensis Archiepiscopi dignitatem illustrat, quod Rege extra regnum absente, ipse quasi in specula constitutus pericula, si quae imminent Reipublicae, provideat, &

& ad Regem deferri curet. Potest quidem Senatores qui præsentes sunt consulere, nihil autem decernere, cum omnia ad Regis præsentiam integra seruanda sint. Neque licet ipsi vocari qui absentes sunt, Senatus consilium indicere, quia hæc potestas soli Regi seruetur, vt alibi ostendimus \*) Sigismundo III. in Suecia agente, Archiepiscopus & Senatores reliqui, legationi Cæsaris quæ fœdus aduersus Turcos obtulerat, respondebant, nihil se sine Rege statuere posse \*\*). Contra incurtebat idem Archiepiscopus publicam reprehensionem & quidem merito, cum Rege in regno præsente, comitiis finitis, maioris Poloniæ palatinatibus in oppidum Kolo conuentum indiceret, ac in illo, tum quæ in comitiis constituta rescinderet, tum noua sanciret \*\*\*). Hinc *Andr. Olszouius* qui integro libro Archiepiscopi Gnesnensis auctoritatem tuitus, hoc factum Stanislai Karnecovii, id enim Archiepiscopo illi nomen, detestabile infirmandæ auctoritatis comitalis exemplum & abusum dignitatis primatialis, recte vocat †). Primatis Michaëlis Radzeiovii, aduersus Regem Augustum II. Senatores & nobilitatem conuocantis facinus, a Rege & Ordinibus damnatum, suo loco notauimus ††). In *Varsaviensi tractatu* a. 1716 iniungitur Cancellariis, qui circa Regem in Saxonia, vt si ibidem diutius quam publica ferat salus degat, vel dignitates & bona vacua, in Polonia conferenda, largiatur, Prima-

tem de eo certiozem reddant †††). Et lex hæc poterat vsum habere, Rege simul Duce & Electore Saxonæ, sed rerum summa ad Polonum iam delata, inter abrogatas referenda est.

\*) Lib. II. c. 12. §. 6.

\*\*) Heidenst. p. 304.

\*\*\*) Heidenst. p. 290. 291.

†) De Archiepiscopo Gnesnensi c. 4. §. 11.

††) Lib. II. c. 12. §. 1.

†††) Constitutiones a. 1717. p. 10. §. Niemiocy.  
(VI. 239.)

### §. XXI.

Habet ius monendi Regem Gnesnensis Archiepiscopus, si a legum norma deflectens, ea fieri iubet, quæ publica iura fieri vetant. Non autem licet ex sola suspitione, aut ex aliorum culpa Regem compellare, id enim esset Maiestatem Eius parum reuerenter habere. Debet factum esse certum; debet Regem habere auctorem, cuius causa monendus est. Æquum etiam, vt monitio primum fiat, vel litteris, vel si coram, semotis arbitris. Nec id super vacuum, aliorum Senatorum, & in primis Cancellariorum sententiam exquirere, num Rex in aliquo vere lapsus, vt monitione opus sit. Regem vero antea non monitum, eumque absentem publice arguere, falso infimulare, & ciues in ipsum concitare, id non modo inhumanum & inportunum, sed maiestatis crimen manifestum est.

est. Vidit eiusmodi nefas Augusti II. regnum, quod boni ciues execrati, & omnis posteritas auersabitur \*). Caterum vitur Archiepiscopi ore Senatus, quoties suo nomine vel ad Regem verba facienda, vel exterorum Principum legatis respondendum, vel ciuibus, quod mandata sibi munia ex publico commodo egregie obierint, gratiæ agendæ sunt.

\*) Commentar. de vit. motibus Pol. p. 109. 110. 133. 158.

## §. XXII.

Tuetur Archiepiscopus primum in Senatu locum, etiam si quis Episcoporum Ecclesiæ purpuratus fuerit. Orta controuersia regnante Casimiro III. cum Cracouiensis Præsul, Sbigneus Olesnicius, in numerum Cardinalium cooptaretur, quam Rex a. 1451 lato decreto composuit, ne cardinalitia Cracouiensis Episcopi dignitas, iuribus Archiepiscopi eiusque ecclesiæ villo modo officeret, sed Archiepiscopus & Episcopus Cardinalis, per vices, alio die alius, quem Rex vocauerit, in Senatu adessent, non vocatus in hospitio suo se contineret, ibidem deprompturus suam sententiam, si rogatus fuerit \*). Sunt duæ constitutiones recentiores a. 1633 & 1641 quibus cautum, ne Episcopi Cardinales sibi vindicent, quod dignitatem & iura Archiepiscopi Gnesnensis imminuat \*\*). Qua ex causa Primas & Episcopus Cardinalis vitant congressus apud alios, in loco, vt vocamus,

mus, tertio, neque vna in Senatu adfunt, ne videantur alter alteri cedere, cum *cæremoniale* romanum Cardinales Archiepiscopis præponat, regni leges Archiepiscopo Gnesnensi, tanquam Primati, primum locum seruent: quem morem, Primas Christoph. Szembek & Cardinalis Cracouiensis Episcopus, Io. Lipscius, sequebantur. Anno 1740 die quo inchoabantur comitia, erat in conclauis regio exterior, anticameram aulicæ vocant, Cardinalis Episcopus Cracouiensis, inde cum Senatoribus cæteris Regem in templum, ac postea in Senatum deducebat, ibidemque ad finistrum regii solii latus, & quidem solus ex Episcopis, confidebat, Primate, qui illo die in templo *missam* habebat, in conclauis tum regio exterior, tum Senatorio, absente, Cardinalis vero post hunc diem Primate præsentem in Senatu non fuit. Ambo tamen adfuerunt, cum Rex die suo natali, in suburbano palatio, Senatores cum Matronis, optimatibus mensæ suæ adhiberet, & forti, quæ & locum & Matronam ad latus assignabat, tantisper *cæremoniale* romanum & leges regni cedebant, ne qui fide & obsequio in Principem suum iuncti, publica ex salute Eius lætitia distraherentur. Comitibus a. 1744 *missam* habuit Cardinalis Episcopus Cracouiensis, Primate cum Senatoribus & Nuntiis Regem in templum deducente. Id silentio non omittendum duximus, in subscriptione diplomatis, quo Casimirus III. a. 1451 Casimiri M. de

de salinis statuta confirmavit, vt & privilegii deditiōnis terrarum Prussiae, Episcopi Cracoviensis Cardinalis nomen, ante Primatis legi (\*\*), quod in confirmatione iurium generali Vladislai IV. a. 1633 contra est, vbi inter praesentes, post Primate, Cardinalis Episcopus Cracoviensis nominatur (\*\*\*). Nostri aetate etiam vestitu Primas se Episcopo Cardinali parem habuit, nam cum more Cardinalium, Episcopus Cracoviensis, qui Cardinalis erat, rubro habitu vteretur, Primas Szembekius ipsum aemulabatur. Ad cuius exemplum successor Primas, Komorowskius, eiusdem coloris vestitu usus est, qui a Papa consentum impetrasse dicitur, vt idem liceret, Archiepiscopis Gnesnensibus omnibus, & in hoc Cardinalibus essent aequales.

\*) Herb. Stat. tit. Cardinalatus p. 63. Janisz. Stat. p. 191. 192.

\*\*) Constit. a. 1633. p. 20. tit. Konsens ná Biskupstwo. Constit. a. 1641. p. 4 tit. Konsens ná Biskupstwo. (III. 791. IV. 4.)

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 82. p. 1. Priuil. dedit. Prussorum inter Iura municipal. terr. Pruss.

\*\*\*\*) Constit. a. 1633. p. 8. (IV. 782.)

§. XXIII.

Archiepiscopus Primas vt non Cardinali Episcopo, sic neque Papae Nuntio cedit, & cum olim Ioan. Węzyk cessisset, eo nomine publice arguebatur \*). Hinc congressibus apud alios



ambo abstinent, Nuntiis sibi priorem locum non minus vindicantibus; quem ei Primas Mat. Lubiensis non negavit, Ioannis Casimiri, post inaugurationem ex æde sacra in arcem redeuntis, latera cum Nuntio claudens, qui etiam Regi in publico epulo, ad lævam assedit, Nuntio dextera concessa \*\*). Contra abstinuit Regis inaugurati mensa Andr. Olszovius, ne sibi cum Nuntio & aliis legatis de loco certandum esset \*\*\*). A. 1740 Primati & Papæ Nuntio loca ad mensam regiam per sortem contigerunt. Vnde facile colligendum, Gnesnenses Archiepiscopos Regum aliorumque Principum oratoribus loco minus cedere, qui priorem Papæ Nuntio abnuant: cui tamen præ illis habetur honor, ut ipsum Primas reuerset, cum usu receptum, cæteris legatis qui inuiserunt, vicem hanc non reddere †). Idem dicendum de Senatoribus, quorum nec conuiuio interesse solent, ut res digna notatu haberetur, cum a. 1676 Primas Olszovius, Cracouiensem Episcopum reuerset, ac apud eum prandium sumeret ††).

\*) Olszov. de Archiep. Gnesn. c. 4. §. 9.

\*\*\*) Lunig Theat. Cerem. T. II. p. 13. Pastor. Hist. plen. p. 248.

\*\*\*\*) Zalus. Epist. T. I. p. 678.

†) Olszov. l. c. Zalus. Epist. T. I. p. 677.

††) Zal. l. c. Olszov. l. c. §. 8.

#### §. XXIV.

Quando sub comitia ad urbem ubi habenda,  
Archie-

Archiepiscopus Gnesnensis accedit, Senatores presentes tum ipsi occurrunt, tum rhedas suas vacuas obuiam mittunt, quo ingressus splendidior reddatur, tubis tympanisque præcinentibus \*). Nec minus ipsum ex Senatoribus quidam comitantur, quando primum ad salutandum Regem ex suo palatio in arcem se confert, suntque antequam scalas ascendit, & ubi eadem finiuntur, qui ipsum excipiant, cubiculi regii præfecti minores maioresque, ac eum ad conclaue exterius vltimum deducant, ad cuius ostium Mareschalci regni & Lituaniæ ipsum opperiantur, inter quos medius ad ipsum conclaue regium accedit. Intrañti e suo loco Rex tres passus propior fit, ac ad salutationem clementissime respondet, manumque osculo porrigit. Tum Primas eodem quo in arcem modo, palatium suum repetit. Is honor ipsi singulis comitiis semel habetur, & quando habitus, vt alii Senatores in arcem se confert, & cum iis ante Regis conclaue versatur.

\*) Olzov. I. c. §. 8.

### §. XXV.

Sunt duo vetera statuta a Casimiri M. tempore, quæ coram Archiepiscopo Gnesnensi turpia verba locuturos, vel gladium aut cultellum stricturos, pecunia in eiusdem Archiepiscopi usum multari iubent \*).

\*) Lasco Stat. f. 39. p. 1. Janusz. Stat. p. 193.

F 5

§. XXVI.

## §. XXVI.

Ad externum huius Archipræfulis splendorem facit, quod ipsi Mareschalcus ordinis Senatorii, ex Castellanis minoribus vnus, qui prodeunti in publicum scipionem præferat. Id iam antiquitus obtinuit, ac a Iac. Vchanio interregno post Sigismundum Augustum, iis, quæ Archiepiscopo præcipua sunt, annumeratur: qui simul affirmat, sua ætate non semel accidisse, vt absentibus regni & Lituaniæ Mareschalcis, Primatis Mareschalcus illorum vicem apud Regem obierit \*). Cuius rei exemplum post Vchanium nullum memoratur, admodum raro enim contigit, vt nullus Mareschalcorum circa Regem esset, & si quando contigit, Cancellarium aut Thesaurarium, Regem cum scipione præcessisse legimus. Potest etiam ex Castellanis maioribus sibi Mareschalcum legere Archiepiscopus, fuitque Stan. Karncovii, Junivladislauiensis Castellanus \*\*). Præfert is scipionem erectum ad sinistram incedens, quia dextera Crucigero seruatur, & si curru Archiepiscopus, Mareschalcus equo vehitur. Rege præsentē, scipio demittitur non enim fas est conspici eundem, vbi Mareschalcales bailli regni & Lituaniæ visuntur: ex qua causa etiam scipio primatialis in arce regia & in Senatu non cernitur. Id singulare, Mareschalcos regni & Lituaniæ esse Senatorii ordinis Ministros, cum Primatis sit Castellanus, cui ante Ministros in Senatu locus. Exercet Mareschalcus in Archiepiscopi

scopi domesticos iurisdictionem, nisi in loco, ubi Regis aula, deliquerunt, tum in eos Mareschalcus aut regni aut Lituaniæ animaduertit. A. 1695 Primatis domestici in ipsis regiis conclauibus turbas & viam facere non veriti, iussu Mareschalci regni in custodiam ducebantur; ab ipso iudicandi, Primæte frustra ad iurisdictionem Mareschalci sui prouocante \*\*\*).

\*) H idenf. p. 20.

\*\*) Heidenst. p. 247.

\*\*\*) Zalus. Ep. T. I. part. 2. p. 1515.

§. XXVII.

Cruciger cuius proximo §. mentio facta, est sacri ordinis ex Canonicorum numero, qui crucem, insigne archiepiscopale, erectam præfert, visiturque illa ubicunque Archiepiscopus, crucigero etiam in Senatu cum ea adstante. Præter Mareschalcum & Crucigerum habet Archiepiscopus Cancellarium, sacri ordinis virum, quo cum de negotiis publicis tractat; habet libellorum supplicum magistrum, seu Referendarium; habet qui a cubiculo, stabulo, venatione, culina, mensa, poculis, quos Olzovius, qui ipse Gnesnensis Archiepiscopus fuit, nominat \*). Sunt & ipsi corporis custodes, neque apud alium ex Proceribus præter ipsum, Varfaviæ tympana pulsantur ubi tempus prandii instat. Ibidem in suburbio est archiepiscopale palatium, ab Alberto Baranouio, Gnesnensi Archie-

Archiepiscopo, initio superioris sæculi extru-  
ctum, & vsui successorum relictum \*\*).

\*) Olszov. l. c. §. 6.

\*\* ) Lubiensc. Oper. p. 386.

### §. XXVIII.

Quod superest, Reges & Principes exteri, Archiepiscopum Gnesnensem, Reuerendissimi & Illustrissimi, priuati Celsissimi & Reuerendissimi vocabulis compellant; imo *Olszovius* affirmat, se Archiepiscopum, a Rege Daniz, Celsissimi titulo condecoratum fuisse, & esse exempla Procerum, qui Primatem interregni tempore Serenissimum vocauerint \*). Quomodo a Rege & in actis publicis vocetur, §. 10. dictum.

\*) Olszovius l. c. §. 2.

### §. XXIX.

Gnesnensem Archiepiscopum Leopoliensis excipit, qui Gnesnensi tanquam Primati & Legato nato subest \*), ac ad indictas ab illo synodos aut ipse venit, aut qui suo nomine interfuit, mittit. Cœpit in Archiepiscopatu regnante Casimiro M. a. 1361 aut rectius 1362 \*\*) qui tamen tempore Ludouici a. 1375 Haliciam, aliam Russiæ rubræ ciuitatem, transferbatur \*\*\*), vt Archiepiscopus non Leopoliensis sed Haliciensis diceretur: quo nomine vltimus fuit Io. Rzeschovius, Archiepiscopus

a. 1411.

1411 creatus, qui archiepiscopalem sedem Leopoli reddidit, ut iam a. 1416 non Haliciensis, sed Leopoliensis vocetur \*\*\*\*), quod nomen successoribus ad nostram aetatem mansit.

\*) Bulla Leonis X. ap. Olzov. c. 2. art. 1. §. 4.

\*\*\*) Dlug. IX. 1131. Biels. Chr. p. 235. Bzov. Annal. Eccles. ad a. 1362. p. 1298.

\*\*\*\*) Dlug. X. 26. Biels. p. 250.

\*\*\*\*\*) Dlug. XI. 315. 374. Biels. Chr. p. 311.

§. XXX.

De Archiepiscopo Leopoliensi quod sigillatim memorem, vix succurrit. In Sigismundi I. inauguratione, inter Leopoliensem Archiepiscopum & Cracoviensem Episcopum lis erat, uter ad dexteram Regis in templum euntis accederet, quam Rex ad illum solum actum, pro Episcopo, quod loci, ubi inauguratio peragebatur Episcopus esset, diremit \*).

\*) Biels. Chr. p. 505.

§. XXXI.

Memoratus ille Episcopus Cracoviensis, est inter Episcopos, qui Archiepiscopos sequuntur, primus, cuius ortum vindicant Mieczislai I. temporibus, qui ab eo binos archiepiscopatus & episcopatus aliquot institutos credunt, quam sententiam §. 2. memoravimus. Sed his aetate priores, sub Mieczislai I. filio, Boleslao I. episcopatum Cracoviensem coepisse tradunt.

*Ditma-*

*Ditmarus Mersburgensis* Cæsaris *Otonis III.* protectionem *Gnesnam*, anno millesimo, quo *Boleslaus I.* *Poloniam* regebat, susceptam describens perhibet, Cæsarem instituto a se *Gnesnensi Archiepiscopo*, *Cracouiensem Episcopum Popponem* subdidisse, cum ad illud vsque tempus, in *Polonia* vnus tantum *Ponaniensis Præsul* fuisset \*). Ex quo consequitur, initium *Cracouiensis episcopatus* ad annum millesimum referendum esse. Consentit in tantum *Boguphalus*, vt cum aliis etiam *Cracouiensem episcopatum* *Boleslao I.* asserat \*\*). Testimonium *Kadlubkonis* de archiepiscopatibus & episcopatibus sub eodem *Boleslao* ortis, §. 2. citauimus. Iunior his *Dlugoffus*, Præsulem *Cracouiensem*, quem *Archiepiscopi* nomine ornat, a. 966 statim vt *Mieczislaus* religionem christianam amplexus esset, creatum affirmat, cuius auctoritatem scriptores domestici sequuntur, ac cum eodem primum *Archiepiscopum Cracouiensem*, *Prochorium* vocant \*\*\*).

\*) *Scriptor. rer. Brunsv. Leibnitii T. I. p. 357.*

\*\*\*) *Scriptor. rer. Siles. Sommersbergii T. II. p. 25.*

\*\*\*\*) *Dlug. II. 95. 96. Add. Dissert. nost. de iur. rel. Chr. in Pol. §. 14.*

### §. XXXII.

Hinc quæri solet, an *Cracouiensis Præsul* olim *Archiepiscopus* fuerit. *Kadlubko* geminas a *Boleslao I.* metropoles institutas asserit \*); *Dlugoffus* alteram metropolim *Cracouiensem* vocat,

vocat, sed ante Boleslaum ortam, additque dignitatem hanc a. 1060 desuisse, cum Lampertus Zula insignia archiepiscopalia a Papa petere omisisset; eam quidem Iwonem Cracouiensem Episcopum, ad Papam in Italiam profectum, a. 1229 recuperasse, sed cum is ibidem paullo post moreretur, resuscitatam modo dignitatem iterum extinctam, ex illo tempore non reuixisse \*\*). Valuit *Dlugoffi* auctoritas, ut recentiores scriptores eadem repeterent, nullo apud vetustiores *Dlugoffo*, Cracouiensis archiepiscopatus vestigio, & solo *Kadlubkone* duas metropoles sine nominibus memorante. Ipse *Dlugoffus* in opusculo de Episcopis Vratislaviensibus, a sua historia dissentit, dum vnam tantum metropolitanam ecclesiam, videlicet Gnesnensem, institutam demonstrat, & Cracouiensem inter cathedrales ecclesias, quibus episcopatum nomen, primo loco ponit \*\*\*). Id extra controversiam, Cracouiensem esse inter episcopatus primum, cui ne alius praeferretur, Fulco Cracouiensis Praesul a. 1207 mortuus, prouidit, impetrato a Papa, ut Episcopus ille, primo loco ante alios Episcopos censeret, primusque Archiepiscopo Gnesnensi in consecratione manum imponeret \*\*\*\*).

\*) *Dlugoff.* T. II. p. 643.

\*\*\*) *Dlug.* II. 95. III. 251. VI. 642.

\*\*\*\*) *Sommersb. Script. rer. Siles.* T. II. p. 158.  
159.

\*\*\*\*\*) *Dlugoff.* VI. 603.



## §. XXXIII.

Præter Episcopi, Præsul Cracouiensis etiam Ducis Seueriæ nomine insignitur, quia Sbigneus Olesnicius a. 1443 ducatum illum pretio parauit, vt iunctus Episcopatu, ad successores transmitteretur \*). Est huius ducatus pene ipsum plenum dominium, vt etiam in civilibus summam potestatem exercent, ac ideo a priuatis titulo Celsissimi vocetur: In sacris eius auctoritas per omnem minorem Poloniam stricte sic dictam, scilicet per Cracouiensem, Sandomiriensem & Lublinensem palatinatus se diffundit & retribus omnes Episcopos, ipsumque Gnesnensem Archiepiscopum vincit. Solet inde episcopatus iste vltimus esse terminus, ultra quem Præsules vix progrediantur, neque post Io. Lataleium a. 1537 alius episcopatum eum archiepiscopatu Gnesnensi mutauit, nam Petrus Gamratus illum retinuit, cum a. 1545 Gnesnensis Archipræsul euaderet, & Bernardus Macieioius, non recusauit a. 1605 archiepiscopatum, quod sperasset ad exemplum Gamrati, Cracouiensem episcopatum retinere \*\*): id cum contra eueniret, male ipsum habuit, ac breui viuere desiit. Nostra ætate Io. Lipsium, simul Cardinalem, dignitatem primatiales, cui designatus, quod altius ascendere nollet, deprecatum esse, constat. Olym Vladislaus Iagello, reditus imminuere conatus, impetrato a Papa Martino V. decreto, quò palatinatus Lublinensis, Chelmenensis Episcopi curæ mand:

mandabatur: sed fortiter restitit Episcopus Cracouiensis Sbigneus Olesnicus, cuius causam cum totus Senatus susciperet, eademque in Papæ Consistorio defenderetur, ac ipse Rex cederet, decretum fuit abrogatum \*\*\*). Ioannem III. agitalse, vt Cracouiensis episcopat-  
tus in duos diuideretur, reperimus.

\*) Sup. Lib. I. c. 8. §. 4.

\*\*) Piafec. Chr. p. 229. 236. 252.

\*\*\*) Dlugoff. XI. 484. 485.

§. XXXIV.

In bulla, qua Papa Vrbanus V. Casimiri M. precibus, vt academiam Cracouiæ condere li-  
seret, annuit, Episcopus Cracouiensis illius  
academiæ Cancellarius perpetuus declaratur \*):  
cui Vladislaus Jagello tutelam immunitatum  
academiæ commendat, & facultatem in ea-  
rum violatores animaduertendi, tum salaria ac  
alia commoda, cum Rectore dispensandi,  
largitur \*\*).

\*) Zalafz. Ius regni Pol. T. I. p. 574.

\*\*) Zalafz. I. c. p. 585.

§. XXXV.

Sub Ioannis III. inaugurationem, in exse-  
quiis Ioannis Casimiri & Michaëlis, Episcopus  
Cracouiensis ea peragere volebat, quæ a Gnes-  
nensi Archiepiscopo fieri solent, vt orta inde  
lis ad Papam deferretur, & Archiepiscopus am-

plo scripto iura Primatis in vniuersum propugnare necesse esse existimaret. Sed desistit sua postulatione Episcopus, potuitque Primas iis quæ sui muneris defungi \*). Ioannem III. a Cracouiensi Præsule Regem renuntiatum, AUGUSTVM III. ab illo regiis insignibus condecoratum esse, supra *L. II. c. 4. §. 47. & c. 5. §. 9.* retulimus.

\*) Zal. Epist. T. I. p. 677.

### §. XXXVI.

Locus in Senatu Cracouiensi Episcopo est, ad sinistrum solii regii, iuxta Archiepiscopum Leopoliensem, & post eum censet, cum Cuiaviensis ad dextrum solii, Gnesnensi Archiepiscopo assideat. Hoc autem ante alios episcopatus habet Cracouiensis præcipuum, quod inter suos Præsules sex Purpuratos ecclesiæ ostendet. Magis tamen Stanislae suo effulget, qui Episcopus dum viueret, post mortem in Sanctos referri promeruit.

### §. XXXVII.

Cuiaviensis Episcopus, Cracouiensi ordine proximus, primis temporibus Crusuicensis appellabatur, a Crusuico Cuiaviæ oppido & Episcopi tum sede, qua Vladislauiam, aliud illius regionis oppidum, translata, Vladislaviensis dici cœpit, quod nomen & hodie manet, ut modo Vladislaviensis, modo Cuiaviensis vocetur.

cetur. Appellatur simul Pomeraniæ Episcopus, quia non solum in Cuiavia, sed etiam in Pomerania sacris præest. Non autem intelligitur omnis Pomerania, sed vetus saltem Pomeraniæ portio, quæ in Regni Poloniæ ditione, ac palatinatus Pomeraniæ, valgo Pomerellia, dicitur, cuius antiquæ partes Butavia & Leoburgum non minus ad Episcopi Cuiaviensis diœcesim pertinent, ut omni tempore pertinuerunt. Venit sub sacram eius iurisdictionem Pomerania nostra, sæculo duodecimo, quo ipsa christianam religionem amplectebatur, neque interrupta eius auctoritas, licet Pomerania Dominos aliquoties mutaret. Hinc est in eius diœcesi Gedanum, vrbs regni Poloni præcipua, quæ hunc suum Præfulem colit, in quantum religio, quam diuersam profitetur, & iura quæ habet ampla, non intercedunt. Non tamen tota nostra Pomerania in sacris Cuiaviensi Episcopo paret, sed pars aliqua eximitur, Gnesnensi archiepiscopatui iuncta.

## §. XXXVIII.

Initia Cuiaviensis episcopatus *Dlugossus* ad *Mieczislai I. principatum* & annum 966 retulit \*). *Boguphalus Dlugosso* antiquior, *Mieczislaium II. primi nepotem*, instituisse tradit \*\*). Priorem sequuntur omnes, qui post eum res illorum temporum descripserunt.

\*) Lib. II. p. 95.

\*\*) Script. rer. Siles. Sommersb. T. II. 25.

## §. XXXIX.

Interregno Cuiavienſem Episcopum, Primatis, vel mortui vel ex aliqua causa absentis, partibus defungi, & ideo Reges, Stephanum ac Augustum II. ab eò regni insignia recepisse, suis locis \*) dictum. In Senatu ad Archiepiscopi Gnesnensis latus sedet, quod ex §. 36. constare potuit. Vnum addimus; hodiernum Episcopum, Reuerendissimum Antonium Ostrovcium, a. 1765 a maioribus Prussię civitatibus solenne in Regis nomen iusiurandum excepisse.

\*) L. II. c. 3. §. 1. c. 4. §. 37. c. 5. §. 9.

## §. XL.

Episcopi Posnaniensis & Vilnensis ita Cuiavienſem sequuntur, vt inter ipsos sit vicissitudo, vnisque comitiis Posnaniensis, alteris Vilnensis priore loco sedeat censeatque. Id quidem ex ordinatione a. 1569 quam §. XI. citauimus, ac vsu vigere actorum publicorum subscriptiones probant, vbi modò Posnaniensis, modo Vilnensis Episcopi nomen, priore loco legitur \*). Quod ad Posnaniensem, est is, si maior fides habenda vetustis, quam recentioribus scriptoribus, Polonorum Præsulum antiquissimus. Meminit illius *Ditmarus Merseburgensis* Cæsaris Ottonis I. & Miecislai I. tempore, Iordanem eum ac primum Polonorum antistitem nominans, qui multum sudasset, dum Polonos ad  
*superna*

*sup. rnae cultum vineae sedulus verbo Et opere invitaret \*\**). Institutus Episcopatus a memorato Cæsare Ottone I. ante archiepiscopatum Magdeburgensem, cui tanquam metropoli subiiciebatur \*\*\*): neutrumque sibi persuadere possunt, qui Cæsaris studium religionem in Poloniam vsque proferendi, & nexum, qui ea ætate inter Poloniam & Germaniam fuerit, ignorant. *Boguphalus* qui a. 1253 ipse Posnaniz Episcopus mortuus, Jordanum a. 968; *Anonymus Archidiaconus Gnesnensis* sæculi decimi quarti scriptor, eundem a. 965 Episcopum Poloniz institutum fuisse referunt †). Neque alia ex causa vocatur Poloniz Episcopus, qui a sede sua Posnaniensis dicebatur, quam quod tum vnus in tota Polonia Episcopus erat ††). Archiepiscopatus enim Gnesnensis & cæteri episcopatus serius secuti, & cum primus Archiepiscopus crearetur, eique sui assignarentur Episcopi suffraganei, Posnaniensi permillum, sub veteri Metropolitano, qui Magdeburgensis Archiepiscopus erat, manere †††): quanquam postea & Posnaniensis, sub Gnesnensem metropolim concessit. *Dlugoffus* & eius sectatores, nominant quidem primum Posnaniensem Episcopum Jordanem, sed eundem simul cum duobus Archiepiscopis & Episcopis alii, Mieczislai I. tempore creatum affirmant ††††).

\*) Konf. gener. a. 1668. P. C. Michaëlis a. 1669. Konf. gener. a. 1674. Iusurandum lo-

annis III super pacta conuenta a. 1674. Confirmat iurium generalis Ioannis III. a. 1676. Diploma electionis Augusti III. Constit. a. 1736. p. 86.

\*\*\*) Script rer. Brunsv. Leibnitii T. I. p. 359.

\*\*\*\*) Chron. Magdeb. T. II. Scriptor. rer. Germ. Meibomii p. 274. Ditmar. l. c. p. 335.

†) Script. rer. Siles. Sommersb. T. II p. 24. 81.

††) Ditmar. l. c. p. 357. Chron. Magd. l. c. p. 280.

†††) Chron. Magd. l. c. p. 280. Ditmar. l. c. p. 257.

††††) Dlug. II. 95.

### §. XLI.

Quæ Vladislaus *Sputator*, maioris Poloniæ Dux, a. 1232 Gnesnensi Archiepiscopo contulit, simul Posnaniensi Episcopo largitus est, scilicet facultatem cudendi monetam & venandi in bonis ecclesiæ suæ, tum vt incolæ eorundem bonorum, a tributis & operis, Ducibus præstari solitis, ac iurisdictione Ducis immunes essent \*). De quo §. 18. actum. Non effugit censuram Stan. Witvicius, regnante Ioanne III. Posnaniensis Episcopus, e primariis Regni Senatoribus & Principibus, tum Principem Slupucensem & Ducem Krobensem se vocans \*\*). Cuius in imaginariis his titulis vanitas ad successores non transit.

\*) Dlug. VI. 647.

\*\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1168. 1219.

### §. XLII.

Ad Posnaniensis Episcopi diœcesin etiam  
Varavia

Varſavia pertinet, vbi Regis ſedes & comitia celebrantur: ac ipſum, primate & Cuiavienſi Epifcopo abſentibus, electioni regię præſſe, ſupra \*) memorauimus.

\*) L. II. c. 4. §. 42.

### §. XLIII.

Vilnenſis epifcopatus a. 1387 cura Vladislai Jagellonis ortus, cum in eo eſſet vt Lituanos chriſtianos redderet, primumque declarauit Præſulem, Andream Vaſzilonem, nobilem Polonum \*). *Staravolſcii* errorem, Vilnenſem Epifcopum Ducis Iuani titulo vti opinantis, iam *Hartknochius* oſtendit, quem nihilominus a *Zatafzouio* repetitum legimus \*\*). Ioannis Caſimiri tempore, Georg. Bialozor Primateſſem Lituaniæ ſe dixit, quod cum in diminutionem Gneſnenſis Archiepiſcopi fieret, Epifcopus ad dicendam coram Rege cauſam citabatur, qui Archiepiſcopo Gneſnenſi, Chelmenſi & Camenecenſi Epifcopis præſentibus, titulo Primatis Lituaniæ ſe citra ius uſum falſus, ſuo & ſucceſſorum nomine declarabat, eundem nullo tempore uſurpatum iri \*\*\*). In comitiis conuocationis a. 1764 magno ſtudio annitebantur Lituani, vt epifcopatus hic ad archiepiſcopalem dignitatem eueheretur, quo magnus ſuus Ducatus ad exemplum maioris & minoris Poloniæ ſuum haberet Archipræſulem; ſed Polonis non minus acriter reſiſtentibus, quod eiſmodi mutatio ad ius Maieſtaticum pertineret,



& interregno fieri non posset, res integra ad prima post Regis inaugurationem comitia dilata \*\*\*\*), in quibus silentio transmissa est.

\*) Dlug. X. III. 112.

\*\*) Staravolsc. Polonia. p. 96. Hartk. Resp. Pol. L. II. c. 3. p. 474. Zalaszc. Ius Resp. Pol. T. I. p. 600.

\*\*\*) Chochlovii Epist. de Episcopo litigioso p. 54. 55.

\*\*\*\*) Konfeder. gener. a. 1764. Konstit. Litew §. Reces.

#### XLIV.

Ordo nos ad Plocensem, Varmiensem & Luceoriensem Episcopos deducit. Plocensis est ex iis, quos *Dlugoffus* Mieczislai I. temporibus tribuit, a quo etiam Angeloti nomen primo Episcopo impositum\*). *Boguphalus* contra auctor est, illum sub Boleslao I. creatum, ac tum Masouiensem postea Plocensem dictum esse \*\*). In eius dioecesi est Pultouienensis tractus, cuius etiam in ciuilibus est supremus Dominus, ut ab eius decretis nulla detur prouocatio \*\*\*). Eodem iure Præpositus Plocensis Sielunensem tractum regit, qui inde Principis Sielunensis titulo utitur.

\*) Dlug. II. 95. 96. Lubien. Oper. p. 93.

\*\*) Sommersb. Script. Siles. T. II. p. 25.

\*\*\*) Starav. Pol. p. 194.

## §. XLV.

Vt ad modum Posnaniensis & Vilnensis Episcoporum, Varmiensis & Luceoriensis locum suum in Senatu alternent, eadem ordinatio a. 1569 præcipit, quod exoleuisse, & Varmiensem semper Luceoriensi priorem esse, *Hartknochius* \*) affirmat, quod publica acta probare videntur, in quibus Varmiensis ante Luceoriensem legitur \*\*). Varmiensis Episcopi, nulla ante annum 1254 apud vetustiores occurrit mentio \*\*\*), estque inter scriptores consensus, primo Anselmi fuisse nomen. Hunc cum reliquis Prussiæ Episcopis, Papa Alexander IV. a. 1255 Rigeni Archiepiscopo tanquam Metropolitano subiecit †); sed sequenti sæculo Varmiensis Episcopus, Ioannes I. obtinuit, ut Papa suam ecclesiam metropolitano dicti Archiepiscopi iure eximeret, eandemque Papæ *immediate* subiectam declararet ††). Ex hac causa inter Poloniæ Episcopos, solus Varmiensis Gnesnensem Archiepiscopum pro Metropolitano suo non habet: & si quando synodis provincialibus a Gnesnensi Archiepiscopo indictis interest, sit hoc immunitate sua salva, ut etiam sibi hanc in rem ab Archiepiscopo litteras dari curet †††). Accesserunt nuper insignia, *pallium & crux*, Episcopo per suam diocesim præferenda, nisi intra illam Cardinalis aut Papæ legatus, siue ordinarius siue extraordinarius, præsens sit. Vtrumque hodiernus Celsissimus Princeps Episcopus, Adam Stan. Grabovi-

scius a. 1742 a Papa sibi & successoribus impetrauit.

\*) Reip. Pol. lib. II. c. 3. p. 476.

\*\*) In subscriptionibus confæd. gener. a. 1648. pactorum conuent. Io. Casimiri & confæd. general. a. 1668.

\*\*\*) Dusb. Chron. Pruss. part. 3. c. 70. Dissert. nost. de religione in Prussia, T. IV. hist. Pruss. præmissa §. 17.

†) Dissert. nost. de religione in Pruss. I. c. & Hist. Pruss. T. IV. p. 315.

††) Treter. de Episc. Varm. p. 12. Dissert. nost. de Consilio Pruss. ante T. V. Hist. Pruss. §. 23.

†††) Dissert. nost. de Consilio Pruss. I. c.

#### §. XLVI.

Varmiensis, simul Sambiensis Episcopi titulo vititur, licet episcopatus Sambiensis sacris mutatis dudum deserit, ac totus eius tractus in Regis Prussæ ditione sit. Ratio tituli est, quod in pactis inter Regem Sigismundum III. & Electorem Brandenburgicum Ioannem Sigismundum, Prussæ Ducem, a. 1611 parochus Romanus catholicus Regimontanus, quæ ciuitas ad diœcesin Sambientem pertinebat, Varmieni Episcopo tanquam viciniore subdebatur, ut eius doctrinæ, moribus & vitæ attenderet, etiam facultatem novum parochum constituendi haberet, si defuncto priore, Dux Prussæ intra semestre spatium alium præsentare omitteret \*): quam iurisdictionem *spiritualem* in parochum, tum in omnes alias ecclesiasticas personas

personas catholicæ religioni addictas, Varmien-  
 ſi Præſuli intactam & integram pacta Vela-  
 vienia \*\*) ſeruant. Primus Sambienſis voca-  
 bulo, vti cœpit Io. Wydzga, Velauienſibus pa-  
 ctis iam compositis, quod tum Elector Bran-  
 denburgicus, qua Pruffiæ Dux, non tulit, vt  
 etiam idem Wydzga, vrgente Houerbequio  
 Electoris legato, Sambienſis titulum ſcalpello  
 eradere adigeretur, cum in conuocatione Var-  
 ſavienſi a. 1660 eundem litteris, quibus Ordini-  
 num nomine, tum pax Oliuenſis, tum ea quæ  
 in Electoris commodum declarata, rata habeban-  
 tur, apponeret \*\*\*), vt inde in conſtitu-  
 tionibus, quibus pax hæc inſerta, Wydzga tan-  
 tum Varmienſis Episcopus legatur \*\*\*\*). Al-  
 terum exemplum deletæ vocis Sambienſis de-  
 dit annus 1677 quam idem ille Wydzga, ſub  
 renouatis pactis Velauienſibus, fruſtra ſuo nomi-  
 ni addiderat, Houerbequio Brandenburgico  
 oratore contradicente †). Liberiſ ſe Sambien-  
 ſem dixit in actis & litteris, quibus nihil ne-  
 gotii cum Electore Brandenburgico intercede-  
 bat, quamuis affirmaffe dicatur, fuiſſe vocabu-  
 lum in ſigillo epistolæ, quas ad regimen  
 Prufficum Regimontum dediffet ††). Sine  
 contradictione, ſub conuentione de reddenda  
 Elbinga a. 1699 Andreas Zalufcius, Varmien-  
 ſem & Sambienſem Episcopum ſe vocauit;  
 quod legatorum Brandenburgicorum ſilentium  
 feſtinationi adſcribitur, qua conuentionis exem-  
 pla permutata, & per quam legatis Branden-  
 burgicis

burgicis non licuerit, adiectos singulorum titulos inspicere †††). A. 1727 *regimen Prussiae* quod Regimonti est, Episcopum Varmiensem, Christophorum Szembek, rogabat, ne se in litteris Sambiensium vocaret: quo nomine cum nihilominus vteretur, declarabat idem regimen a 1732 se litteras, nisi illo abstineret, ipsi sine vilo ad eas responso remissurum. Quod etiam eodem anno factum est ††††).

\*) Acta & decreta Commiss. a. 1609. & 1612. Regimonti habitaram, Constitut. a. 1611. adiecta p. 50. 57. (III. 128. 135.)

\*\*) Paët. Velav. §. Exercitium religionis. Pufend. de Reb. Frid. Vilh. T. I. p. 384.

\*\*\*) Pufend. de R. Frid. Vilh. Lib. XI. §. 101.

\*\*\*\*) Constitut. a. 1661. tit. Paëta Oliuchna. p. 59. (IV. 760.)

†) Pufend. XV. §. 14.

††) Pufend. XI. §. 101.

†††) Zalus. Epist. T. II. p. 895. Binz deductiones de Episc. Varm. & Culmens. titulo Samb. & Pomesan. p. 75. 76.

††††) Binz deductiones. p. 86. 91. 92.

## §. XLVII.

Hoc Varmiensi Præsuli peculiare, quod fieri Romani Imperii Princeps vocatur, quo honore Ioannem II. *Streisrok* cognominatum, eiusque successores, Carolus IV. Cæsar ornavit \*), cum adhuc omnem Prussiam, in qua Varmia, Equites Teutonici tenerent. Mansit titulus in hunc diem, quo tamen Episcopi in actis

actis regni publicis abstinent, neque eum ex regni Cancellaria recipiunt, sed utuntur illo, si cum privatis & exteris sibi negotium intercedit, a quibus eodem modo compellantur: quod etiam de Celsissimi vocabulo dicendum, quo ob Principis dignitatem soluntur, quodque cancellaria regni ignorat. Idem Cæsar, cui Principis titulus debetur, simul cudendi monetam & creandi nobiles ius contulit \*\*): neutrum tamen exercuerunt Episcopi, & quod singillatim ad usum iuris monetalis, idem sentiendum, quod supra §. 18. de hoc Archiepiscopi Gnesnensis iure monuimus. Nobiles vero, si nobilitatem in Polonia iuribus frui volunt, a Rege Ordinum consensu in comitibus creari debent, ut c. 2. §. 17. diximus.

\*) Dissertat. nost. de Consil. Pruss. §. 23. Tractat. de Episc. Varm. p. 18.

\*\*\*) Dissert. de Cons. Pruss. l. c.

### §. XLVIII.

Non tantum Regni Senator, sed etiam Prussicæ est Consiliarius Varmiensis Præsul, imo prius erat Prussicæ Consiliarius, quam Regni Senator euaderet. Est autem in Prussico Consilio primus, & circa annum 1513 Præsidis munere fungi cœpit, ut ex ea causa Præses terrarum Prussicæ dicatur \*). Inde leges volunt, ut Episcopatus, ad modum cæterarum Prussicæ dignitatum, provinciæ indigenæ conferatur \*\*), & cum fere semper non Prussio contin-

gat,

gat, solent Prouinciæ Ordines, nouo Episcopo indigenatum largiri, secus ipsi in Contilium non recipiunt, multo minus ad exercitium præsidii admittunt \*\*\*): imo exigitur, vt prius ad certam formulam quæ ipsi peculiaris est, Mariæburgi in arcis templo iusiurandum dicat \*\*\*\*). Martinus Cromerus, quamuis Varmiensis Episcopus, quia natione Polonus & ad indigenatum Prussiæ non admissus, neque in Consilio prouinciæ locum habuit, neque præsidium gessit. Vtroque caruit adhuc hodiernus Celsissimus Princeps Varmiensis Episcopus, iureiurando nondum præstito.

\*) Dissert. nost. de Consil. Pruss. §. 21. 22.

\*\*) Supra Lib. II. c. 11. §. 7.

\*\*\*) Dissert. nost. de hodierna Reipub. Prut. facie §. 15. Ius publ. Pruss. Pol. p. 44-48.

\*\*\*\*) Dissert. de hod. Reipub. Pr. fac. §. 17. Ius publ. Pruss. Pol. p. 39. 41.

### §. XLIX.

Eligi a Capitulo Episcopum, sed non alium nisi a Rege commendatum, modo sit e gremio Capituli, *L. II. c. 11. §. 15.* exposuimus. Solet ergo commendandus, si non Canonicus, canonicatum sibi prospicere, & quando non vacat, quem obtinere possit, anniti, vt Canonicorum aliquis suo cedat, ac in eius locum sufficiatur. In gratiam Andreas Zaluscii, Christianus Dux Saxoniz Zizensis \*); & in Christophori Szembekii, Sieninfcus suo se canonicatu abdicarunt:

dicarunt: quo cum nemo Canonorum, hodierni Celsissimi Episcopi, Grabovscii, causa carere vellet, Papæ auctoritas subuenit, per quam ipsi & sine canonicatu episcopatus candidatum esse licuit \*\*). Electus Præsul, ad Capituli preces a Papa confirmatur.

\*) Zalus. Epist. T. II. p. 552.

\*\*\*) Vid. Lib. II. c. 11. §. 15.

§. L.

Inter Episcopum & Capitulum Varmiaë ita diuisi sunt redditus, vt duo trientes Præfuli, vnus Capitulo præstetur. Quanti sint qui Episcopo obueniant, vix definire licet, nisi quod Archiepiscopi Gnesnensis æquare, & cæterorum Episcoporum, si Cracouiensis excipiatur, vincere dicuntur. Episcopus & Capitulum, quisque in suis terris, non tantum in sacris, sed etiam in ciuilibus, liberam exercet iurisdictionem, vt nullus in Varmia regius magistratus sit, nullaquæ ad iudicium aliquod extra Varmiam detur prouocatio, & nobiles non minus quam cæteri incolæ pareant ac iurisdictione tribunalis Poloni immunes sint. Elbinga vrbs extra Varmiam, Episcopi Varmiensis in sacris auctoritatem colit, in quantum religioni, quam profitetur diuersam, iuribusque suis non repugnat: in ciuilibus soli Regi paret.

§. LI.

De Luccoriensi episcopatu vix habeo quod memo-



memorem, nisi quod regnante Ludouico ortus \*); primis temporibus a Volodimiria, Volhiniz oppido, Volodimiriensis, postea sede Episcopi Luceoriam, eiusdem tractus ciuitatem, translata, Luceoriensis dictus. Efficit huius episcopatus partem, palatinatus in Lituania Brestensis, qua ex causa Luceoriensis Episcopus se simul Brestensem appellat. Premisliensis, qui Luceoriensem sequitur, a Premisliam Russiz rubræ oppido nomen habens, eodem, quo Luceoriensis, anno cœpit \*\*). Vtroque recentior episcopatus Samogitiz, qui a. 1417 a Vladislao Jagellone institutus, & Matthiz, parentibus Germanis Vilmæ nato, ac lituanæ samogitizque linguæ gnaro, collatus \*\*\*). Præsulis huius sedes Miedniciz est, ex qua causa olim interdum Miednicensis appellatus, cum rectius Samogitiz dicatur, quod tota hæc regio eius diœcesi continetur.

\*) Anon. Arch. Gnesn. T. II. Script. Siles. Sommersb. p. 113. Biels. Chr. p. 250.

\*\*\*) Anon. Arch. Gnesn. l. c. Dlug. X. 26.

\*\*\*) Dlug. XI. 389. 390.

## §. LII.

Antiquior est Culmensis episcopatus, quia circa a. 1215 cœpit. Primus Episcopus cui nomen Christianus, non Culmensis, sed Prussiz vocatus \*), suam sedem in Culmeni tractu fixit. Cuius successor erat Henricus, quem Papa Innocentius IV. a. 1245 ex Armachano, Prussiz

Prussiz Archiepiscopum declarabat, vt ei, tanquam Metropolitano, Episcopi Prussiz, Liouoniz, & Estoniz subessent \*\*): quem tamen Culmensem tantum Episcopum se vocasse reperimus \*\*\*), quo titulo etiam successores in hunc diem usi. Novus hic Prussiz archiepiscopatus breui desit, Papa Alexandro IV. a. 1255 Archiepiscopum Rigensem, Culmensis & ceterorum Prussiz Episcoporum Metropolitanum constituente \*\*\*\*); quo modo Culmensis, Rigensis Archiepiscopi Episcopus suffraganeus euasit. Post annos quadraginta, Gnesnensis Archiepiscopus, in Culmensem sibi esse ius metropoliticum credens, questus apud Papam, quod sub Rigensem concesserit, ac obtinuit vt in ius hoc inquireretur †), Culmensi Episcopo, sub Archiepiscopo Rigensi nihilominus manente. Pace a. 1466 cum Equitibus Teutonicis composita, episcopatus Culmensis, Gnesnensi archiepiscopatu subdebatur: quæ mutatio cum sine Papæ consensu fieri non posset, illum accessisse Dlugossus quidem affirmat ††), posteriore tamen tempore, a Papa Culmensi Præfuli interdictum, alium præter Rigensem Archiepiscopum, Metropolitanum colere: cuius auctoritatem cum ipse Culmensis Præful, tum Prussiz Ordines assertum ibant †††). Rigensi archiepiscopatu extincto, tum demum Gnesnensis Archiepiscopus, in prioris Metropolitanani locum succedere potuit.

- \*) Dissertat. nost. de Religione in Pruss. T. IV.  
hitt. Pruss. præmissa §. 6.
- \*\*) Dissert. de religione in Pruss. §. 13.
- \*\*\*) Dissert. de relig. l. c.
- \*\*\*\*) Dissert. de religione. §. 17.
- †) Dlug. VIII. 884. 885.
- ††) Dlug. XIII. 407. Biels. Chr. p. 445.
- †††) Hittor. nost. Pruss. T. II. p. 173. Docum.  
p. 48. 49.

## §. LIII.

Vocat se Culmensis Episcopus simul Pomesaniensem, qui Episcopatus olim in Prussia seorsum fuit, sed annos abhinc centum & octoginta desit, cuius diœcesis pars, per pacem a. 1466 Regi Poloniae relicta, Culmensis portio euasit, reliquo in ditione equitum Teutonicorum sub suo Episcopo manente. Ultimus Pomesaniensis Episcopus fuit Ioannes Wiggandus, a. 1587 mortuus, qui ut ante ipsum Præfules aliquot, cum diœcesi sua sacra ad confessionem augustanam exercebat, Romanis catholicis ad parvum numerum redactis, quorum curam cum titulo Pomesaniensis, Culmensis suscepit. A. 1809 Commissarii regii, Regimentum missi, ab Ordinibus Prussiae Brandenburgicae postularunt pro Culmensi Episcopo, ob administrationem Pomesaniensis episcopatus, certos redditus, qui tamen non constituti, negotio hoc Regi seruato, & postea silentio transmissio \*). Regnante Michaële, Electoris Brandenburgici, qui Prussiae Dux erat, legati, Pome-

Pomesaniense nomen in Culmensi Episcopo ferre noluerunt, tum voce tum scripto contradicentes \*\*); quod antea ab Electore admissum, Episcopus asseuerabat \*\*\*).

\*) Acta Commissionis a. 1609. Constitutionum volumini inserta, post Constitut. a. 1611. p. 10. 14. (III. 94. 97.)

\*\*\*) Pufend. de reb. Frid. Willh. L. XI. §. 101.

\*\*\*) Zalus. Epitt. T. I. p. 256. 257.

§. LIV.

Quia Culmensis, Prussiae episcopatus est, habet eius Praesul in Consilio Prussico locum, eumque a Varmiensi proximum, cui in hoc leges Culmensis aequant, ut Prussiae indigena sit. Sed cum Culmensis Episcopatus, ut Varmiensis, raro admodum Prusso contingat, solet tum novus Episcopus in numerum indigenarum recipi, hocque facto inter Consiliarios admitti, ad quorum exemplum, iisdem, quibus illi, verbis provinciae iurat, hoc addito: se episcopatus sui *praelaturas & canonicatus* indigenis Prussiae collaturum \*).

\*) Hod. fac. Reipubl. Prut. §. 76. Ius publ. Pruss. Pol. p. 54.

§. LV.

Episcopatus huius diocesis palatinatus Culmensis & Mariaeburgensis continentur, & quod ad reditus, non est quidem ex opulentissimis, proventus, tamen non tantum suntibus ex Episcopi

scopi dignitate sufficiunt, sed etiam large supercurrunt. Proximo sæculo Io. Kuczborscius, intra decem annos, quingenta florenorum millia ultra sumtus redegerat, cuius summæ, omissis cognatis, Regem Sigismundum III. hæredem ex asse scribebat \*).

\*) Piasec. Chr. p. 369.

### §. LVI.

Culmenfis episcopatus sæpe cum Chelmenfi confundi solet, qui tamen plane diuersus est, a Chelma Russiæ rubræ oppido nomen habens, cuiusque initia alii ad Ludouici \*), alii ad Vladislai Iagellonis \*\*) regnum referunt: cui etiam Kiouiensis vindicatur \*\*\*) , quam alii antiquiorem statuunt \*\*\*\*). Kiouiensis Episcopus simul Czernichouiensis vocatur, quod etiam hic tractus ad eius diocesin relatus †); quæ ad vicesimam partem immiuta, postquam vrbs Kiouia cum ampla circa illam regione, sub Russiæ imperium concessit \*\*).

\*) Anon. Arch. Gnesn. T. II. Script. rer. Siles. Sommersb. p. 113. Raynald. Annal. ecclesiast. ad an. 1375. p. 541. Bzov. Annal. eccles. ad a. 1375. p. 1511.

\*\*) Dlug. XI. 659. Cromer. XX. 313. Biels. p. 348.

\*\*\*) Dlug. Crom. Biels. l. c.

\*\*\*\*) Bzov. Annal. eccles. ad a. 1321. p. 362. Niesiec. Cor. Pol. T. I. p. 67.

†) Constitut. an. 1638. p. 30. tit. Smolenskie. (III. 950.) ††) Zalus.

††) Zalus. Epist. T. I. part. 2. p. 1112.

§. LVII.

Cameneensis a. 1375 coepit \*), & Lio-  
niae episcopatus originem c. 4 §. 5. memora-  
vimus, cuius Praesul pariter se Piltenensem di-  
cit. Est in Curlandia Piltenensis tractus, epi-  
scopatus olim Curlandicus appellatus, qui cum  
caeteris Liooniae episcopatibus post medium  
saeculi decimi sexti, sacris ad augustanam Lu-  
theranorum formulam mutatis, desiit. In ho-  
rum locum Stephanus Rex, vnum Vendensem  
instituit, ac illi redditus assignavit \*). Pilte-  
nensis vero tractus, alium atque alium dominum  
fortitus, tandem in Curlandiae Ducis ditionem  
venit \*\*). Anno 1685 Nicolaus Poplavius, a  
Rege Liooniae & Piltenensis Episcopus decla-  
ratus ac a Papa confirmatus, indices recupera-  
torios obtinuit \*\*\*), qui ipsum sequenti anno,  
commissione peracta, legitimum Episcopum  
Piltenensem seu Curlandicum declarabant, ad  
quem iura & redditus antiquorum Episcoporum  
pertinerent, totam simul causam ad Regem  
iudicium, vt decretum ferret, remittentes †).  
Sed non defuit sibi Curlandiae Dux, Frideri-  
cus Casimirus, amplo scripto docens, Piltenen-  
sem tractum a se legitime teneri ††), & a re-  
gio iudicio, cui causam Commissarii permise-  
rant, nullum decretum latum est. Anno 1717  
constitutio iura ecclesiae Romanae catholicae in  
tractum Piltenensem, ac controuersiam, iudi-

cio regio de decreto adhuc deliberante, integra seruabat ††).

\*) Heidenst. p. 209.

\*\*\*) Nettelblatti Anecdota Curlandiæ. p. 124. f.

\*\*\*\*) Nettelb. Anecd. Curl. p. 98. Constit. a. 1685. p. 13. Kommissya Piltyni ka. (V. 719.)

†) Nettelb. l. c. p. 114. 115.

††) Nettelb. l. c. p. 134. f.

†††) Constit. a. 1717. p. 76. tit. Piltyn. (VI. 302.)

### §. LVIII.

Vltimus inter Episcopos est Smolenscensis, cuius episcopatum a. 1613 Sigismundus III. Smolensco vrbe & eius tractu recuperatis, instituit reditusque prouidit. Vladislaus IV. primum Episcopum Petrum Parceuium nominavit, cui ac eius successoribus, locus in Senatu post Vendensem, qui deinde Liunionæ dictus, a. 1638 assignabatur \*). Mansit Episcopus, Smolensco & eius tractu amissis, qui inde in reditibus suis iacturam non leuem sensit.

\*) Constitut. an. 1638. p. 30. tit. Smolenskie biskupstwo. (III. 950.)

## CAP. VI.

### De Palatinis.

§. I. *Vnde Palatinorum nomen. Vfus vocabuli apud Romanos & Francos. Qui in Polonia Palatini. Quomodo lingua polona dicantur.*

dicantur. Origo Palatinorum: Palatinus Comes & Princeps palatii. Unus in Polonia Woiewoda. Palatinorum dignitas. Palatini militiae principes. Palatinorum numerus auctus. Palatinatus post Palatinos coeperunt. §. II. Palatini Principum veterum a consiliis. §. III. Palatinorum numerus & ordo. Num inter Palatinos Cracouiensem & Posnaniensem vices sint, ut alter alterum modo praecedat, modo sequatur. Vetustiora Posnaniensis ante Cracouiensem Palatinum exempla. Lis de loco inter Liuoniae & Czernichouiensem Palatinum. Lex pro Palatino Liuoniae. §. IV. Cracouiensem Castellatum Palatino praepositi. Rationes, ob quas Castellano ante Palatinum locus contigerit, & quae minus probantur. §. V. Vihensis & Troensis Castellani, ac Capitaneus Samogitiae cur Palatinis immixti. Duo olim in Lituania Palatini, totidemque Castellani ac Samogitiae Capitaneus, quibus Palatini reliqui recentiores sunt. Capitaneus Samogitiae Palatinis dignitate par. §. VI. Capitaneus Samogitiae & Palatini Polocensis ac Vitepscensis a nobilitate eliguntur & a Rege confirmantur. Quidam Palatini generales. Nonnulli Palatini olim aliter, ac hodie, nominati. §. VII. Singulis palatinatibus singuli praesunt Palatini. Palatini simul Castellani esse nequeunt. Exemplum Palatini qui Castellanus mansit.



Palatinus ne pariter Minister Senatorii ordinis sit. Desinunt esse Palatini, quando Ministri Senatorii creantur. Idem quod de Palatinis dictum, etiam in Samogitiæ Capitaneo obtinet, quod olim secus se habuit. Iocus de Palatino lituano, qui se duorum palatinatum Palatinum dixisse ferebatur.

§. VIII. Exercituum Præfecti fere semper simul aut Palatini aut Castellani. Neque Samogitiæ Capitaneus exercitus lituani præfectura arcetur. Ratio ob quam Palatinis exercitibus præesse permissum.

§. IX. Præter unum Cracouiensem, Palatinis polonis in suo palatinatu capitaneatum cum iurisdictione habere non est licitum. Aliud in Lituania & Prussia obtinet. Palatina dignitas in Prussia cum capitaneatu iudiciali iuncta. Palatini Posnaniensis & Califfiensis ne sint maioris Poloniæ generales Capitanei. Exemplum contrarium, quod ægre latum. Palatini Posnaniensis & Califfiensis, cedunt hoc suo palatinatu, quando generales Capitanei creantur.

§. X. In Prussia Palatini simul provinciæ Thesaurarii esse possunt. Palatini poloni exemplum qui Prussiæ Thesaurarius mansit.

§. XI. Palatinorum iudicia. Vicepalatini quales esse debeant.

§. XII. In generali expeditione Palatini sui palatinatus nobilitatem ducunt.

§. XIII. Qui ex Palatinis claves thesauri regni habeant. Palatinus Masouiz, regio

*regio Vicario abrogato, iurisdictione cæteris Palatinis polonis æquatus. §. XIV. Palatinorum titulus.*

## §. I.

**A**b Episcopis in Senatu proximi sunt Palatini, quorum a palatio nomen. Fuerunt in aula Cæsarum, Romæ & Constantinopoli, Palatini, qui certis muniis fungebantur in palatio. Transiit vocabulum ad Francos, apud quos Proceres, qui a Principe in consilium adhibiti, Palatini vocabantur. Inde in Poloniam migravit, ubi qui inter *seculares* primi, Palatinos, & tractus ampliores, in quos tum ipsa Polonia, tum prouinciæ, quæ ad Poloniam accesserunt, distributæ, palatinatus appellare placuit. Polona lingua, Palatinus *Woiewoda*, qui copiarum Dux, & tractus cui Palatinus præest, *Woiewodztwo* dicitur. Sæpe origo Palatinorum a duodecim uiris, quibus stirpe Lechi extincta regimen mandatum, repeti, quos *Woiewodas* seu Palatinos vocatos, *Miechowita*, *Cromerus*, & qui hos sequuntur existimant, cum *Woiewodarum* nomen illis duodecim uiris, qui post Vandam Poloniæ præpositi, *Dlugossus* \*) tribuat. Nihil de his duodecim præfectis eorumque nomine apud *Kadlubkonem*, scriptorem inter domesticos uetustissimum, qui tempore Boleslai III. Scarbimirum Comitem sacri palatii; sub Casimiro iusto Palatinum Cracouensem, Nicolaum, Comitem

tem & palatii principem vocat \*\*); & apud Leszconem album, qui Sendomiriensis Dux, Comitem Govoricium palatina functum dignitate affirmat \*\*\*). *Boguphalus*, *Kadlubkonis* ætate proximus, Cracum primum Ducein exercitus seu *Woiewodam*, deinde Regem declaratum, & post Vandam, vnum *Woiewodam* & duodecim præfectos, Poloniam rexisse memorat †). Nos in medio relinquimus, quo anno Palatini cœperint: id certum, eorum dignitatem semper magni momenti habitam, ut eos aulæ præfuisse credamus. Hinc cum olim inter plures Principes Polonia diuisa erat, quorum singulis sua aula, simul plures existebant Palatini, qui belli tempore copias in hostem ducebant. Qua ex causa *Woiewodarum* ipsis nomen inpositum, & *Boguphalus* militiæ Principes vocat, qui Palatini erant, quod ne plura memorem, Scarbiniri & Nicolai paullo ante memoratorum exempla demonstrant ††). Manserunt plures Palatini, etiam cum coalitis præter Masouiam prouinciis, plures aulæ desuissent, ac Polonia vni parceret Principi, & tum Palatini pro aula, amplioribus terris præesse cœperunt, quæ ab illis palatinatus dicebantur. Serius enim in historia palatinatus quam Palatini occurrunt, dum pro palatinatibus, prouinciæ & terræ vetustioribus temporibus leguntur.

\*) Dlug. l. 58.

\*\*) Kadl. lib. III. ep. 27. lib. IV. c. 18. 21. 23.

\*\*\*) Kadl.

\*\*\*) Kadl. IV. 26.

†) T. II. Script. Siles. p. 21.

††) T. II. Script. Siles. p. 31. 50.

§. II.

Vsi Principes Palatinorum consilio, cum aulæ suæ præessent, & quanta illorum auctoritas, Nicolai & Govoricii exempla, quorum alter Casimiri iusti, alter Leszconis albi Palatinus, docent \*). Nec minus consulti, cum terris præpositi extra aulam agerent, quo factum, ut inter Senatores locum retinerent, & quia olim in aula primi, etiam in Senatu iis, qui sæcularis ordinis, præferrentur.

\*) Kadl. IV. 18, 21. 25. 26. Boguphalus p. 50. 52. 54. 55. 56.

§. III.

Inter Palatinos sunt antiquissimi qui in Polonia: cui cum Russia, Lituania, Prussia & Livonia iungerentur, ibidem Palatini instituebantur, provinciis illis in palatinatus diuisis. A. 1569 Poloniæ, Lituaniæ, Russiæ & Prussiæ Palatini, inter se permixti fuerunt, & singulis suis constitutus locus, ita tamen, ut Castellanus Cracouiensis præcederet omnes, & ex Lituania duo Castellani Vilnensis & Trocensis, ac vnus Capitaneus Samogitiæ, Palatinis inferrentur. Hoc ergo in legum volumine \*) ordine leguntur: Castellanus Cracouiensis, Palatini Cracouiensis, Posnaniensis, Vilnensis, Sando-

Sandomiriensis, Castellanus Viliensis, Palatini Califfiensis, Trocensis, Siradiensis, Castellanus Trocensis, Palatinus Lenczyciensis, Capitaneus Samogitiæ, Palatini Brzestensis in Cuiavia, Kiouiensis, Inovladislaviensis, Russiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Smolenscensis, Lublinensis, Polocensis, Belzensis, Novogrodensis, Plocensis, Vitepscensis, Masoniæ, Podlachiæ, Rauensis, Brzestensis in Lituania, Culmensis, Mscislauensis, Mariæburgensis, Braclaiensis; Pomeraniæ, Minscensis; quibus interiecto temporis spatio, Liuoniæ & Czernichouiensem Palatinos additos fuisse, *c. IV. §. 5.* dictum. Inter Palatinos, Cracouiensem & Posnaniensem alternare, et alter altero modo prior modo posterior sit, descriptus a. 1569 Senatorum ordo docet: quod inter eorum palatinatus quidem obtinet, sed num etiam inter Palatinos, non meminimus, cum nullum succurrat exemplum, Posnaniensem Palatinum ante Cracouiensem, aut publicis litteris subscripsisse, aut in Senatu censuisse. Vetustiore tempore exempla Palatini Posnaniensis priore loco positi occurrunt \*\*). Creato a. 1677 pro tribus, quot olim in Liuonia fuerant, vno huius provincie Palatino, orta inter hunc & Czernichouiensem de loco controuersia, quam lex a. 1683 ita composuit, ut qui tum erat Czernichouiensis Palatinus, dum viueret, Liuoniæ Palatinum præcederet, post illius mortem vero, omni tempore Liuoniæ Palatinus ante Czernichouiensem in Senatu locum haberet

haberet \*\*\*). Vfus legis huius auctoritate a. 1695 Liuoniae Palatinus, prior in Senatu censuit, quem Czernichouienfis secutus, cum frustra cum illo contendisset †): qui ordo in nostrum diem seruatur.

\*) p. 180. tit. Porządek. (II. 777.)

\*\*) Lasc. Stat. f. 140. p. 1. f. 141. p. 2.

\*\*\*) Constit. Litu. a. 1683. p. 12. tit. Declaratio. (V. 697.)

†) Zalusc. Epist. T. I. part. 2. p. 1532.

#### §. IV.

Illud singulare, Cracouiensem Castellanium Palatino præponi, cum Castellani Palatinis inferiores sint. Causam *Dlugoffus* \*) a Scarbimiri Cracouiensis Palatini perduellione repetit, quam Boleslaus III. etiam in successores vindicasset, vt Palatinus Castellanium omni tempore sequeretur. Sed de illo altum apud vetustiores, *Kadlubkonem* & *Boguphalum*, silentium, & ipse *Dlugoffus* nonaginta circiter post Scarbimiri perfidiam annis, Palatinum Cracouiensem *principalem* & *præcipuum Baronem* vocat \*\*), idemque alio loco Palatinum ante Castellanium nominat, cum paullo ante Castellanium præposuisset \*\*\*). *Gvagninus*, Palatinum Cracouiensem, ob turpem exacie fugam, regnante Boleslao III. priore loco excidisse affirmat \*\*\*\*). Verum diu ante *Gvagninum* fortitudinem *Wzëborii* principis militiæ, quo nomine

mine pro ætatis illius more, non alius nisi Palatinus Cracouiensis intelligi potest, celebrauit Kadlubko, ac fugam cuidam alii honoribus, vt verbis eius vtamur, *aut genere non paruo, sed animo degeneri* obiicit †): cui Boguphalus consentit ††), Dlugosso, vnum ex præcipuis Boleslai, Palatinum Baronem, se in fugam coniecisse perhibente †††). Quæ cum mecum expendo, primum Castellani Cracouiensis locum, ad ea referre malle, quorum vera causa ignoratur.

\*) Lib. IV. p. 410.

\*\*) VI. 583.

\*\*\*) VII. 673. VI. 662.

\*\*\*\*) Pistor. Polon. rer. scriptor. T. II. p. 350. 351.

†) Kadlub. III. 27.

††) T. II. script. Siles. p. 40.

†††) Dlug. IV. 445.

### §. V.

Longo igitur vsu & ex vetustate repetendo, Castellanus Cracouiensis primum ante omnes Palatinos locum habet. Quod autem Castellani Vilmensis & Trocensis, ac Samogitiæ Capitaneus, in Palatinorum numero sint, imo plures Palatinos præcedant, ideo factum videtur, quia olim in Lituania duo tantum Palatini, totidemque Castellani, Vilmenses & Trocenses fuerunt, reliqui autem tractus a regiis præfectis regebantur \*). Cum ergo cæteri in magno Ducatu Palatini post duos illos Castellanos

Castellanos instituti, permiffus iis, quia vetustiores, ante Palatinos recentiores locus. Eadem ratio fimul pro Samogitiæ Capitaneo allegari potest, qui inter Lituanos, post Trocensem Castellánum, reliquos Palatinos præcedit, quia ante eos exstitit. Inde iam olim publicis litteris cum duobus illis Castellanis, Samogitiæ Capitaneus, ante Palatinos tempore posteriores, subscripsit \*\*): ordine hoc non mutato, cum Poloni & Lituani Senatores vnis litteris sua nomina apponerent \*\*\*). Et noluisse dictos Castellanos & Capitaneum inferiore loco esse, cum vtriusque gentis Senatus iungeretur, facile colligi potest, (vt inde multis Palatinis polonis præponi debuerint. De Samogitiæ Capitaneo sigillatim notandum, etiam ob munus quod gerit, locum ipsi inter Palatinos deberi, cum eandem potestatem in Samogitia, quam aliarum terrarum Palatini in suis palatinatibus, exerceat, ac solo nomine ab iis differat. Hinc etiam Castellanus Samogitiæ, Capitaneo inferior est, quod eius dignitatem Palatini parem demonstrat.

\*) Heidenst. p. 137.

\*\*\*) Prilus. Stat. p. 693. 694. Priuil. Ordinum Duc. Pruss. f. 43. Constit. T. I. edit. nov. p. 589. Hist. nost. Pruss. T. II. Document. p. 74.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 120. p. 1. f. 140. p. 1. f. 141. p. 2.

## §. VI.

Cum Palatinos iuxta ac Senatores alios Rex  
creat,



creat, Capitaneus Samogitiz & Palatini Polocensis ac Vitepsensis, a sua Nobilitate eliguntur & a Rege confirmantur: quod *L. II. c. 11. §. 22.* docuit. Quidam inter Palatinos generales vocari volunt, primusque Palatinus Russiz se terræ illius generalem dixit \*), cuius exemplum posteriore tempore, Palatini, Kiouiz, Masouiz & Czernichouiensis secuti \*\*), sic tamen ut cum Russiz Palatino interdum *generalis* vocabulum omittant. Causa, ob quam Russiz Palatinus se generalem appellauerit, non alia videtur, quam quod ipse vnus totius Russiz rubræ Palatinus, quæ non ut aliæ prouinciæ, in plures palatinatus diuisa: quæ ratio etiam pro cæteris Palatinis generalibus allegari potest, ut pro Czernichouensi lex allegat \*\*\*): quorum tamen titulus, dignitati nihil auctoritatis adiicit, sed manent pares illis, qui generales non vocantur. Capitaneus autem Samogitiz, cui inter Palatinos locus, ideo *generalis* vocabulo vtitur \*\*\*\*), quia super Capitaneos minorum in Samogitia tractuum eminet & eius nomen totam Samogitiam complectitur. Nonnulli inter Palatinos nomen suum mutarunt, Russiz enim Leopoliensem, Podoliz Camenecensem, Masouiz Czirrensem, Marizburgensem, Elbingensem, Palatinos olim fuisse dictos, reperimus.

\*) Lasc. Stat. f. 110. p. 2. Constit. edit. nov. T. I. p. 380.

\*\*\*) Vol.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 454. Porząd. Elekc. a. 1632. p. 16. Suffragia a. 1645. tit. Woiewodztwo Kiiowskie. & tit. Woiew. Mazowieckie. Konfed. general. a. 1668. p. 31. Constitut. 1736. p. 32. (III. 768. IV. 1059. VI. 602.)

\*\*\*\*) Constit. a. 1641. p. 16. tit. Kasztellania (IV. 13.)

\*\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 450. Konf. gener. a. 1648. p. 26. Porz. Elek. a. 1648. p. 20. Suffr. eiusd. a. tit. Xięstwo Zmudzkie. (II. 1203. IV. 172. 198.)

§. VII.

Palatinus non potest duos Palatinatus tenere, neque simul Castellanus aut Minister Senatorii ordinis esse. Longo enim usu obtinet, ut singulis palatinatibus suus præsit Palatinus, & Castellanus statim esse desinat, qui ex Castellano Palatinus creatur. A. 1477 Casimirus III. Cracouiensem palatinatum, Castellano Sandomiriensi, qui simul Regni Mareschalcus erat, contulit, ut cum Palatinatu & Castellanatum & Mareschalcatum retineret, quod adeo offendit Ordines, ut infectis rebus ex comitiis discederent \*). Ministeria Senatorii ordinis quo minus Palatini obeant, scriptæ leges vetant. Est statutum Alexandri, Cancellariis hoc ministerio cedere iniungens, si Palatini creati fuerint \*\*): & regnante Sigismundo Augusto, ad preces Nuntiorum terrestrium a. 1565 sancitum, ne

senatoria dignitate conspicuis, mareschalcatu & thesaurariatu conferantur \*\*\*). Antea Palatini aliquot simul ministeriis Senatorii ordinis defuncti \*\*\*\*), quod etiam nonnunquam post citatas leges contigit †): non tamen semper æquis animis latum, si Palatini ministerium Senatorium retinerent, ut potius ad leges prouocaretur ††). Hinc Palatini legibus obtemperaturi, quando eiusmodi ministerium obtinent, Palatinatu vltro cedunt. Carolus Tarlo palatinatum Lublinsensem cum procellariatu; Raph. Lesczynius Lenciciensensem, Io. Georg. Prebendouius Mariæburgensem, Io. Czapscius Culmensensem, Carol. Siedlnicius Podlachiensem, cum thesaurariatu; Stanislaus Chomentouius & Stephanus Potocius Masouia, ac Franc. Bielincius Culmensensem, cum Mareschalcatu curiæ, & nuperrime Andreas Zamoiscius Iunivladislauiensensem palatinatum cum supremo Regni cancellariatu commutarunt. Quæ nouissimorum temporum exempla multum augeri possent, si altius ea repetere vellemus. Idem cum in Lituania obtineat, Samogitiæ Capitaneus, quem Palatinis dignitate parem diximus, non potest simul aliam dignitatem Senatoriam gerere, ut Io. Car. Chodkiewicz, Io. Radzivil, Georg. Car. Chlebowicz, Casim. Sapieha desinerent esse Samogitiæ Capitanei, cum Vlnenses Palatini euaderent. Quod antequam Lituani cum Polonis in vnum Senatum coalescerent, secus se habuit, Capitaneis

taneis Samogitiæ simul, modo Palatinatum, modo Castellatum, modo ministerium Senatorium gerentibus. Ad iocos pertinet, quod regnante Ioanne III. de Alexand. Vničovio narrabatur, aliis diebus Novogrodensis, aliis Trocensis Palatini titulo vsum †††); cum non ambos, sed vnum Trocensem palatinatum habuerit.

\*) Dlug. XIII. 557.

\*\*) Latc. Stat. f. 113. p. 2. Janusz. Stat. p. 287.

\*\*\*) Vol. Const. p. 84. tit. O sposobności.

\*\*\*\*) Biels. Chr. p. 556. 568.

†) Constit. edit. nov. T. I. p. 399.

††) Heidenst. p. 10.

†††) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1144.

### §. VIII.

Possunt tamen Palatini Duces exercituum, tum supremi, tum *campi* seu minores simul esse, imo pauci admodum ex iis reperiuntur, qui non pariter Palatini vel Castellani fuerint, siue quod alterutram dignitatem habuerint, antequam Duces essent, siue quod addita. Mansit Ios. Potocius Kiouiensis Palatinus, cum Regni exercitui præficeretur, est postea Posnaniensis Palatinus, tandem Cracouiensis Castellanus: cuius successor Palatinus & deinde Castellanus Cracouiensis euasit. Princeps Mich. Wisnoviecius, eodem tempore Vilnensem palatinatum & supremam lituanarum copiarum præfecturam obtinuit. Princeps Michael

Radzivilius a. 1735. exercitus lituani Præfectus minor, a. 1737 Palatinus Trocensis & a. 1744 supremus Præfectus ac Vlnensis Palatinus simul creabatur; eodemque anno minor præfectura Massalscio Palatino Mscislauienti conferebatur, qui simul hunc palatinum cum castellania Vlnensi, cui altior in Senatu locus, mutabat. Retinuit palatinum Polocensem Alexander Sapieha, factus a. 1762 Lituaniæ campi Dux. Idem de Samogitiæ Capitaneis dicendum, inter quos pariter exercitus lituani Præfecti inveniuntur. Ratio autem, ob quam Palatinis exercitibus præesse liceat, non alia est, quam quod præfecturæ sint ministeria extra Senatum, quæ ratio valebit, donec lex aliud statuerit.

### §. IX.

Quantum ad capitaneatus cum iurisdictione, Palatinis polonis, præter Cracouiensem; eiusmodi capitaneatum intra suum palatinum leges non permittere, cum in Lituania & Prussia Palatini recte eundem teneant; imo in Prussia capitaneatus cum iurisdictione dignitati palatinæ ita iunctos esse, ut hæc sine illis non conferatur; contra in Polonia, Palatinum eiusmodi capitaneatum tantum extra suum palatinum habere posse, *lib. II. c. II. p. 31.* ostendimus. Ex eadem lege, quæ in Polonia Palatinum in suo palatinatu Capitaneum cum iurisdictione esse vetat, Posnaniensis & Califfiensis Palati-

Palatini, maioris Poloniæ generalem capitaneatum gerere nequeunt, quia Capitanei generalis iurisdictio, in duobus his palatinatibus exercetur. Cum Casimirus III. Matt. Mofzczy-nium Capitaneum generalem, Palatinum Califfiensem crearet, id contra iura factum maiores Poloni querebantur, vt ex hac causa novum tributum Regi negarent \*) . Quando igitur, generalis ille capitaneatus Palatino, aut Posnaniensi aut Califfiensi obuenit, cedit is suo palatinatu, & pro illo alium accipit. Capitaneus generalis Ludov. Szoldrscius ex Palatino Califfiensi, Iunivladislaviensis, & a. 1692. Raph. Leszczynius ob eandem causam, ex Posnaniensi Lenciciensis factus est, cuius successor Matt. Radomicius Califfiensis Palatinus, ad Iunivladislaviensem palatinatum transferebatur.

\*) Biels. Chr. p. 467.

§. X.

In Prussia Palatinis permiffum est, vt simul prouinciæ suæ thesauro præfint, siue Thesaurarii fuerint antequam Palatini, siue iam Palatini, Thesaurarii euadant. Regnante Augusto III. Mich. Bielinscius post palatinatum Culmensensem, thesaurariatum Prussiæ adeptus est, cuius frater ante ipsum vtrumque munus simul gesserat: vt olim Paul. Dzialinius & Io. Kos iam Palatini, Thesaurarii; Io. Bakovius & Thom. Dzialinius Thesaurarii, Palatini; Gerh.

Denhof & Vlad. Los Palatini & Thesaurii vna creati. Jino Io. Kostka mansit Prussix Thesaurarius, cum a. 1574 Senator Polonus nempe Sandomiriensis Palatinus, fieret.

## §. XI.

Præter ea, quæ Palatinis cum cæteris Senatoribus communia, quisque in suo palatinatu iudicia, quibus *palatinalia* nomen, exercet; rebus venalibus pretium statuit; ponderibus & mensuris attendit ac Iudæos iudicat: quibus, cum potius ad priuatum quam publicum ius pertineant, non immoramur. Ipsi etiam Palatini hæc negotia suis vicariis, qui Vicepalatini vocantur, permittunt, quosque ipsi sibi legunt, modo sint nobiles, indigenæ, & possessionibus in palatinatu gaudeant. Hi ad iuste iudicandum, & ad cætera recte peragenda, iureiurando obstringuntur \*).

\*) Constitut. a. 1631. p. 34. tit. O Podwoiewodzych. a. 1633. p. 37. tit. O Podwoiewodzych. (III. 697. 808.)

## §. XII.

Quando generalis est expeditio, Palatinus sui palatinatus nobilitatem ducit: idque ius est antiquissimum, cum omni tempore Palatini, Duces belli fuerint, quod ex ipsorum polono nomine cognoscitur.

## §. XIII.

## §. XIII.

Ex Palatinorum numero, Cracouiensis, Posnaniensis, Vlnnensis, Sandomiriensis, Calisiensis, Trocensis, singuli singulas thesauri regni elaves habent, vt *lib. II. c. 5. §. 12.* dictum. De Masouia Palatino sigillatim notandum, quod a 1576 auctoritate cæteris Palatinis æquatus, Vicario regio in Masouia, qui nobilitati ius dicebat, plane abrogato \*).

\*) Vol. Constit. p. 295. tit. Vicesgerentia abrogata. (II. 928.) Heidenst. p. 99.

## §. XIV.

Publicus Palatinorum titulus est, *Magistratus*. Priuati Palatinos Illustrissimos & Excellentissimos appellare consueuerunt.

## CAP. VII.

## De Castellanis.

§. I. Castellani a castellis vocati. Castella etiam castra dicebantur. Voces in usu quæ a castris deriuantur. Tractus circa castella olim castellanice, quo vocabulo ipsa Castellani dignitas hodie appellatur. §. II. Castellanis præerant Castellani, & incolis tractuum suorum ius dicebant. Nulla iam Castellanorum iudicia, ex quibus castrensia, quæ hodie sunt, videntur orta. §. III. Castellani cum Palatinis in consiliis adhibili,



inde dignitas ipsorum Senatoria. §. IV. Nequeunt Castellani ordinis Senatorii Ministri esse. Exempla eorum qui fuerunt. Ponit hanc suam dignitatem Castellanus dum Minister creatur. Recte præsumt Castellani exercitibus. Exemplum Castellani qui regni Succamerarius. §. V. Ne sint in suo palatinatu Capitanei iudiciales, Castellani Posnaniensis & Califfiensis, num possint maioris Poloniae generales Capitanei esse. Exempla eorum qui fuerunt. Minora terrarum munia non exercent. Extra suos palatinatus, capitaneatibus iudicialibus præsumt. Castellani in Prussia, thesaurariatu illius prouinciæ non arcentur. §. VI. In expeditione generali nobilitatis, præcipui post Palatinos Præfecti. §. VII. Castellani qui auctoritate pares, in maiores & minores diuiduntur. Numerus & ordo Castellatorum maiorum. §. VIII. Qui Castellani minores. Cur dicantur powiatowi. Castellani sellarii & non sellarii. §. IX. Titulus maiorum & minorum Castellatorum. Eminent titulo Cracouiensis Castellanus, qui unus ex Castellanis clauem thesauri regni habet. Castellani uocabulum per litteram P. signatum.

## §. I.

**P**alatinos inter Senatores Castellani excipiunt, a castellis dicti, quod uocabulum arcibus aut

aut aliis locis munitis, quæ in numero oppidorum non erant, imponebatur, estque scriptoribus mediæ ævi *incastellare* idem quod munire. Castellum etiam castrum appellari consuevit, inde castra & castella promiscue legimus: ex quibus illi qui præerant, nomen Castellanorum trahebant. In Polonia fuerunt multa castella seu castra aduersus vim & incursionses exterorum, ac eorum qui domi turbarent: hodieque quamuis castellorum nomen in sermone non sit, frequens tamen est castrorum, ut locus quo Capitaneus ius nobilitati dicit, castrum, ipse eiusque capitaneus castrensis seu cum iurisdictione, & iudicia quæ exercet, castrensia vocentur. Olim potior usus castellorum, quorum præfectus Castellanus, & tractus circa castellum castellania. *Boguphalus* decimi tertii sæculi scriptor, memorat castellanias, Sira-diensem, Spizensem, Przemisliensem, Culmensensem, Lendensem, Gnesnensem, Santocensem, Louicensem \*), neque intelliguntur, nisi tractus circa illa castella, & a quibus nomen tractibus inditum. Idem *Boguphalus* refert, a. 1256 multos homines ex castellania Naklensi ad expugnationem castri Racans confluxisse \*\*); & castellaniam Santocensem, non autem ipsum castrum, a. 1260 in dotem fuisse constitutam \*\*\*). Ex quibus patet, Poloniam olim in castellanias diuisam fuisse, quod hodie secus est, castellaniz vocabulo non certum terræ tractum, sed dignitatem Castellani signante.

\*) T. II. Scriptor. Siles. Sommersb. p. 29. 31.

36. 41. 71. 72. 73. 74. 78.

\*\*) T. c. p. 67.

\*\*\*) p. 73.

## §. II.

Castellani ergo non tantum ipsi castello; sed etiam castellanæ præerant, & incolis sui tractus ius dicebant. Vladislaus *Sputator*, maioris Poloniæ Dux, a. 1232 incolas bonorum archiepiscopatus Gnesnensis & episcopatus Posnanienfis, iurisdictione Palatinorum, Castellanonum, cæterorumque iudicum sæcularium exemit \*). In statutis Vislicensibus Casimiri M. a. 1347 Castellani iudices vocantur; iudicibus qui eorum nomine in castellania iudicaturi, facultas iudicandi permittitur; Cracoviensi, Sandomiriensi & aliis Castellanis iniungitur certis locis iudicia sua exercere, actore incerto & causa non expressa, decernere aut in ius vocare illis interdicitur; & multa in eos, qui decretum Castellani aut eius iudicis arguerint, statuitur \*\*): quæ Castellanonum iuris dicendi facultatem satis demonstrant. Hodie vero Castellanonum iudicia plane ignoramus, ut in eorum locum Capitaneorum iudicia successisse videantur, quibus a castellis seu castris, castrensi nomen mansit.

\*) Boguph l. c. p. 59. Dlug. VI. 647.

\*\*) Lasc. Stat. f. 9. p. 2. f. 11. p. 1. f. 12. p. 1. f. 14. p. 1. f. 22. p. 1. f. 28. p. 2. f. 32. p. 2.

## §. III.

## §. III.

Contra in hunc diem Senatoriam dignitatem Castellani seruarunt, qua antiquis temporibus gaudebant, ut cum Palatinis, ipsi pariter intelligendi, quoties Barones a Principe consultos in historia legimus: qui etiam seorsum nominantur, quando Palatinorum in consilium adhibitorum fit mentio, ac in diplomate anni 1356 Castellani ante Palatinos ponuntur \*).

\*) Dlug. IX. 1081. 1106.

## §. IV.

In hoc etiam æquo cum Palatinis iure Castellani censentur, quod ut illi, Senatorii ordinis ministeria gerere nequeant, cum eadem leges quæ Palatinos, etiam Castellanos illis arceant \*). Ante leges illas, inter Mareschalcos, Cancellarios & Thesaurarios, Castellanos inuenimus \*\*): imo legibus iam latis, Christoph. Szydlovičius Castell. Cracov. Cancellarius; Io. Dulscius Castell. Culmens. Thesaurarius; Stan. Macieiovius Castell. Sendomit. Mareschalcus curiæ, fuerunt \*\*\*): quibus exemplis legibus derogatum, quod ne fieret, Io. Frid. Sapięha a. 1735 Trocensem Castellatum posuit, cum maior Lituaniæ Cancellarius crearetur. Ut vero Palatini, ita pariter Castellani exercitiis recte præsumunt, occurruntque proximo & præsentis sæculo, inter Duces Polonos, octo Cracouienses & vnus Leopoliensis,

polienſis, inter Lituanos duo Vilenſes & vnus Trocenſis, Caſtellani. Inter Miniſtros regni togatos non Senatorios, a. 1638 Adamus Kazanovius Caſtellanus Sandomiriensis & regni Succamerarius fuit \*\*\*\*). Duo alii Caſtellani, qui pariter Succamerarii, infra c. 10. §. 9. citantur.

\*) Vid. Capituli proxime præcedentis §. 7.

\*\*\*) Dlug. XIII. 518. 557. Laſc. Stat. t. 110. p. 2. Nieſic. Cor. Polo. T. I. p. 261. 266.

\*\*\*\*) Biels. Chr. 568. 601. Hiſt. noſt. Pruſſ. T. IV. p. 87. 88.

\*\*\*\*) Conſtit. a. 1638. p. 8. tit. Clá. (III. 929.)

### §. V.

Poloni Caſtellani, præter Cracoviensem, in palatinatu ad quem pertinent, capitaneatum cum iurisdictione tenere nequeunt \*). Inde Poſnaniensis & Califfienſis Caſtellanis, illud cum Palatinis commune, quod generali Poloniæ maioris capitaneatu prohibeantur, quia is vt proximi capituli §. 9. dictum, intra vtrumque palatinatum exercetur. Quare tempore Cafimiri III. Petrus Schamotulius, Poſnaniensis Caſtellanus, maioris Poloniæ generalis Capitaneus, contra communia iura fuiſſe dicitur \*\*): poſt quem tamen, tres alii Caſtellani Poſnanienses, eandem dignitatem ſimul geſſiſſe inveniuntur \*\*\*). Quod ad minora munia, quæ *terreſtria* dicuntur, Caſtellani ea neque in ſuis palatinatibus \*\*\*\*) neque extra palatinatus ſuos gerunt, vbi eos capitaneatibus cum iurisdictione legitime

me præesse lib. II. c. 11. §. 31. ostendimus. In Prussia, Castellani illius prouinciae thesaurarium mandari posse, exemplis edocemur.

\*) Vid. sup. Lib. II. c. 11. §. 31.

\*\*\*) Dlug. XIII. 277.

\*\*\*\*) Biels. Chr. p. 556. 589. Nies. Cor. Pol. T. I. p. 283.

\*\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 23. tit. O osiadłości. §. gdyż każde. (II. 619.)

§. VI.

Euocata in expeditionem generalem nobilitate, Castellani sui tractus nobilitati præsumunt, eandemque ad Palatinum ducunt, qui totius sui palatinatus nobilitatem regit, vt Castellani post Palatinum, præcipui nobilitatis præfecti dici queant.

§. VII.

Quamuis omnes Castellani auctoritate pares sunt, tamen in maiores & minores diuiduntur: quod ex *ordinatione* Sigismundi Augusti a. 1569 patet, vbi etiam singulis suus locus assignatur. *Prilufus & Herburtus*, qui statuta sub Sigismundo Augusto quidem, ante citatum tamen annum, digesserunt, Castellanos enumerant, nulla maiorum minorumque mentione facta. Cum vero idem *Herburtus* a. 1570 statuta polonice ederet, *ordinationem* a. 1569 secutus, Castellanos minores a maioribus segregavit. Omnes autem qui in Lituania & Prussia Castell.

Castellani, cum Castellano Liunionæ ad maiores referuntur, qui in Polonia, Masouia & Russia rubra sunt, eorum alii ad maiores alii ad minores pertinent. Sunt autem maiores hoc ordine: Posnaniensis, Sandomiriensis, Califfiensis, Voynicensis, Gnesnensis, Siradiensis, Lenciciensis, Samogitiæ, Brestensis in Cuiavia, Kiouienfis, Inovladislaviensis, Leopoliensis, Volyniæ, Camenecensis, Smolenscensis, Lublinensis, Polocensis, Belcensis, Novogrodensis, Plocensis, Vitepscensis, Czernensis, Podlachizæ, Ravensis, Brestensis in Lituania, Culmenfis, Mzislaviensis, Elbingensis, Braclaviensis, Gedanensis, Minfcensis, Liunionæ, Czernichoviensis: vt numerus eorum, præter Cracouiensem, Vilnensem, Trocensem, qui Palatinis immixti, fit triginta trium.

#### §. VIII.

Plures sunt minores Castellani, quorum vndequinquaginta numerantur, scilicet, Sandecensis, Medirecensis, Vislicensis, Biecentis, Rogosnensis, Radomiensis, Zawichostenfis, Lendensis, Szżemensis, Zarnoviensis, Malogostensis, Vielunensis, Premisliensis, Haliciensis, Sanocensis, Chelmenfis, Dobrinenfis, Polanecensis, Premetensis, Krzyviensis, Czechoviensis, Naclensis, Rospirensis, Biechoviensis, Bidgostiensis, Brzeziniensis, Krusvicensis, Osvecimensis, Kamienensis, Spicimiriensis, Inovlocensis, Kovalensis, Santocensis, Sochaczoviensis,

czoviensis, Varšaviensis, Góštinenſis, Viſcenſis, Raciensis, Sirpcensis, Vyſſogrodensis, Ripinensis, Zacrocimensis, Ciechanoviensis, Livensis, Slonſcensis, Lubaczoviensis, Konariensis in Siradia, Konariensis in Lencicia, Konariensis in Cuiavia quibus in comitiis post coronationem a. 1764 Buſcensis accessit: cuius iam supra C. IV. §. 5. mentio facta est. Hi Castellani minores, in constitutione a. 1641 \*) *powiatowi* seu minorum tractuum vocantur, quia suum nomen non ab integris palatinatibus, sed a palatinatum minoribus tractibus habent. Dicuntur etiam *nie Krzeſtowi* \*\*), non fellarii, quoniam in Senatu non in fellis sed in scamnis sedent, cum maiores Castellani fellis vtantur, qui inde *Krzeſtowi*, fellarii, appellari queunt.

\*) p. 14. tit. *Kasztellania*.

\*\*.) Subsidium Reipublicæ, constit. a. 1673. adiectum. tit. *Dignitarze ordinis Senatorii*.

## §. IX.

In titulo inter maiores & minores Castellanos hoc ſeruat<sup>r</sup> discrimen, vt in publicis literis, maiores Magnifici, minores Generosi, vocentur, cum priuati Castellanos promiscue illustrissimos & excellentissimos appellent. Castellanus Cracouiensis, vt non solum Castellanos, sed etiam omnes Palatinos præcedit, ita etiam publico titulo eminent, ac illustris dicitur. Idem vn<sup>am</sup> ex clauibus thesauri regni ſeruat,  
ceteris



caeteris inter quosdam Palatinos diuifis, quorum §. 12. capituli præcedentis mentionem fecimus. Solebat olim in constitutionibus Castellani vocabulum omitti, & tantum littera P. qua *Pan Dominus* signatur, præponi, vt P. Smolenski, P. Nakielski, Dominus Smolenscensis, Dominus Naclensis, sed Castellanus intelligebatur: hodie autem in constitutionibus vox Castellani exprimitur.

## CAP. VIII.

### De Ministris ordinis Senatorii.

§. I. Qui & quot Senatorii ordinis Ministri. Quando inter Senatores relati. Ne simul sint Palatini aut Castellani. Ordo Ministrorum. §. II. Quem locum inter Senatores in comitiis, quem in iudiciis relationum, habeant. Quando censeant. §. III. Abdicant se ministerio, quando fiunt Palatini aut Castellani, idque exemplis probatur. §. IV. Non possunt exercituum Præfecti esse, neque duo ministeria obire. Ne vni familiae duo ministeria, aut ministerium vnum & exercitus præfectura conferantur, in quo Lituani per coæquationem iniuriam Polonis pares haberi volunt. §. V. Licet Ministris esse Capitaneus cum iurisdictione, & generales maioris Poloniae. Duorum Ministrorum exempla, qui Prussiae Thesaurarii fuerunt. §. VI. Ministeria per omnem vitam, aut

aut donec alia succedat dignitas, exercentur. Consilium, ministerii tempus biennio circumscribendi. §. VII. Ministri frequentes circa Regem, quem etiam in Saxoniam Cancellarii sequuntur. §. VIII. Saepe ex Palatinis & Castellanis creantur Ministri. §. IX. Ministrorum titulus. §. X. Antiquissimis temporibus nulli in Polonia Mareschalci. Exemplum Consulis Cracouiensis munia Mareschalci obeuntes. Mareschalcus etiam Subcamerarius dicitur. Qui primi in Polonia & Lituania Mareschalci memorentur. §. XI. Mareschalcorum insigne scipio, qui illis dum publice declarantur traditur. Illorum iusiurandum, quod non repetitur, quando ex Mareschalco curiae supremus creatur. §. XII. Plerumque Mareschalcus curiae ad supremum euehitur, quem praeterire Regi licet. Exempla quaedam Mareschalcorum curiae, quibus in maiore mareschalcatu alii praelati. §. XIII. Officium Mareschalcorum ex veteri statuto. §. XIV. Quae Mareschalcorum in aula iurisdictio. Iniurias poena vindicant. §. XV. Ab illorum decreto non datur prouocatio, potest tamen Regis auctoritate mutari. Edictum mareschalciale perpetuum, ante quod mareschalciales articuli in comitiis solebant legi, pro quibus pacta conuenta recitantur. Memorentur Mareschalci ut edictum suum exercent. Iudex Mareschal-

Tom, II. K corum

corum vicarius, qui iureiurando obstringitur. Notarius Mareschalcalis pariter iuratus. Securitas Indarorum, aula præfente, Mareschalcijs commendata. §. XVI. iurisdidio circa Regis defuncti corpus. Mareschalci inter iudices capturales. Milites mareschalcales. §. XVII. Rebus venalibus iustum pretium statuunt. Forale illis penditur. Si in castris Rex præfens, cum exercitus Duce rebus pretium imponunt. Quid, si aula in urbibus Prussicæ maioribus, obtineat. §. XVIII. Quando in aula aliquid mutandum, Mareschalci edicunt. Legatis exterorum Principum, tum Senatoribus & Nuntiis ad comitia venientibus, hospitia assignant. §. XIX. Attendunt ne exteri polonis negotiis se immisceant, & aula arcent qui damnati, aut malis artibus vitam tolerant. §. XX. Comitiorum tempore intenti sunt, ut in conclavi Senatorio omnia modeste fiant, & silentium imperant. Senatores sententias rogant. Quæ in comitiis agenda edicunt. Iunctis conclauibus, venia Mareschalci censendum. §. XXI. Regem prodeuntem Mareschalci cum scipionibus præcedunt, nullo inter ipsos & Regem medio. Repulsa viduæ Ioannis III. medium locum filiis suis postulantis. Regem filii & Regina uxor sequuntur, cui post Regem incedenti, scipio non præfertur. §. XXII. Mareschalci absentium Cancellariorum munere fungun-

funguntur. Exemplum Mareschalci pro Cancellario absente respondentis. Declavant voce maiores Cancellarios ex Procancellariis creatos, ut & Procancellarios si cum maioribus simul creantur. Maior Cancellarius Dux exercitus creatus, absente Procancellario, a curia Mareschalco renuntiatus. §. XXIII. Absente exercitus Duce militare imperium olim penes Mareschalcum. Hodie si nullus Dux, Regimentarius exercitui præficitur. §. XXIV. In quibus provinciis Mareschalci regni & Lituaniæ quique suum munus exercent. Auctoritas ipsorum communis in Liuania & Curlandia. §. XXV. Præsentibus supremis, curia Mareschalci potestatem non exercent, quæ absentibus supremis, in ipsos transfertur. Mareschalci regni Mareschalcorum Lituani absentium, & hi absentium Mareschalcorum regni vices subeunt. Quo ordine ante Regem incedant. §. XXVI. Controversia de loco inter Mareschalcos curia & Lituaniæ Cancellarios, quam lex diremit. §. XXVII. Pactum inter Mareschalcos, ut illorum unus semper in aula sit. Scriptum de ordine inter Mareschalcos lege confirmatum. §. XXVIII. Cancellarius & Vicecancellarius sub Vladislao Lothico. Cancellarii in Lituania. §. XXIX. Cancellarii in comitiis Senatorum consilio creandi. Sigillum Cancellariorum insigne, quod illis

traditur quando Cancellarii fiunt. Et ab illis redditur quando Cancellarii esse desinunt. Redditur Cancellariorum nomine si mortui. Novorum Cancellariorum renuntiatio Et iusiurandum. Quis novis Cancellariis iusiurandum præeat, Regi gratiæ actæ a nobilitatis Nuntius, quod cancellariatum dignissimo contulerit. §. XXX. Exempla Cancellariorum extra comitia creatorum. Creati extra comitia Cancellarii, in comitiis confirmati. Declaratus in Senatus consilio Procancellarius, in comitiis renuntiatur. Num Sigismundus I. suo Et successorum arbitrio servaverit, Cancellarios etiam extra comitia creare. §. XXXI. Ecclesiastici possunt esse Cancellarii. Lex ut alteruter regni Cancellariorum ecclesiasticus sit. Maior Cancellarius sit per vices ecclesiasticus Et sæcularis. Vices hæc interdum non observatæ, recentiore tamen lege confirmatæ sunt. In Lituania cancellariatus solis sæcularibus conferri solent. Duo ibidem Procancellarii sacri ordinis. §. XXXII. Ecclesiastici quibus cancellariatus confertur, plerumque sunt Episcopi. §. XXXIII. Episcopi qui Cancellarii, possunt sperare archiepiscopatum Gnesnensem aut episcopatus ampliorum redituum. Cancellarii sæculares, variis ad aliam dignitatem evehuntur. Cancellariis præmia decreta. §. XXXIV. Cancellarii Et Procancellarii auctoritate pares.

*pares. Procancellarius, absente maiore Cancellario, munus exercet, qui in maioris locum succedit, In Lituania nonnunquam, Procancellariis alii in cancellariatu maiore prælati sunt. §. XXXV. Cancellariorum munus. Regis nomine verba faciunt. Cum legatis exteris, colloquia instituunt. Publicas litteras exarari curant. Inde singulis sua cancellaria, metrica & sigillum. §. XXXVI. Qua lingua utantur. Polona & latina publicæ linguæ. Latinitatis studium commendatur. Cancellarius, quod in latina lingua parum versatus, notatur. Zamoiscius & Tomicius eo nomine laudantur. §. XXXVII. Scripta Cancellariorum ne quid quod legibus aduersum contineant. Quid ipsis in concedendis commissionibus liceat. Regis dignitatem tueantur. Iura, quorum custodia ipsis in tractatu Varjaviensi seorsum commendata. Attendant, ut cum Senatoribus residentibus ex legum præscripto deliberetur. §. XXXVIII. Cancellarii sint iurium scientissimi. Hinc cancellariatus viro plane militari collatus displicuit. Ne quid ex cancellaria prodeat, quod non Cancellarii prius legerint. §. XXXIX. Quæ litteræ Rege ignaro, quæ illo conscio prodeant. Litteræ pergamenæ quales. Donationes & beneficia ne sine Regis subscriptione rata sint. §. XL. Scripta in metricam referenda. Cessit olim metrica*

*Turcis in prædam. Eadem a Cancellariis diligenter custodienda. Diplomata, quibus dignitates & bona regia conferuntur, utrique metricæ inserenda. Metricæ nomen quale. Metricæ Notarius. §. XLI. Honorarium privatorum, in quorum gratiam ex cancellaria scripta prodeunt. §. XLII. Cancellarii iudicii assessorialis præfides. Quale illud iudicium. Iudicia in aula Casimiri III. tempore exercita. Iudicii assessorialis origo. Quæ de hoc iudicio post Henrici inaugurationem sancita. §. XLIII. Quomodo hoc iudicium habitum. Iudicii huius mutatio. §. XLIV. Constitutiones a Cancellariis typis exscribendæ curantur, & ad palatinatus dimittuntur. §. XLV. Num Cancellarii extra regnum legationes obire queant. §. XLVI. Cancellarii absentium Mareschalcorum manibus funguntur. Ducibus & Mareschalcis absentibus, ad eos militare imperium pertinere. Exemplum Cancellarii, qui sub Rege exercitui præfuit. §. XLVII. Cancellarii regni & Lituaniæ, suam auctoritatem quique in suis provinciis exercent. Potestas communis in Livonia & Curlandia. Quid de comitiis notandum, si vel in Polonia vel in Lituania habentur. §. XLVIII. Cancellariorum munus tempore interregni cessat, quod tamen aliqua ex parte, ante Ioannis III. inaugurationem exercuerunt. §. XLIX. Thesaurarii regni &*

Et Lituanice, qui etiam magni vocari solent. Prima Theauraxii in Polonia mentio. Eius munia, quæ cum Lituanice Theaurario communicata. Idem utrique iusiurandum. Primus in Lituania Theaurarius. §. L. Regni thesaurus eiusque claves. Non nisi Ordinum consensu referendus. Quomodo lustretur Et quæ in illo describuntur. §. LI. Lituanice thesaurus ubi. Eius claves solus habet magni ducatus Theaurarius, cui Senatores Et nobiles qui thesaurum una inspiciant, adduntur. §. LII. Custos coronarum regni, qui sacri ordinis. Custos thesauri in Lituania. §. LIII. Reditus Reipublicæ Et sumtus. Regis debita ex publicis redivibus soluta. Militum stipendium hodie aliter ac olim exigitur. Quartam Theaurarius regni recipit. §. LIV. Commissiones thesauri in Regno Et Lituania institutæ. Quid de commissione in Regno notandum. §. LV. Quid sigillatim de commissione in Lituania. §. LVI. Ambæ commissiones confirmatæ. Domus pro commissione thesauri Regni. §. LVII. Theaurarii ex publico decreto erogabant pecuniam, ac in comitiis rationes reddebant. Apochæ. Rationes a defunctorum Theaurariorum hæredibus exactæ. Reditus publicos sumtus fere æquabant, Et sæpe excedebant. Thesauri egestas. Reditus per industriam augendi. Theaurario regni salarium constitutum,



tutum, ut in publicis redivibus integre versaretur, Superintendentes vestigalium eam in rem iureiurando obstricti. Pleraque se iam aliter habent. Lex de Thesaurariorum salario. Tribunalia thesaurorum abrogata. §. LVIII. Præfuerunt rei monetariæ Thesaurarii. Eam in rem cum priuatis conventiones inierunt. Consiliis de moneta adhibiti. Pretium nummorum edixerunt. Quid de moneta nouissime sancitum. §. LIX. Cura bonorum Regiorum & mensæ Regiæ a Thesaurariis ad commissiones thesaurorum translata. §. LX. Viget commissionum auctoritas, Thesaurariis mortuis. §. LXI. De notariis commissionum, Regentibus & aliis officialibus. §. LXII. Thesaurarius Prusici, cui ex suo munere solum relictum nomen. §. LXIII. De redivibus Ministrorum Senatorii ordinis.

## §. I.

**R**eferuntur ad Senatores nonnulli, qui sua ministeria circa Regem in aula exercent, quibus inde Senatorii ordinis nomen datum. Sunt numero decem, polonæ & lituanæ gentis quini: Mareschalcus & Cancellarius maior, Procancellarius, Thesaurarius, Mareschalcus curiæ seu minor. Ministri hi, post Cancellarios ad Senatores relati, ob quam causam Mareschalcis tamen maioribus exceptis, qui priores, post Cancellarios in Senatu censent, erant-  
que

que Poloni Ministri in Regni Senatu, antequam Lituani iungerentur. Alexander in statuto Petricoviensi a. 1504 edicit, Thesaurarium regni, qui vnus ex Ministris, debere fungi consulari auctoritate \*), per quam, præter Senatoriam, non alia intelligi potest: vt illo anno, Thesaurarius in Senatum receptus dici possit, & cæteri Ministri, vel cum illo, vel ante illum: nisi quod Mareschalcus curiæ, post Thesaurarium additus videatur, quia ipsi infra Thesaurarium locus contigit. In statuto Ioannis Alberti a. 1496 Mareschalcus maior post Castellanos & ante eos qui non Senatores; a. 1458 post Succamerarios; & a. 1460 Mareschalcus curiæ post Succamerarios & Vexilliferos \*\*), idemque in Sigismundi. I. priuilegio pro Capitulo Varmiensi a. 1512, post omnes *officiales* legitur \*\*\*). Regnante Alexandro, Cancellariis & Procancellariis interdictum, simul Palatinos & Castellanos esse, ex hac, vt colligimus, ratione, ne vnus duas dignitates Senatorias gereret †): quæ allegabatur, cum idem in Mareschalcis & Thesaurariis a. 1565 vetaretur ††). Receptis in Senatum polonum, Lituanis, horum præcipui Ministri, ad exemplum Polonorum instituti, polonis dignitate pares reddebantur, vt in fine indicis Senatorii a. 1569 descripti, post minores Castellanos, vtriusque gentis Ministri hoc ordine legantur: Mareschalcus regni, Mareschalcus Lituaniæ, Cancellarius regni, Cancellarius Lituaniæ,

Procancellarius regni, Procancellarius Lituaniae, Thesaurarius regni, Thesaurarius Lituaniae, Mareschalcus curiae regni, Mareschalcus curiae lituanae †††). Qui numerus & ordo in hunc vsque diem mansit.

\*) Lasc. Stat. f. 114. p. 1. Janusz. Stat. p. 308.

\*\*) Lasc. Stat. f. 110. p. 2. f. 68. p. 2. f. 74. p. 2.

\*\*\*) Priuil. Capit. Varmienfis, inter iura munic. Terr. Pruff.

†) Lasc. Stat. f. 113. p. 2.

††) Vol. Constitut. p. 84. tit. O sposobnosci. (II. 676.)

†††) Vol. Constit. p. 130. (II. 778.)

## §. II.

Quando comitia habentur, Ministri non ad Castellanos sed seorsum sedent. Sunt enim decem sellae transuersae, ubi minorum Castellanos scamna desinunt, contra Regis solium positae, quinque Polonis, totidem Lituani seruietes. In medio cum suis scipionibus supremi Mareschalci, ad dextram Mareschalci regni, caeteri Ministri regni, Cancellarius, Procancellarius, Thesaurarius, Mareschalcus curiae scipionem dextra tenens; ad sinistram Mareschalci supremi Lituaniae, Ministri magni ducatus, Cancellarius, Procancellarius, Thesaurarius, & curiae Mareschalcus pariter cum scipione, confident. In iudiciis relationum Ministri non seorsum sedent, sed Senatorum seriem post Castellanos continuant, post

post quos in comitiis & Senatus consilii censent. Non tamen statim eos censendo excipiunt, sed spatium intercedit, ut finitis Castellanos sententiis, Senatus dimittatur, & proximus confessus solis Ministris detur, ac eorum sententiæ, etiam si tempus suppetat, in sequentem diem differantur. In Senatus consilio a 1701 Ministri, nullo eiusmodi interuallo, post Castellanos dixerunt sententiâs, hac tamen conditione, ne exemplum illud receptæ consuetudini derogaret. Intelliguntur autem eiusmodi senatus consilia, quæ inuitato Senatu frequentiore habentur, nam quando cum Senatoribus *residentibus* Rex deliberat, Ministri statim post priores censent. Idem in iudiciis relationum obtinet. In censendo autem, vices inter regni & Lituaniæ Ministros seruantur, ordine illo, quem singuli ex sua dignitate habent.

## §. III.

Leges non permittere, ut Ministri simul sint Palatini aut Castellani, c. 6. §. 7. & c. 7. §. 4. dictum, ubi pariter exempla eorum citantur, qui Ministri creati, Palatini & Castellani esse desierunt. Idem obtinet, quando Ministri fiunt Palatini aut Castellani, qui tum ministerio, quo functi, se abdicant. Tempore Stephani, Valentinus Dembinus ex Cancellario regni Castellanus Cracouiensis, Princeps Nic. Radzivilius ex Lit. Cancellario Palatinus Vilnensis; Sigismundi

mundi III. Nic. Zebrzydovius, ex supremo Mareschalco Palatinus Cracouiensis; Ioannis III. Io. Lesczynius ex Cancellario regni Palatinus Cracouiensis, Mart. Maczynius ex Thesaurario regni, Russiæ Palatinus, Nic. Sienavius ex Mareschalco curiæ regni Palatinus Volyniæ, Ios. Sluzka ex curiæ litv. Mareschalco Castellanus Vilnensis; Augusti II. Princeps Casim. Czartoryscius ex Lituaniæ Procancellario Castellanus Vilnensis; Hier. Lubomirius ex Thesaurario regni Palatinus Cracouiensis; Stan. Poniatovius ex Lituaniæ Thesaurario Palatinus Masoviæ; Stan. Chomentovius ex Mareschalco curiæ regni Palatinus Masoviæ; Princeps Io. Wisniowjecius ex Mareschalco curiæ Lituaniæ Castellanus Vilnensis; & Augusto III. regnante Ioseph. Mniszech ex supremo Mareschalco regni, Castellanus Cracouiensis, eussent.

## §. IV.

• Olim Ministris Senatorii ordinis exercitiis præesse licuit, quod iam secus se habet, quia *exorbitantiæ*, a. 1669 & quæ eas secuta Regum pacta conuenta, id fieri vetant, ut *lib. II. c. II. §. 13* demonstravimus. Id autem ex consuetudine, quod duo ministeria non ab vno, sed singula a singulis exercentur, ut prius dimitendum sit, si quis novum adire velit: hocque non tantum intelligendum de eodem ministeriorum genere, quando Procancellarius cancellari-

cellariatum maiorem, curiæ Mareschalcus supremum mareschalcatum suscipit, sed etiam quando ad genus diuersum, a thesaurariatu ad cancellariatum aut mareschalcatum transitor. A. 1658 Bogusl. Leszczynius thesaurariatum cum procancellariatu & a. 1692 Hier. Lubomirius mareschalcatum curiæ cum thesaurariatu commutarunt. Imo vni familiæ non possunt duo ministeria, aut ministerium vnum & exercitus præfectura conferri, quod pariter ex loco, quem initio præsentis §. citauimus, patet. Quod de ministerio & præfectura exercitus non vni conferendis, aut de duobus ministeriis vnoque ministerio & præfectura exercitus, non ab vna familia exercendis, leges sanciunt, id Lituani in comitiis electionis Augusti II. per *coarquationem iurium*, magno suo ducatu vindicarunt \*), ne in hoc a Polonis diuersi haberentur.

\*) Constit. edit. nov. T. V. p. 860. tit. *Coarquatio iurium*.

### §. V.

Ministri recte sunt Capitanei cum iurisdictione in quouis palatinatu, imo Capitanei maioris Poloniæ generales: vt And. Opalinius supremus regni Mareschalcus, Venc. Leszczynius, maior regni Cancellarius, Bogusl. Leszczynius Procancellarius, Raph. Leszczynius & Io. Geor. Prebendovius, ambo Theaurarii, Stan. Przyemius curiæ regni Mareschalcus, simul generales Capitanei fuerunt, vt præfens curiæ regni

regni Mareschalcus, Mnifzek generalis maioris Poloniæ Capitaneus est. Nec iis interdictum, Prussiæ thesaurariatum gerere, quod Io. Dulscii Thesaurarii regni, & Franc. Bielinscii curiæ regni Mareschalci, exempla probant.

### §. VI.

Ministeria Senatoria, aut per omnem vitam exercentur, aut donec cum alia dignitate commutantur. In Golembiensi confœderatione, biennio illorum tempus circumscribebatur, vt Ministri singulis comitiis eorumque initio abdicarent, & muneris gesti rationem redderent. Agitata hæc res in proximis comitiis magno animorum feruore, & quamuis sublata ipsa confœderatione, illud exciperetur, quod in eadem de ministeriis sancitum esset \*), mansit tamen antiqua consuetudo, quæ ministeria nullo temporis spatio terminat.

\*) Zal. Epist. T. I. p. 409. 455. 459. 460. Constit. a. 1673. tit. Constitutio pacificationis p. 2. §. A lubo cessat. (V. 89.)

### §. VII.

Verfantur in aula Ministri frequentes, vt nunquam omnes simul absint, ne Rex illorum opera destituatur. Quam ob rem leges, quæ Senatoribus stata tempora, quibus circa Regem, sint, assignant, Ministris nulla constituunt, cum quæ gerunt munia, eorum præsentiam fere assiduam

assiduam exigant. Regem etiam per Poloniam & Lituaniam iter facientem, comitantur non quidem omnes, illorum tamen vnus & alter, & Augusto II. & Augusto III. in Saxonia agentibus, alteruter minimum Cancellariorum Regni aderat.

§. VIII.

Sæpe Palatini & Castellani in locum Ministrorum descendunt, quod ideo fit, quia per suam in aula præsentiam, crebriorem nanciscuntur occasionem, se & suos necessarios Regiæ munificentiae commendandi, tum quod ipsa ministeria redditus præstant, qui a priuatis obueniunt. Possunt etiam rationes esse aliae, inter quas præcipua habenda, si Rex illorum consiliis confusus vult vt circa se versentur assidui. Exempla Senatorum qui Ministri facti, supra, vbi de Palatinis & Castellanis egimus, occurrunt.

§. IX.

Quod ad titulum, in eo Ministri Palatinis & Castellanis maioribus pares habentur. Cancellarii qui Episcopi, vocabulo, quod Episcopis proprium, compellantur. Excellentiae vox ad omnes pertinet, quia ordinis Senatorii sunt.

§. X.

Hæc de præcipuis Ministris generatim sufficiant; restat vt de singulis differamus, initium  
a Ma-



**Mareschalci facturi.** Horum esse quatuor, regni & Lituaniæ binos, alterum supremum, alterum curiæ, §. I. indicauimus. Antiquissimis temporibus nullos in Polonia fuisse, ex silentio historiæ colligitur, Palatinusque aulam rexisse videtur, quod c. 6. §. 1. diximus. Cum Casimirus M. a. 1363 nuptias neptis suæ magno apparatu & sumtu instrueret, aulam Regis & omnia in illa officia, Vierzinco, Cracouiensis Consul, nobilis genere & natione Germanus, curabat \*): quod cum Mareschalci munus sit, eodem Consulem illum Cracouiensem functum intelligimus, licet nomine Mareschalci caruerit. In funere eiusdem Casimiri M. fit Mareschalci mentio, qui etiam Subcamerarius vocatur, & potiozem Regis equum militarem, *dextrarium*, coram altari in donum obtulisse dicitur \*\*), vt diuersum eius videatur fuisse munus ab eo, quod postea Mareschalci mandatum. *Niesiecus* seriem maiorum Mareschalcorum, a Dobislao Fredrone circa a. 1366 minorum a Pelka a. 1364 orditur \*\*\*). *Dlugossus* a. 1389 Sbignei de Brzeszczie, regni Mareschalci, mentionem facit †). Anno 1436 sigillum mareschalci curiæ, ante sigilla reliquorum *officialium* aulæ, diplomati appensum memoratur ††). In Lituania, ad exemplum regni, Mareschalcos supremum & curiæ, Vladislaus Iagello instituit †††): cum in Polonia regnante Casimiro M. cœperint, quod ante dicta confirmant.

\*) Dlug.

\*) Dlug. IX. 1130.

\*\*) Anon. Arch. Gnes. T. II. Scriptor. Silesi p. 105. Dlug. X. 9.

\*\*) Corona Polona. T. I. p. 250. 269.

†) Dlug. X. 124.

††) Lasc. Stat. f. 156. p. I.

†††) Vid. Niesiec. Cor. Pol. T. I. p. 252. 272.

§. XI.

Mareschalcis, dum munus suum ingrediuntur, scipio, dignitatis insigne, coram Rege aut a Cancellario aut a Mareschalco traditur. Fit id oratione, ad quam novus Mareschalcus respondet. Cum a. 1603 Procancellarius adversam valetudinem prætexeret, ne id officium nouo Mareschalco, a quo alienus erat, præstaret, Rex indignabundus, se ipsum illo munere defuncturum affirmabat: quod permouit Procancellarium, ut etiam inuitus, solemniter Mareschalcum declararet \*). A. 1740 quarto ante comitia die, quia ambo supremi Mareschalci aberant, Mareschalcus curiæ regni, minori Mareschalco Lituaniæ, Ios. Scipioni, coram Rege, in conclauis anteriori seu *anticamera*, oratione habita baculum mareschalcalem porrexit, quem cum recepisset, præeunte Lituaniæ magno Cancellario, iusiurandum dicebat, post quod Regis Maiestatem gratiarum actione venerabatur, ac manum osculatus, statim eunti ad unissam in sacellum, scipionem præferebat. Est Mareschalcis sua formula, ad

Tom. II.

L

quam

quam per Deum & sanctam Dei crucem iurant, se Regi, eius successoribus, & regno fideles, tam in publicis conuentibus quam in aliis locis, in Regis aula, summa diligentia, munus suum, non priuati quæstus causa, sed ex dignitate & utilitate Regiæ Maiestatis & regni administra-  
turos; Regi & regno, quoties adhibiti, ex fide consulturos; secreta secum communicata in  
damnum Regis & regni non reuelaturos; pe-  
ricula omnia indicaturos, & pro facultate auer-  
suros; dignitatis cuiusuis pro loco & tempore  
rationem habituros; seditiones, contentiones,  
rixa, scandala, excessus, maleficia, ne fiant  
in aula regia & in conuentibus publicis, pro-  
visuros, & si forte inciderint sedaturos, aut  
animaduersione vindicatos, idque consensu,  
iussu, & auctoritate Maiestatis regiæ; cætera-  
que sua munia ad præscriptum statutorum re-  
gni, & quidem non sine mutuo consilio &  
consensu cæterorum regni Consiliariorum &  
officialium, qui in aula præsentis fuerint, cu-  
ratos. Non reperitur hæc formula in *La-*  
*scanis, Prilufi, & Herburti* statutis sed primus  
*Ianuszovius* suis, quæ a. 1600 publicauit, inse-  
ruit\*\*), & ex quibus desumpsit *Dunczewscius*,  
vt post priores auctores scripta videri possit,  
nullo quamuis eius rei in historia aut constitu-  
tionibus vestigio: quod pariter de Cancellari-  
orum & Thesaurariorum iureiurando intelli-  
gendum est. Seruit eadem formula & regni  
Lituanie Marechalcis, neque iusiurandum re-  
petitur,

petitur, quando curiæ Mareschalcus supremus creatur, sed sufficit semel iurasse, neque ea iterum fiunt, quæ fieri memorauimus, cum munus mareschalcale primum confertur.

\*) Piafec. Chr. p. 209.

\*\*\*) Ianusz. Stat. p. 293. Dunczewski in appendice libri de capitaneatibus p. 7.

§. XII.

Curia Mareschalci, ad supremum mareschalcatum euehi solent, nulla tamen lege id præcipiente: ut inde Regi liceat supremum creare, qui non curiæ Mareschalcus, huncque præterire. A. 1596 Nic. Zebrzydovius ex Lublinensi Palatino \*); & post hunc a. 1603 Sigism. Myszkovius, supremi Mareschalci euaserunt, Nic. Volscio curiæ Mareschalco neglecto \*\*). Tempore Io. Casimiri, Io. Sobiescius in regni, Alex. Polubinius in Lituaniæ supremo mareschalcatu, ille Io. Branicio, hic Theodor. Lacki, curiæ Mareschalcis, prælati \*\*\*); & a. 1713 Ios. Mnizech, ex supremo Lituaniæ, supremus Regni Mareschalcus factus, Alb. Dabscio curiæ regni Mareschalco manente.

\*) Heidenst. p. 337.

\*\*\*) Piafec. Chr. p. 209.

\*\*\*\*) Nisiec. Cor. Pol. T. I. p. 252. 253. 271. 273.

§. XIII.

Officium Mareschalcorum, iusiurandum §.

L 2

II. me-

It. memoratum, aliqua ex parte continet, plenius in antiquiori statuto Alexandri \*) legitur, vbi Mareschalci, aulicorum ac rituum qui in aula obseruantur, Magistri dicuntur, illisque iniungitur, vt aulicos legant, illis salaria solvant, suntus in rationes referant, moribus eorum attendant, ac malos & non obsequentes amoueri curent; hospites & consiliarios regni excipiant, ac cuique pro sua dignitate honorem haberi prouideant; turbas, vim, & alia quæ offendere possint, arceant & in noxios animaduertant; omnia quæ ad aulam pertinent dirigant, & consensu ac auctoritate Regis, quæ seculus se habent, in melius mutant; pretia rebus venalibus in usum aulae constituent ac foralia recipiant; in castris tamen si Rex fuerit, vt pretia simul cum exercitus Duce decernant: salua Consiliariis in aula praesentibus minuendi facultate, si Mareschalcus in pretiis vel foralibus modum excederet.

\*) Lasc. Stat. f. 112. p. 1. f. 113. Ianusz. Stat. p. 293. 295.

#### §. XIV.

Quia aulae praesunt Mareschalci, aulici illis parent, ac ab iis iudicantur, si dum circa Regem suat delinquant, aut quæ sui muneris minus recte exercent. Eadem est in praefectum praetorianorum militum iurisdictio, ac in ipsum praetorianum militem, si praefectus in animaduertendo fuerit remissior, vt *lib. II. c. 7.*

§. 4.

§. 4. 5. dictum. Imo promiscue omnes, qui in aula, sine verbis offendunt, aut quocunque modo contumeliant, Mareschalcali iudicio & poenae subunt: quod etiam de iniuriis extra palatium regium intra certum spatium intelligendum est. A. 1652 Hier. Radzeiovius, Regni Procancellarius, & Sluzka, Lituaniae Thesaurarius curiae, quod vim in suburbio Varfaviae exercuissent, a iudicio mareschalcali, ille fama & capite, hic carcere & pecunia, damnabantur \*). A. 1695 plures nobiles, qui in regio conclavi Varfaviae suas contentiones ad verbera persecuti, frameas strinxerant, iussu Mareschalci in carcerem ducebantur \*\*). Cum a. 1736 Castellani cuiusdam filius, Regis qui praesens erat Maiestatem non reueritus, Episcopo Posnaniensi grauem iniuriam inferret, datus in custodiam, & coram iudicio mareschalcali capitis accusatus, Regis interueniente indulgentia, carcere multabatur. Ortis ipso comitorum initio, a. 1762 in Nuntiorum conclavi turbis, vt etiam acinaces vagina educerentur, vtriusque gentis Mareschalcis inquisitio & poena mandabantur.

\*) Kochov. Annal. Clim. l. p. 304. 305.

\*\*\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1514. 1515.

### §. XV.

Iurisdictio mareschalcalis Regem sequitur, & eo loco quo Rex agit, exercetur. A decretis non datur prouocatio, potest tamen poena Regis auctoritate mutari, imo remitti. Inter-

dum Mareſchalci cauſam, ſi momenti grauioris, aut ſi ex illa inuidiam metuunt, ad Regem referunt, quo eius iudicio ſe tueantur. Vt autem conſtaret, quæ delicta fugienda, & quæ a delinquentibus ſubeundæ poenæ, tum quid ab iis, quibus res venales, obſeruandum, ſolebant Mareſchalci ſua edicta proponere, ac ſingulis præſertim comitiis repetere, quæ etiam tum coram Ordinibus recitabantur. Sed an. 1678 edictum perpetuum fuit compositum, & Ordinum conſenſu conſtitutionibus inſertum \*), ex qua cauſa, mareſchalcale edictum in comitiis publice non legitur, cum id a quouis priuatim fieri poſſit. Ante edictum perpetuum *exorbitantiæ* a. 1669 præceperunt, vt in comitiis loco edicti, ſeu *articulorum mareſchalcalium*, pacta conuenta Regis recitarentur \*\*), idemque ipſa Regum pacta, quæ *exorbitantias* ſecuta, exigunt \*\*\*). Stanislai Auguſti pacta conuenta dum ad exemplum priorum, lectionem pactorum pariter præcipiunt, de articulis mareſchalcalibus ſilent †). In comitiis A. 1690 priuſquam pacta conuenta legerentur, ſupremus regni Mareſchalcus, quaſi præfatus dicebat: moris olim fuiſſe, vt mareſchales *articuli* recitarentur, qui cum iam volumini legum inſerti eſſent, ſe Ordines eorum lectione morari nolle, ſed quemuis ad conſtitutiones remittere ††). A. 1699 Mareſchalcis lex inſungebat, ad præſcriptum ſui edicti in delinquentes animaduertere, vt munere ſuo priuandi

di essent, si in eo remissiores fuerint †††). Cum autem Mareschalci aliis negotiis distringantur, quo minus ipsi iudicia semper exercere queant, alii hanc suam potestatem delegant, qui ideo iudex mareschalcalis appellatur. Hic ad formulam iureiurando se obstringit, recte se iudicaturum, ac omnia, quæ sui muneris, ex fide & ad voluntatem præscriptumque Mareschalcorum peracturum †\*). Præter Iudicem huic, est scriba seu notarius mareschalcalis, causas & decreta in acta referens, qui integritatem, dum munus hoc suscipit, iureiurando spondet †\*\*). An. 1676 præsentente Cracoviæ Rege, securitas Iudæorum ibi digentium, Mareschalcis seorsum commendabatur, ut vim illis inferentes, sine prouocatione iudicarent punirentque †\*\*\*).

\* ) Constitut. a. 1678. inter lituan. p. 22. f. tit. Artykuły sądow. (V. 644. f.)

\*\* ) Exorb. a. 1669. tit. O początku seymu. (V. 15.)

\*\*\* ) P. C. Michaelis, Ioannis III. Augusti II. Augusti III. §. Przysięga nasza.

† ) P. C. Stan. Aug. §. Przysięga nasza.

†† ) Zak. Epist. T. I. part. II. p. 1162.

††† ) Constitut. a. 1699. p. 36. tit. Belpieczęństwo władzy. (VI. 60.)

†\*) Constit. a. 1678. l. c. p. 22. (V. 644.)

†\*\*) Constit. a. 1678. l. c. p. 22. (V. 645.)

†\*\*\*) Constitut. a. 1676. p. 48. tit. Securitas Zydow. (V. 387.)



## §. XVI.

Defuncto Rege, manet circa eius corpus mareschalcalis iurisdictio; quam generales confœderationes ab anno 1648 confirmant \*): estque eadem Mareschalci in prætorianum militem, qui ad regium corpus, auctoritas, quæ fuit dum Rex viueret. Idem dicendum, si præter prætorianum militem, alius loco imponendus esset, ubi defuncti Regis corpus seruetur \*\*). In electionis comitiis, pro mareschalcali, iudicium capturale generale constituitur, inter cuius iudices semper sunt Mareschalci, & ad quos solos iurisdictio post noui Regis inaugurationem redit \*\*\*). Ad coërcendos qui turbas moturi, est centuria militum mareschalcalium, qui quod Hungarorum more vestiti & armati sunt, Hungari appellantur, quibusque publicum stipendium centum & quinquaginta *portionum* militarium decretum. Pars semper in statione est, vt in eius custodiam ducantur, qui tranquillitatem turbant. Paret hæc centuria Mareschalco, penes quem est iurisdictio, inde absente supremo, ad nutum Mareschalci curiæ intenta est. In comitiis conuocationis a. 1764 supremo Regni Mareschalco ob dissensiones potestas abrogata, militesque Hungarici ab ipso auocati, absente Mareschalco curiæ Regni, supremo Lituaniæ Mareschalco subditi, qui toto interregno Mareschalcorum Regni vices obiit †). Interregno

gno finito ac diffensione sublata, rediit ad supremum Regni Mareschalcum militis Hungarici centuria ††).

\*) Konfed. general. a. 1648. §. Vzywſzy Ichmci. a. 1674. & a. 1696. §. Iako do-  
tad. wſzelaka. a. 1733. §. Conſulendo  
dignitati.

\*\*) Zaluſc. Epiſt. T. II. p. 69. 70.

\*\*\*) Vid. ſupra lib. II. c. 4. §. 18.

†) Konfed. general. a. 1764. p. 76. tit. O  
iurydyceyi Marſzałk.

††) Conſtit. 1764. p. 44. tit. Powroccenie.

### §. XVII.

Statuunt Mareschalci rebus in aulae victum venalibus, tum opificum operis, iustum pretium, & a venditoribus *forale*, hoc est pecuniam pro mercandi facultate, in suum usum exigebant. Si Rex in castris est, Mareschalcus simul cum exercitus Duce rebus pretium imponit, quod Alexandri statutum §. 12. citatum præcipit, actum utrique *forale* cedebat. Idem statutum Mareschalci commendat, ut in recipiendis foralibus consuetudinem sequantur, & si vel in illis, vel in pretio rerum, modum exceſſerint, dat Senatoribus in aula præſentibus facultatem, utrumque minuendi: quod pariter ex §. 12. constat. In urbibus Prussiae maioribus usu receptum, ut præſente aula, ciuitatum illarum magistratus pretiis rerum attendat, & Mare-

schalcis *foralium* nomine nihil præstetur. In comitiis *coronationis* a. 1764 omnia foralia per legem abrogata, foralibus Mareschalcorum non exceptis, & in eos qui exacturi, mulcta duorum millium marcarum constituta est \*).

\*) Constit. a. 1764. p. 36. tit. Zniesienic.

### §. XVIII.

Docet §. 12. modo citatus, Mareschalcos attendere, ut omnia in aula rite fiant & ne quod usu obtinet temere mutetur. Si ergo novi quid inducendum, ipsi Regis voluntatem edicunt, dabatque exemplum annus 1740 quo, Rege Varsaviæ præsentē, auctoritate Mareschalcorum præcipiebatur, qui in lugubri ob Cæsaris mortem vestitu, utriusque sexui aulam frequentanti, modus servandus esset. Exterorum Principum legati, de suo adventu Mareschalcos certiores reddunt, qui illis hospitium assignant, ac tempus modumque adeundi Regem significant. Quod ad hospitia, eadem non minus Senatoribus & nobilitatis Nuntiis, ad comitia venientibus, prospiciunt; hinc in comitiis de Mareschalco sæpe querimonie audiuntur, quod per eos parum commoda contigerint. In campo quo Rex eligitur, a Mareschalco comitium instrui, *lib. II. c. 4. §. 14.* dictum.

### §. XIX.

## §. XIX.

Præter hæc, *Traſtatus Varſavienſis anni 1716.* commendat Mareſchalcis, vt vigilant, ne exteri qui in aula Regis, ſe negotiis polonis cuiuſcunq; generis immiſceant; ne infames & iure victi in legum contemptum in aula verſentur; & quia tempore, quo *Traſtatus Varſavienſis* componebatur, Rex, qui ſimul Dux & Elector Saxonix erat, cancellariam pro negotiis Saxonicis, Saxonicam inde appellatam, habebat, Mareſchalcis pariter iniungebatur attendere, ne illorum qui cancellariæ inferuient, numerus ac ſas eſſet augetur. Qua cura, electo in Regem Polono, Mareſchalci iam exſoluti ſunt \*). *Articuli autem mareſchalcales*, vtriuſque ſexus hominibus, qui vitam malis artibus tolerant, ad aulam agere interdicitur, ac in eos poenam decernunt \*\*).

\*) Conſtitution. a. 1717. p. 8. 9. §. Krom tego. (VI. 237. 238.)

\*\* ) Conſtit. a. 1678. inter lituan. p. 24. §. Coſtużby. p. 25. §. Biaległowy. (V. 648. 649.)

## §. XX.

Vt comitiorum tempore, in Senatorio conclavi omnia modeſte & ex dignitate fiant, Mareſchalcis curæ eſt. A. 1690 ſupremus regni Mareſchalcus, coram Rege & Ordinibus queſtus, multa prioribus comitiis extra orbitam facta

facta esse, quæ si iterum fierent, animaduér-  
 furum se in contumaces affirmabat \*). Quan-  
 do in eodem conclau Senaterio a circumstan-  
 tium multitudine strepitus fit, scipione pau-  
 mentum pulsantes, silentium imperant. Vbi  
 censendum, Senatores suo quemque ordine ci-  
 tantes sententiam perrogant, idque non solum  
 in comitiis, sed etiam in Senatus consiliis &  
 iudiciis relationum. In comitiis a. 1685 se-  
 mel accidit, vt absentibus Regni & Lituaniæ  
 Mareschalci, facultatem censendi Nuntiorum  
 Mareschalci daret \*\*). Singula quæ in co-  
 mitiis agenda: si Rex a Nuntiis salutandus; si  
 pacta conuenta legenda; si deliberanda a Can-  
 cellario ad Ordines referenda; si senatus con-  
 sulta legenda; tum alia, Mareschalci alta vo-  
 ce promulgat. Finitis in conclau Nuntiorum  
 consiliis, iunctisque Senatui Nuntiis, hi cen-  
 sendi veniam Mareschalci rogant, idemque  
 fit a Senatoribus, si quis, illorum tum dicere  
 velit.

\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1162.

\*\*) Hist. Pruss. VIII. 252.

### §. XXI.

Regem vel in sacellum aut templum, vel  
 in Senatorium conclau, vel ad iudicia relatio-  
 num euntem, Mareschalci scipionibus erectis,  
 vt sint conspicui, præcedunt, quos Rex proxi-  
 mus sequitur, nemine inter Regem & Mare-  
 schalcos

schalcos medio incedente. In comitiis, a. 1672 Mareschalci & cæteris ordinis Senatorii Ministris absentibus, Rex aliquoties conclaue Senatorium nullo prælato scipione ingressus est \*). Regina Ioannis II. vidua ab Augusto II. merito ferebat repulsam, vt suis filiis, inter Mareschalcos & Regem incedere liceret, exigens \*\*). Erat enim importuna hæc postulatio, habuissetque spem, honorem a Mareschalci non Regi, sed defuncti Regis filiis præstari. Ipsum Ioannem III. filii non præferant, sed secuti erant, idemque tempore Sigismundi III. cui filii plures, obtinuerat \*\*\*), nec minus Augusto III. regnante, quando filiorum vnus aut duo, in Polonia hospites, Parentem comitabantur. Ex eadem causa, vt soli Regi mareschalcalium scipionum honor haberetur, Regina non ad Regis latus incedit, sed ipsum sequitur, & quamuis suum habeat Mareschalcum, eiusmodi tamen insigne ante eam non visitur, quando cum Rege prodit. Idem de Mareschalcorum rheda dicendum, quæ antè Regis currum proxima, quando solemniori pompa vrbes ingreditur \*\*\*\*). Regibus Augusto II. & Augusto III. ante inaugurationem Cracouiam equis ingredientibus, illi Mareschalci curiæ Regni, huic Mareschalci curiæ Lituanæ, scipionem equites præferabant. Nullus tamen conspiciebatur Mareschalci neque ab alio præferebatur scipio, cum Augustus II. a. 1698 primum magnifico apparatu Gedanum curru inueheretur. \*) Hist.

\*) Hist. Pruss. VIII. 71.

\*\*) Zal. Ep. T. II. p. 499. 500.

\*\*\*) Piafec. Chr. p. 338. Zal. l. c. p. 500.

\*\*\*\*) Zal. l. c. & p. 502.

### §. XXII.

Super hæc, Mareschalci absentium Cancellariorum munere in quibusdam funguntur, respondebatque a. 1606 Palatino Cracouiensi & Lituaniæ Pincernæ regni Mareschalcus, cum hi Rokofzianorum principes Regi supplices fierent, & nullus Cancellariorum adesset, qui Regis nomine verba faceret \*). Ob similem absentiam in comitiis a. 1688 Nuntiis terrestribus, & a. 1698 Rokofzianis, Regis nomine supremus Regni Mareschalcus respondebat \*\*). Ex hac ratione, Mareschalci Cancellarios novos renuntiant, si vel ex Procancellario maior Cancellarius, vel utroque cancellariatu vacuo, ambo Cancellarii simul creantur, cum alias Cancellarii declarare soleant, quibus a Rege dignitates collatæ. Regnante Sigismundo I. Petrus Kmitha supremus regni Mareschalcus, utrumque sigillum vacuum præmissa oratione illis tradebat, quibus a Rege destinatum erat \*\*\*). Tempore Stephani, Mareschalcus curiæ regni Procancellarium, Cancellarium maiorem, & huius in Procancellarium successorem, simul promulgabat †). Anno 1689 & 1702 Cancellarii maior & minor pariter a Mareschalco renuntiabantur ††).

Reddente

Reddente a. 1735 Procancellario ob episcopatum Cracouienſem ſigillo minore, vtrumque vacabat. Tum vero ſupremus regni Mareſchalculus, quibus Rex maius & minus contuliſſet, voce declarabat, renuntiante poſt hunc ſupremo Lituaniæ Mareſchalco, magni ducatus ſui Cancellarium maiorem, quod Lituaniæ Procancellarius abſens eſſet. Id ſingulare, Cancellarium maiorem Ioannem Zamoſcium, a Stephano ſupremum exercitus poloni Ducem creatum, ob abſentiam Procancellarii, ore Mareſchalci curiæ regni declaratum eſſe †††). Hoc tamen magis memorabile, factumque antea nunquam, in comitijs poſt *coronationem* a. 1764. Ipſam Regiam Maieſtatem ſua voce, ambos Regni, & Lituaniæ Procancellarium declarare non dedignatam, ſingulisque ſigillum ſuum tradidiſſe, Mareſchalcis & ſupremo Cancellario Lituaniæ quamvis præſentibus.

\*) Lubienſc. Oper. p. 92.

\*\*) Hiſt. Pruſſ. VIII. 289. IX. 54.

\*\*\*) Vita Pet. Kmithæ T. II. Dlugoſſi p. 1619, 1620.

†) Heidenſt. p. 99.

††) Załuſc. Epiſt. T. I. part. 2. p. 1134. T. III. p. 319.

†††) Heidenſt. p. 172.

### §. XXIII.

Olim, ſupremo exercitus Duce abſente,  
militare



militare imperium a Mareschalco, si in castris præsens, exercebatur \*). Vfus hac auctoritate, per vtriusque Ducis maioris & minoris absentiam, a. 1626 Mareschalco, minus opportune receptui canere iubebat, cum victoriæ ex hostibus spes non leuis esset \*\*). Hodie vix contingere potest, vt exercitui præsit vnus Mareschalcorum, si enim Ducibus suis destituitur, Rex interea, dum novos creat, legatum, *Regimentarium* supremum seu generalem vocant, præficere solet.

\*) Heidenst. p. 149.

\*\*\*) Piafec. Chr. p. 384.

#### §. XXIV.

Quæ de mareschalcalibus muniis diximus, ita intelligenda sunt, vt ea Mareschalci regni in Polonia, & extra Poloniaim, in iis quæ ad Polonos pertinent; Lituaniæ Mareschalci in Lituania, & extra Lituaniam in iis, quæ Lituanorum sunt, exercent. Idem de prouinciis, regno aut Lituaniæ iunctis, statuendum. De Liuonia, quæ simul Poloniæ & Lituaniæ iuncta, lex antiquior præcipit, vt aula ibidem præsentem, Poloniæ & Lituaniæ Mareschalci officium inter se partiantur \*). Erat, cum lex ferretur, tota Liuonia vsque ad Estoniæ limites in Regis Poloniæ ditione, cuius iam exigua portio superest, in qua non minus, quam olim in tota Liuonia, legis auctoritas valeret,

valeret, si Regem ibidem agere contingeret: quod etiam de Curlandia affirmandum, ob vinculum quo regno & Lituaniæ connexa. In Prussia, præsentè aula, sola Mareschalcorum Regni si adessent auctoritas valeret, quia Prussia per *incorporationem* Regno non item Lituaniæ iuncta est.

\*) Vol. Constitut. p. 510. tit. Marszalkow, władza. (II. 1265.)

### §. XXV.

Mareschalci curiæ seu aulæ, præsentibus supremis, potestatem non exercent, quam per supremorum absentiam administrant. Id patet ex statuto Alexandri, quod simul supremo Mareschalco iniungit, ut negotia cum curiæ Mareschalco communicet, quo ea possit perficere, si ante illorum finem, supremus ab aula discederet. Addit idem statutum, ut abiens ex aula supremus Mareschalco, huic suo collegæ omnem administrationem permittat, isque eadem auctoritate, qua supremus, munus suum peragat \*). Quod vero illo tempore de solis Mareschalcois regni perscriptum, usus posterior ad Mareschalcos Lituaniæ derivavit. Itaque absentium supremorum Mareschalcorum vi-ces, Mareschalci curiæ subeunt. In comitiis a. 1740 mareschalcalis potestas erat penes solos curiæ Mareschalcos, quia supremus regni ex oculis æger, ad urbem domi se continebat,

& Lituaniæ Mareſchalcus Varſaviam non vene-  
rat. Initio conſilii magni a. 1710., & in Au-  
guſti III. inauguratione, abſentibus cæteris,  
vnus curiæ lituanæ Mareſchalcus aulæ præerat.  
Si enim neuter Mareſchalcorum Regni adest,  
illorum munere Lituaniæ præſentes funguntur,  
abſentium lituanorum vicem, regni Mareſchal-  
cis implentibus. In nouiſſimis comitiis con-  
uocationis, ob reliquorum abſentiam ſolus ſu-  
premus Lituaniæ Mareſchalcus, munia Mare-  
ſchalcorum obiat. In comitiis electionis am-  
bo Lituaniæ Mareſchalci præſentes erant, &  
coſtituta coronationis iam cœperant, cum ſu-  
premus Mareſchalcus Regni ad ſuum munus,  
quod per interregnum omiſerat, rediret. Nec  
hoc reticendum, omnes, qui adſunt, Mare-  
ſchalcos, Regi ſcipionem præferre, vt ſupre-  
mi mediæ incedant, ac horum alterum latus  
curiæ Mareſchalci claudant. Anno 1673 ta-  
men Lituaniæ maior & Regni minor præcede-  
bant, quos ſolus Regni Mareſchalcus ſupre-  
mus ſequebatur, quaſi priores duo ſcipiones  
non Regi ſed Mareſchalco Regni ſupremo  
præferrentur. Rectius a. 1750 ſupremus Re-  
gni Mareſchalcus mediæ, & Lituaniæ ſupre-  
mus ac Regni curiæ Mareſchalci ad illius late-  
ra ibant.

\*) Laſc. Stat. f. 113. p. 1. Ianuſz. Stat. p. 295.

### §. XXVI.

De curiæ Mareſchalcis ſigillatim notamus,  
quod

quod licet vltimus illis inter Ministros Senato-  
rios locus a. 1569 datus, Cancellariis Lituaniæ  
cedere detrectarint; quam controuersiam lex  
a. 1635 ita componebat, vt Mareschalci cu-  
riæ, Thesaurarios ordine exciperent, interque  
Ministros postremi essent \*).

\*) Constit. a. 1635. p. 18. tit. O mieyscu  
w Senacie. (III. 866.)

§. XXVII.

Ne vero aula vnquam Mareschalco destitua-  
tur, auctor est *Chualcovius* \*) Mareschalcos a.  
1632 inter se conuenisse, vt per vices, singuli  
quaternis mensibus in aula versarentur, ac in  
eam rem scriptum eodem anno actis castrensi-  
bus Varfaviensibus oblatum esse. Alius scripti,  
de ordine inter Mareschalcos vtriusque gentis,  
regia manu & sigillo regni ac Lituaniæ firma-  
ti, tum actis vtriusque metricæ inserti, in con-  
stitutione anni 1647 Rex mentionem facit,  
idque approbat \*). Neutrum tamen scriptum  
adhuc vidimus.

\*) Iur. publ. lib. c. 6. p. 141.

\*\*) Constit. a. 1647. p. 43. tit. Approbacya.  
(IV. 139.)

§. XXVIII.

A Mareschalcis ad Cancellarios progredi-  
mur, quorum par cum Mareschalcis numerus,  
bini in Polonia & Lituania, maior alter, alter

M 2

minor,

minor, seu Procancellarius, quos §. I. nominavit. Sub Vladislao *Lothico* a. 1320 Philippus Cancellarius & Sbigneus Vicecancellarius, in annalibus leguntur \*), & procul dubio idem ille Vladislavus *Lothicus*, duos in Polonia Cancellarios instituit, qui primus post Venceslavum Bohemix Regem, toti Polonix, excepta Masovia, præfuit, cum antea in plures principatus diuisa fuisset. Regnantè Casimiro M. filio Vladislai *Lothici*, Cancellarius Cracouiensis & Vicecancellarius memorantur \*\*), intelligendusque per Cracouiensem maior Cancellarius, cui illud nomen inditum, quod Cracouiensis tractus, præcipuus, & Cracouia Regis sedes erat. Quando in Lituania cœperint Cancellarii, quia antiquorum temporum diplomatibus destituimur, affirmare haud licet. Anno demum 1499 Niclaus Radziviloviez, Palatinus Vilnensis, magni ducatus Cancellarius legitur \*\*\*): quem etiam *Niesietius*, inter maiores Lituaniæ Cancellarios, primo loco ponit, vt Eustachius Voloviezcius, qui maior a. 1579 factus, Procancellariorum antiquissimus est \*\*\*\*).

\*) Dlug. IX. 973.

\*\*\*) Latè. Stat. f. 77. p. 2. In Ludevigii Reliq. Manusc. T. V. p. 503. 507 Subcancellarius Cracouiensis & Vicecancellarius aulae leguntur. Forfan illud *sub*, Cancellario per errorem ab illo est præpositum, qui diplomata descripsit.

\*\*\*\*) Latè. Stat. f. 130. p. 1.

\*\*\*\*\*) Coron. Pol. T. I. p. 258. 264.

## §. XXIX.

Velle Statutum Alexandri, vt Rex in comitiis Cancellarios creet, *lib. II. c. II. §. 3.* dictum. Idem statutum præcipit, vt id Senatorum consilio fiat. Quare antequam Cancellarii declarantur, vocati a Marschalco Senatoris, Regis solium circumstant, vt suam de candidatis sententiam dicant \*). Neque Senatorum consultationem, neque Regiam declarationem expectare volebat Episcopus ille, qui in comitiis a. 1688 Regem publice compellabat, vt sibi maius Regni sigillum daretur, promissum Regium allegans \*\*): quod tamen non obtinebat. Consultis Senatoribus, potest Rex etiam ex suo sensu Cancellarios creare, quod fit quando facta renuntiatione illis sigillum traditur. Sigillum enim est Cancellariorum insigne, quod nouis Cancellariis publice traditur, & ab iis qui Cancellariatu se abdicant, aut si in hac statione mortui sunt, ab illorum filiis aut cognatis redditur. In comitiis a. 1719 id officium, defuncti magni Lituaniz Cancellarii, Radzivilii, filius præstabat. Anno 1735 compellatus a regni supremo Marschalco Varmiensis Episcopus Szembek, accedens ad Regis solium, post gratiarum actionem, nomine defuncti fratris Io. Szembek, maius sigillum Regi exhibuit. Procancellario Regni, simul Episcopo Culmensi, Bokum, mortuo, seruauerat minus sigillum Culmense Capitulum, idque

in comitiis a. 1724 per Archidiaconum Wysocki reddi curabat. Idem a. 1735 fiebat a Principe Visnoviecio, cum magnum Lituaniæ cancellariatum poneret. Hunc Regni Procancellarius sequebatur, quia ministerium hoc, ob episcopatum Cracoviensem, quem ante tres circiter annos nactus, exercere non poterat. Si etiam minor, maior euadit Cancellarius, antea minus sigillum reddit, quam maius recipit. Noui Cancellarii, quando renuntiati, accedunt ad Regis folium, & sigillis receptis iusiurandum dicunt. Quia sigilla abierant, recipiebant a. 1702 noui Cancellarii vacuos sacculos, simul iis mandabatur, vt fabricari curarent noua sigilla, quibus vterentur, donec vetera obtinerent. Renuntiationem fieri a Mareschalco, si ex minori maior, aut ambo Cancellarii simul creantur, aut si Cancellariorum alter absens, ex §. 22. constat, vbi simul renuntiationis a Rege factæ exemplum legitur. Anno 1699 Principi Radzivilio ex Procancellario, Lituaniæ Cancellario maiori creato, tradebat sigillum Procancellarius Regni, & a. 1752 vtroque Lituaniæ Mareschaleo absente, Mareschalcus curiæ Regni, qui & supremum & Procancellarium Lituaniæ declarabat, suum cuique sigillum exhibebat. Quando vero superstiti maiore, minor, aut minore postposito, maior creatur novus Cancellarius a suo collega, modo præfens fit, declaratur. Quod ad iusiurandum, iurant Cancellarii

larii per Deum & sancta eius euangelia, quod Regi, Regis Successoribus ac regno Poloniae, in cancellariatu fideles futuri, nullas litteras pergamenas sine scitu & voluntate Regis; papyreas nullas, tam in regno quam extra regnum, regiae dignitati vel honestati derogantes, vel ex quibus damnum aliquod ad Maiestatem regiam vel regnum peruenire possit, tum iuri communi & libertatibus aduersantes, aut litteris aliis ex cancellaria datis contraria; membranas nullas praeterquam papyreas, idque sciente aut iubente Rege tradituros; consilium fidele, Regi & Reipublicae daturas, nec vlla secreta secum communicata, praeter suae Maiestatis voluntatem & mandatum reuelaturos; & pericula omnia Regi vel regno imminentia, eius Maieitati delaturos, & pro facultate auersuros. Hanc formulam prius in suis statutis *Ianuszovius* \*\*\* publicauit, cui Dunczewiccius in iuramentorum formulis p. 9. addidit, iurare Cancellarios: se sententias & decreta, secundum Deum, conscientiam & ius scriptum sine vno personarum respectu laturos; dicturos & enuntiuros esse. Praet iurandum nouo Cancellario ipsius collega, & eo absente alterius gentis Cancellarius, & si neque ille praesens, suae gentis Marechalcus. Memorato anno 1735 supremus regni Marechalcus, Cancellario regni maiori, hic autem, absente magni ducatus Procancellario, maiori Lituaniae Cancellario, & post hunc



Procancellario regni iusiurandum recitavit. Antea in comitiis a. 1719 absente Lituaniæ Procancellario, nouo Cancellario maiori, a supremo magni ducatus Mareschalco renuntiato, maior regni Cancellarius iusiurandum præierat: quod a. 1764 tribus Cancellariis, ambobus Regni & Lituaniæ Procancellario, ab eiusdem magni Ducatus Cancellario maiore factum est. Idem Cancellarii a Rege, nullo habito cum Senatoribus consilio creati, quia ab Ordinibus verbis Primatis & Nuntiorum Mareschalci commendabantur. Cancellarii statim cum iurarunt, ad suum locum inter Ministros se conferunt, ac stantes Regi, quod munus sibi collatum, oratione gratias agunt. Tempore Stephani, ingenio & meritis Ioannis Zamojskii datum, quod Regi a conclauis Nuntiorum gratiæ actæ, cum Procancellarius crearetur †): qui honor præter Zamojskium habitus nemini. Cum minus Regni sigillum Cardinalis Radzeiovscius, ad primatiam dignitatem euectus a. 1689 redderet, contentio orta, an ipsi quod procancellariatum bene gessisset, gratiæ agenda essent. Et actæ quidem Regis nomine sed Ordinum ††).

\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1134.

\*\*) Hist. Pruss. VIII. 284.

\*\*\*) Statut. p. 286. Dunczewsk. in append. de capit. p. 8. 9.

†) Heidenst. p. 99.

††) Hist. Pruss. VIII. 285.

## §. XXX.

Quamvis statutum Alexandri, initio proxime præcedentis §. citatum, vacua sigilla in comitiis conferri præcipit, possunt tamen rationes esse, quæ id prius fieri suadeant, neque exemplis Cancellariorum extra comitia creatorum destituimur. Anno 1658 ambo Lituaniæ Cancellarii; a. 1677 ex Procancellario maior, & novus Procancellarius regni; a. 1684 Lituaniæ maior Cancellarius; a. 1702 ambo regni Cancellarii; a. 1710 Lituaniæ Procancellarius, comitiis non habitis, tum in Senatus, tum in magno consilio declarabantur. Creatum tamen extra comitia a. 1684 maiorem Lituaniæ Cancellarium, Ordines pro Cancellario habere noluerunt, donec in sequentibus comitiis iurasset iterum \*). Ambo Regni Cancellarii a. 1702 in Senatus consilio renuntiati, in sequentibus comitiis confirmabantur, addito, illorum exemplum antiquis iuribus de conferendis in comitiis cancellariatibus, haud derogaturum \*\*). Declaratus in Senatus consilio a. 1710 Lituaniæ Procancellarius, in comitiis anni 1712 renuntiabatur, & recepto tum sigillo, ex eo tempore ministerium exercebat. A. 1735 comitiis iam irritis, novos creatos fuisse Cancellarios, supra *lib. II. c. II. §. 3.* memoravimus. Hic Zalaszovii errorem silentio transmittere nequeo, ex male intellecto statuto Sigismundi I. asserentis, Regem illum suo & suc-

M §

cessoribus

cessorum arbitrio seruasse, sigilla etiam extra comitia, pro opportunitate conferre \*\*\*).

\*) Hist. Pruss. VIII. 247.

\*\*) Constitut. a. 1703. p. 17. tit. O pieczęciách.

\*\*\*) Iure R. Pol. T. I. p. 716.

### §. XXXI.

Ex ministeriis Senatoriis, soli cancellariatus, cum *saecularibus* etiam sacri ordinis viris obueniunt. Antequam de eo lex lata esset, in Polonia *ecclesiastici* & *saeculares* promiscue Cancellarii euadebant, rarius tamen *saeculares*, quod ea aetate pauci ex illis litteras coluerant. An. 1507 Sigismundus I. precibus Senatorum & nobilium annuens, in perpetuum statuit, vt alter Cancellariorum *ecclesiasticus* alter *saecularis* sit, addita ratione, quod incidere possint negotia, quae ab *ecclesiastico* peragi non deceat \*). Seruata lex in hunc diem, neque fuerunt Cancellarii ambo eiusdem ordinis, sed alter sacri alter *saecularis*. Hoc pariter obtinet, vt per vices in maiorem cancellariatum *ecclesiasticus* & *saecularis* succedant. Si ergo, ambo cancellariatus vacui, & vltimus Cancellarius maior *ecclesiasticus* fuit, ei *saecularis*, vt *saeculari ecclesiasticus*, sufficiendus est. Neglexit has vices Sigismundus III. a. 1609 *ecclesiastico* post *ecclesiasticum*, & a. 1618 *saeculari* post *saecularem* maiorem regni cancellariatum conferens \*\*). Recentius est exemplum anni 1702 quo in ma-  
iori

iori cancellariatu, *ecclesiastici* fuit successor *ecclesiasticus*, quia Io. Szembek *secularis*, cui Rex maius sigillum destinauerat, procancellarium malebat, precatus Regem, ut in maiori Varmienfis Episcopus sibi præferretur \*\*\*). Sed vices quæ inter ecclesiasticos & sæculares obtinent, lex in proximis comitiis firmabat †): quæ a. 1735 seruabantur, Cancellarium maiorem *secularem*, Episcopo, & Procancellarium *ecclesiasticum*, *seculari* excipiente. Aliud placuit in comitiis a. 1764 cum post maiorem Regni Cancellarium *secularem*, *secularis*, post Procancellarium *ecclesiasticum*, *ecclesiasticus* crearentur. Quare monuit Cracouienfis Episcopus, ut vices in posterum obseruarentur: quæ in Procancellariis, manente magno Cancellario locum non habent, sed quam diu idem maior Cancellarius, in cancellariatu minore, *secularis* *secularem*, & *ecclesiasticus* *ecclesiasticum* successorem nanciscitur, quia lex, alterum Cancellarium *ecclesiasticum*, alterum *secularem* exigens, hoc solo modo seruari potest. Hinc Ioanne Szembek *seculari*, ab a. 1712 ad a. 1731 maiori Cancellario, eo spatio, in minorem cancellariatum Episcopo Culmensi Io. Bokum, Præpositus Posnaniensis Io. Lipski successit. Quod de cancellariatibus sacri & *secularis* ordinis viris mandandis, horumque vicibus dictum, in regno tantum viget. In Lituania vsu receptum, ut solis fere sæcularibus sigilla cedant, cum superiore sæculo, duo tantum  
Pro-

Procancellarii sacri ordinis, Euflach. Wollowicz Episcopus Vlnensis, & Mart. Trizna Vlnensis Episcopi Coadiutor. memorentur ††). Et fuit tamen Wollowicz Procancellarius, antequam fieret Episcopus, qui in indice Procancellariorum, quem contexit *Niesiecicus*, non legitur †††). Anno 1681 frustra metuebant Lituani, ne suus procancellariatus viro ordinis sacri obueniret, quem Rex seculari mandabat ††††).

\*) Priluf Stat. p. 181 Herb Stat. tit. Cancellaria p. 58. Ianufz. Stat. p. 287. 288.

\*\*\*) Piasec. Chron. p. 260. 308.

\*\*\*\*) Zaluf. Epist. T. III. p. 319.

f) Constit. a. 1703. p. 17. tit. O pieczęciach (VI. 104.)

††) Hartk. Reip. Pol. lib. II. c. 3. p. 499. Idem in exercitat. ad Chvalkovii Ius pub. p. 34. 35. Kosiulowicz Miscell. Lituani. p. 81. 82.

†††) Niesiec. Cor. Pol. T. I. p. 264.

††††) Hist. Pruss. VIII. 206.

### §. XXXII.

Quia ergo alterutrum regni Cancellariorum oportet esse ecclesiasticum, ministerium hoc Episcopis & illis qui minores dignitates sacras gerunt, confertur: & Episcopis fere semper, cum hoc & proximo saeculo quatuor tantum occurrant, quibus sigillum contigit, cum nondum Episcopi essent; quod antiquioribus temporibus secus se habuit, quibus maior illorum est

est numerus, qui sigillum obtinuerunt, antequam ad Episcopi dignitatem eueherentur, quod etiam super a. 1764 accidit, Regni pro-cancellariatu Andr. Młodziejowsko, non Episcopo collato. Non tamen omnibus Episcopis promiscue cancellariatus candidatis esset licet, sed illis tantum, quibus minores redditus, ut etiam munere hoc abdicare se debeant, si iam Cancellarii, episcopatum ex quo ampliores prouentus, nacti fuerint, quod c. §. §. 6. exposuimus.

### §. XXXIII.

Anno 1504 Alexander statuit, ut Cancellariis ante alios, archiepiscopatus, episcopatus, prælaturæ, & aliæ dignitates ac beneficia primum vacatura cederent \*): quod ita a Sigismundo I. a. 1507 mutatum, ut Regibus liberum sit, Cancellarios, quemque pro suis meritis, ex temporis opportunitate & Reipublicæ commodo, ad altiorem gradum promouere \*\*). Hoc modo Cancellarii ecclesiastici, si nondum Episcopi, ad episcopatus, & si iam Episcopi, ad Gnesnensem archiepiscopatum, aut episcopatus optimiores euehuntur. *Sæcularium* Cancellariorum merita bonis regis ornantur, & tandem a ministerio ad dignitatem Palatini, aut castellanatum Cracouiensem vel Viliensensem ascendunt: quamuis raro contingat, ut *sæculares* hunc fidum locum cum altiori commutent; nisi corporis inbecillitas aut senectus otium suadeant. Superiore

p̄iōre & p̄senti s̄culo, inter regni Cancellarios vnus tantum, & inter Lituaniæ quatuor fuerint, qui aliam dignitatem maluerint, reliqui in ministerio vitæ sancti, p̄ter vnum Hier. Radzeioviū, Procancellariū regni, qui lato decreto amouebatur. Anno 1736 Cancellariis regni & Lituaniæ publice gratia habita, vt ipsorum studio & operæ p̄mia discernerentur \*\*\*).

\*) Lasc. Stat. f. 113. p. 2. Ianusz. Stat. p. 287.

\*\*) Priluf Stat. p. 182. Herb. Stat. tit. Cancellaria p. 56. Ianusz. l. c.

\*\*\*) Constitut. a. 1736. p. 102. tit. Opatrzienie przowielebnego. (VI. 666.)

#### §. XXXIV.

Cancellarios maiorem & minorem, Alexander Rex auctoritate pares declarauit, quorum munia pro iunctis inter se haberi debeant \*): & quamuis Rex de solis regni Cancellariis loquatur, idem tamen & in Lituaniis obtinet. Hoc saltem inter maiorem & minorem est discrimen, quod maior p̄cedat, & minor, maiore absente, munus exerceat; qui etiam in maioris locum, quando vacuus est, euehi solet, quia aliter vices inter ecclesiasticum & s̄cularem, in regno seruari nequeunt. In Lituania, vbi eiusmodi vices non sunt, Procancellarii p̄teriri possunt, vt a. 1684, 1720 & 1635 factum est.

\*) Lasc.

\*1) Lasc. Stat. f. 113. p. 2. Prius. Stat. p. 200.  
Herburt. & Janusz. l. c.

## §. XXXV.

Munus Cancellariorum amplum est, cuius singulas partes memorabimus. Regis nomine publice verba faciunt, siue in comitiis ad Ordines aliquid referendum, aut quid Rex statuerit declarandum, aut ad ea quæ Regi exposita, respondendum; siue extra comitia occasio sermonem pro Rege exigat. Idem fit, quando legati exterorum Principum Regem compellant, cum quibus etiam Cancellarii seorsum colloquia instituunt, ut de singulis Regem edoceant, & responsum recipiant. Nec minus per Cancellarios, priuatorum preces ad Regem deferuntur. Litteræ de publicis negotiis, tum ad externos tum ad ciues, rescripta regia, mandata, citationes & decreta iudiciorum aulicorum, edicta, privilegia, diplomata quibus dignitates ac bona regia conferuntur, ac alia eius generis scripta, Cancellarii exarari sigilloque muniri curant. Singuli Cancellarii suam habent cancellariam, ex qua scripta illa prodeunt; habent suam *metricam*, seu acta cancellariæ; habent etiam suum sigillum, ut *lib. II. c. 9. §. 7.* dictum.

## §. XXXVI.

Utuntur Cancellarii in sermonibus & scriptis publicis, aut polona aut latina lingua, ut duæ hæ linguæ, recte publicæ dici queant, pro quibus etiam



etiam omni tempore fuerunt habitæ. Cùm regnante Ioanne Casimiro, aulæ gallico sermone streperet, & metus esset, ne publica negotia occuparet, post Regis illius abdicationem, in *exorbitantiis* a. 1669 sancitum, vt solæ polonæ & latina linguæ vigeant; idque a Rege Michaelæ & successoribus in suis pactis repetitum \*). Quam ob rem, non tantum Cancellarios, sed etiam eos, qui componendis scriptis suam operam nauant, latinitatis bene gnaros esse oportet, vt *Stan. Lubienfcius*, ipse quondam Procancellarius, eius studium etiam atque etiam commendauerit \*\*). Minus probabatur Lituaniæ cancellariatus, viro in latina lingua parum versato, a Ioanne III. collatus, vt Regem latine alloquentibus polonice respondere necesse haberet, quod ipsi Regi displicuit \*\*\*). Io. Zamoiscius, vt propter alia, sic etiam hoc nomine memorabilis est, quod ex eius cancellaria scripta latinissime prodierint, effeceritque vt etiam post ipsum latinitas coleretur: in quo, exemplo suo præcessit Petrus Tomicius, sub Sigismundo I. Procancellarius regni, pater & norma Cancellariorum ideo dictus \*\*\*\*).

\*) *Exorb. a. 1669. tit. O pieczęci pokoio-  
wey P. C. Michaelis & Successorum §.  
Pieczęci.*

\*\*\*) *In amica parænesi. Oper. p. 218.*

\*\*\*\*) *Zalus. Epist. T. I. part. 2. p. 103.*

\*\*\*\*\*) *Lubienf. Oper. p. 213.*

## §. XXXVII.

Id maxime prouidendum Cancellariis, ne scriptis, quæ ipsorum auctoritate prodeunt, aliquid insit, quod Regis Maiestati aut legibus aduersetur, ad quod noni Cancellarii iureiurando suo, cuius summam §. 29. inseruimus, se obstringunt, dum promittunt; se nullas litteras papyreas, dignitati regię, iuri communi & libertatibus contrarias, daturos esse. Et Alexander litteras iuri regni communi contrarias statuto a. 1504 interdicens, per eas intelligi voluit, quibus iudicia, nulla urgente publica necessitate inhiherentur, commissiones nisi in controuersis de limitibus, hæreditatis diuisione, ac in quas partes consensissent, decernerentur, ac ciues bellica expeditione eximerentur \*). Addit de *commissionibus* lex recens \*\*), ne illæ semel ad preces hæredum concessæ, iterentur. Sunt enim potiores Cancellariorum partes, Regis iura & leges quæ ciuibus seruiunt, siue publicæ siue priuatæ fuerint, tueri, vt Regis auctoritas & ciuium immunitates integræ maneant, & ne consuetudinibus, quæ leges non scriptæ sunt, derogetur \*\*\*). *Tractatus Varsaviensis* a. 1716 quædam iura publica sigillatim Cancellariis commendat; vt diligenter attendant, ne bellum inscia tota Republica alicui inferatur; ne Rex in Saxonia absens dignitates & bona vacua largiatur; ne a legatis Saxonice negotia polona tractentur, aut cum Principibus exteris colloquia regno nocitura habe-

Tom. II.

N

antur;

antur; vt nemo nisi iure victus in carcerem coniciatur; vt Rex regnum ad leges feliciter regat, & pacta conuenta quam religiosissime obseruet; vt iura maiestatica præsertim patronatus, nec non nobilium ducatum Curlandiæ & Semgalliæ, terrarum Lauenburgensis & Butauiensis, tum ecclesiarum catholicarum ibidem & in aliis eiusdem regiminis regionibus Prussicis, ex præscripto legum & veterum patrum, integra sine vlla diminutione manebant †). Inter quæ nonnulla sunt, quæ Augusto II. & Augusto III. regnantibus locum habere poterant, & in præsens vsum non præstant, cætera autem sub Rege quocunque seruari debent. Quid idem *Tractatus Varsaviensis* a Cancellariis exigat, dum a Rege dignitates & bona conferuntur, *lib. II. c. 11.* passim, vt occasio ferebat, memorauimus; nec minus *Tractatum Varsaviensem* illis iniungere, vt in id intenti sint, quo tum Senatores residentes, tum ministri equestris ordinis, in aula præsentibus sint, ex *lib. II. c. 12. §. 11.* patet, & cum eiusdem capituli §. 13. modum, quo cum Senatoribus illis consilium habendum, & quæ consilii auctoritas sit, exposuimus, hic addimus, vt omnia ex legis præscripto fiant, ad Cancellariorum curam pertinere ††).

\*) *Lasc. Stat. f. 113. p. 2. Iamusz. Stat. p. 289.*

\*\*\*) *Tract. Vars. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 14. §. A ponieważ. (VI. 242.)*

\*\*\*\*) *Lubiensc. Oper. p. 223.*

†) *Const.*

†) Constit. a. 1717. p. 10. §. Niemniey, p. 11.  
§. Nikogo. (VI. 239. 240.)

††) Constitut. a. 1717. p. 12. §. Dadzą. (VI.  
241.)

§. XXXVIII.

Ex his abunde patet, oportere Cancellarios iurium scriptorum & non scriptorum esse scientissimos, ut leges & consuetudines, quarum in Polonia ingens copia, in numerato habeant. Qua de causa, cancellarius Stan. Zolkiewio, exercitus supremo Duci, a. 1618 collatus, prudentioribus displicebat, quod munus a viro iurium peritissimo exercendum, seni septuagenario, qui omnem ætatem in militia transegerat, contigisset \*). Est quidem Cancellarius suus Regens, seu cancellariæ Præfectus, cuius est attendere, ne quid ex cancellaria quod iuribus contrarium prodeat, non tamen ideo omni cura exsoluti sunt Cancellarii, quod in ipsos culpa recidat, si a legum norma deflectatur \*\*). Pet. Tilichus & Stan. Lubienscius, ambo regni Procancellarii, de se confirmarunt, nihil ex sua cancellaria exiisse, quod non ipsi prius legissent \*\*\*).

\*) Piafec, Chr. p. 308.

\*\*\*) Lubiensc. Oper. p. 218. 219.

\*\*\*). Lubiensc. p. 222.

§. XXXIX.

Litteræ, quibus a Rege subscribendum non  
N 2 est,

est, Rege igno ex cancellaria prodeunt, quod secus se habet, quando Regis nomen ab eius manu exigitur, tum enim Regi oblatis scripti summa exponenda est. Iusiurandum Cancellariorum, quod §. 29. exhibetur, vetat litteras *pergamenas*, & membranas papyreas Rege ignaro dari: suntque per litteras *pergamenas* priuilegia, siue singulis siue pluribus seruientia, intelligenda, tum diplomata quibus honores & bona conferuntur, quæ in *pergameno*, quo nomine membranam vocamus, scribi solent, ac cum iis conueniunt, quas Sigismundus I. in statuto suo a. 1511 litteras perpetuas in *pergameno* vocat \*). Sunt tamen & alia, quæ regia subscriptione signantur, quæque Rege non conscio edi fas haud est. Questus olim Sigismundus Augustus, se inconsulto ex cancellaria prodire, quæ se ignaro prodire non deberent, declarabat, nolle se obligari nisi sua manu diplomatibus subscripsisset: & in comitiis post Henrici inaugurationem, Senatus auctoritate decretum, ne donationes & beneficia quæuis, sine Regis subscriptione rata essent \*\*). Quod usu in nostram ætatem seruatur.

\*) Herb. Stat. tit. Cancell. p. 58. Ianusz. Stat. p. 290.

\*\*\*) Heidenst. p. 60.

### §. XL.

Priuilegia, dignitatum & bonorum collatorum diplomata, tum alia maioris momenti, quæ

quæ ex cancellaria prodeunt, in acta seu *metricam* referenda sunt, ut ibidem seruata illis describi queant, qui exempla petunt, tum etiam ne pereant: quod fieri facile potest, si tantum in priuatorum manibus sunt. Habuit *metricam* in castris ad Varnam Vladislaus Jagellonides, quæ post eius cladem Turcis in prædara cecit, & Constantinopolim delata \*). Sigismundus I. a. 1538 sanxit, ut soli Cancellarius & Procancellarius, libros cancellariæ diligenter custodiant ac vnum vel duos scribas iuratos habeant, qui omnia priuilegia, decreta, recognitiones, & alia quæ in necessitatem & securitatem ciuium coram Rege fiunt & sub sigillis Regni conceduntur, fideliter in libris illis describant, ac illis qui litteras Regias amiserint, vel corruptas habuerint, ad eorum preces alias sub sigillo reddant \*\*). *Tractat. Varsav. a. 1716* Cancellariis & Procancellariis iniungit, ut secum communicent regias litteras de collatis dignitatibus & bonis, ex alterutrius cancellaria datas, ut quæ ex maiori cancellaria, minori, & vicissim quæ ex minore prodierint, maiori per *oblatam* ad acta *metricas* exhibeantur, ne per ignorantiam, ex diuersis cancellariis, in vnum quod vacuum fuerit, duobus scribantur diplomata \*\*\*). Quod autem ad nomen *metrica*, actis seu libris cancellariæ inditum, non est aliud, nisi *matricula*, in *metricam* mutata, ac publicarum litterarum indicem, seu collectionem integras litteras

continentem, significat. Præest *metricæ* notarius, vulgo *metricans*, dictus, qui iureiurando obstrictus, in acta refert quæ illis inferenda, quique a Cancellario, cuius est *metrica*, creatur †), ac munus suum cum Cancellarii ministerio terminat, nisi in eodem a nouo Cancellario confirmetur. Regnante Ioanne III. *Mat. Ladoyio & Nic. Schultzio*, *metricæ* maioris & minoris cancellariæ regni præfectis, munus hoc dum viuerent datum ac publica lege probatum, salua tamen in successoribus antiqua consuetudine ††). Iurant Præfecti *metricæ*: quod iuste secundum Deum & ius scriptum fideliterque recognoscentium inscriptiones, recognitiones, partium postulationes seu protestationes, diplomata & Regiæ Maiestatis priuilegia, in librum actorum cancellariæ Regni inscribent & suscipient, inscribi & suscipi curabunt ad suscipiendas quasuis recognitiones ad ægrotos, non nisi cum scitu & consensu Eius Maiestatis, Cancellariorum & Vicecancellariorum Regni condescendent; & si quod Maiestati Eius nocivum sciuerint audiuerint & intellexerint, Eius Maiestati & Cancellariis & Vicecancellariis Regni reuelabunt. Secreta quæ sibi communicabuntur, nemini pandent, & semper Maiestati Eius, & Cancellariis fideles erunt, aliaque negotia sibi incumbentia fideliter & pro posse suo peragent, in hisque omnibus conscientiæ suæ iudicium sequentur & audient. Ita ipsos Deus adiuuet †††). In Regno duo sunt  
 Præ-

Præfecti metricæ, alter maioris alter minoris  
cancellariæ. In Lituania vero vnus tantum.

\*) Bielsc. Chr. p. 380.

\*\*) Herb. Stat. tit. Cancellaria p. 57. Ianusz.  
Stat. p. 289.

\*\*\*) Constit. a. 1717. p. 12. 13. §. Przywilciowa  
(VI. 241. 242.)

†) Lubiensc. Oper. p. 219.

††) Constit. a. 1677. p. 18. tit. Metryki koron-  
ne. (V. 473.)

†††) Dunczewski form. iurament. p. 25.

§. XLI.

Priuari qui in suam rem ex cancellaria lit-  
teras recipiunt, honorarium præstant, statuit-  
que Sigismundus I. a. 1511 in nobilitatis gra-  
tiam, singulis scriptis certum pretium, illis qui  
non nobiles, aut Iudæi, aut extranei essent, ar-  
bitrio cancellariæ relictis \*): quod statutum  
alja lege a. 1550 firmatum \*\*). Cum autem  
pecunia quæ quotidiano vsui feruit, post illa  
tempora vilior facta, longe plures nummi &  
a nobilitate pendendi, si verum pretium a Si-  
gismundo I. decretum, æquare velint.

\*) Herb. Stat. tit. Cancellaria p. 57. 58. Ianusz.  
Stat. p. 290.

\*\*) Vol. Constit. p. 7. §. Kancellarya. (II. 597.)

§. XLII.

Sunt Cancellarii iudicii *assessorialis* Præfides,  
quod iudicium aulicum est, & *assessoriale* vo-  
catur,



catur, quoniam Cancellariis, affidebant Referendarii, Regentes cancellariæ, vnus alterque Secretariorum regionum, & decretorum Notarius. Est regni, est Lituaniæ iudicium assessoriale; illi regni, huic Lituaniæ Cancellarii præfident, & vtrumque Regis nomine exercetur, cuius etiam titulum decreta præferunt. Quo anno hæc potestas Cancellariis concessa, non liquet. Casimirus M. statuit, vt iudices terrarum generales, causas hæreditarias ad se referrent, quo ipse cum Baronibus in aula præsentibus, de illis cognosceret, quod si autem ipse adesse impediretur, volebat iudici qui causam ad se retulisset, sex aut minimum quatuor Barones addere, vt iudex cum suo subiudice & Baronibus decretum ferret \*). Hæc prima iudiciorum aulicorum, relationum & assessorialis origo videtur. Sigismundus I. a. 1538 concessam a Casimiro M. iudicibus & subiudicibus terrarum, causas in aula audiendi & iudicandi facultatem, integram seruauit \*\*). Postea iudices illi terrarum generales desierunt, & Sigismundus Augustus Cancellariis mandauit, vt cum Referendariis, causas in aula audirent, & partibus præsentibus de iis ad Regem referrent, qui eas cum Consiliariis iudicaturus esset \*\*\*). Sub hoc Rege, anno tamen incerto, Cancellarii causas iudicare cœperunt, quia in comitiis post Henrici, qui Sigismundi Augusti Successor, inaugurationem, Senatores de hac facultate Cancellariorum, qua iam utebantur,

bantur, differebant, statuebantque, ut iudicia eorum non in privato, sed publico loco, siue in arce regia, siue in ciuitatis curia, haberentur, ac vtriusque Cancellarii consensu publicarentur; Referendarii & qui præter hos adhiberi soliti, assiderent, idque Senatoribus, qui in aula præsentibus, liceret; neuter Cancellariorum sine altero, nisi absens aut valetudine & negotio aliquo impediretur, iudicia exerceret; ambo Cancellarii decretis subscriberent; assessoribus dissentientibus causa integra ad iudicium regium referretur; decreta verbis planis & aptis pericriberentur, ne declaratio eorum ab aula petenda esset; & causæ iam iudicatæ ne retractarentur \*\*\*\*).

\*) Lasc. Stat. f. 10. p. 2. tit. De iudicibus.

\*\*) Prilus. Stat. p. 58.

\*\*\*) Prilus. p. 58. Vol.-Constit. p. 7. Iz w Niemiekich.

\*\*\*\*) Heidenst. p. 60.

### §. XLIII.

Quod ad usum sequentium temporum iudicia assessorialia, non semper in arce regia, tanquam in loco publico, sed etiam in ædibus Cancellariorum, neque simul ab utroque Cancellario, sed a solo Cancellario maiore, hoc autem in aula non præsentibus, aut morbo impedito, a Procancellario exercebantur, quæ etiam non vtriusque Cancellarii consensu, sed illius qui iudicaturus arbitrio, edicebantur: decretis non

vtriusque, sed illius tantum Cancellarii, qui iudicauerat nomine subscripto. Neque exempla occurrunt, causas discordantibus *assessoribus* ad Regem fuisse remissas, cum decreta ad mentem solius Cancellarii ferrentur: poterat tamen Cancellarius causam integram Regi servare, si momenti gravioris, aut si quam ex suo decreto invidiam metuisset. Senatores iudicio assessoriali non assidebant, licuisset illis tamen assidere si voluissent, imo interdum inuitati, si lis ardua & anceps, idque a. 1724 in celebri illa & totum fere orbem peruagata Thorunenſium causa factum, imo præter Senatores, Nuntios aliquot, quia comitia tum celebrabantur, adhibitos meminimus. Cæterum iudicabant Cancellarii illis locis, ubi Rex versabatur, eratque a. 1668 Régis consensu opus, cum ipso Varſavia abeunte, maior regni Cancellarius cœpta iudicia ibidem continuare vellet. Augusto II. & Augusto III. in Saxonia absentibus, maiori regni Cancellario erat potestas, siue Varſaviæ, siue quocunque alio in Polonia loco, iudicia exercendi, quam sibi sine rescripto regio esse, Procancellarius a. 1729 negabat. Anno 1736 data est publica lege maiori Lituaniæ Cancellario facultas, quoties Rex in Saxonia abesset, iudicia assessorialia in Lituania, Grodnæ vel Brestæ, auctoritate rescripti regii exercendi, dimissis antea ad palatinatus & terras, quibus iudicia edicerentur, litteris. Quæ potestas eadem lege cum

Procanc-

Procancellario Lituaniæ Cancellario maiore absente \*) communicabatur. Nouissimam iudiciorum assessorialium ordinationem, in comitiis conuocationis a. 1764 factam, infra lib. IV. c. 14. memorabimus.

\*) Constit. a. 1736. p. 112. tit. Pozwolenie sądzenia. (VI. 675.)

#### §. XLIV.

Pertinet ad Cancellariorum munia, comitiis finitis, constitutiones typis exscribendas tradere, & exscriptas sigillo impresso, ad conuentus relationes seu *post comitiales*, & ad acta castrensia palatinatum & terrarum, vt moris est, dimittere \*).

\*) Constitut. a. 1661. p. 15. tit. O podawaniu konstytucyi. (IV. 706.)

#### §. XLV.

Cum regnante Michaële, Procancellarius regni And. Olszovius Viennam mitteretur, matrimonium inter Regem & Cæsaris sororem conciliaturus, quæsitum: num Cancellarii extra regnum legationes obire possint. Quod nulla lege vetante, recte fieri, superiorum temporum exempla probabant, Przerębscio, Radzivilio, Trebicio, Sapięha, qui tum regni tum Lituaniæ Cancellarii fuerant, ad exteros missis \*). Post Olszovium vero, Io. Wielopolscius regni, & Mart. Oginscius Lituaniæ, ma-  
gni

gni Cancellarii, ille ad Regem Galliar, hic in Russiam, legati profecti sunt.

\*) Zalusc. Epist. T. I. p. 210. 225.

### §. XLVI.

Si nulli in aula præsentes essent Mareschalci, horum munia Cancellarii exercerent, ac alibi exemplum scipionis a Cancellario Regi prælati retulimus \*), cum ex Mareschalcis nemo adesset. Ad illos pariter militare imperium pertinere, si neque exercitus Dux, neque Mareschalcus adsit, tempore Stephani demonstrabatur \*\*). Anno 1649 Ioannes Casimirus, in expeditione aduersus Tattaros & Cosacos, Georg. Ossolinium regni maiorem Cancellarium, suum declarabat legatum, vt sub Rege exercitui præesset, quia ambo Duces regni ad huc captiui apud hostes detinebantur \*\*\*).

\*) Lib. II. c. 4. §. 50.

\*\*) Heidenst. p. 149.

\*\*\*) Kochov. Annal. Clm. I. p. 134.

### §. XLVII.

Vix opus est vt moneamus, Cancellariorum regni, in negotiis & prouinciis polonis, Lituaniæ in magni ducatus, vtrorumque in Liuoniæ & Curlandiæ vigere auctoritatem, quia id memorauimus, cum de sigillis ageremus \*). In comitiis, de rebus polonis, regni, de Lituaniæ, magni ducatus Cancellarii, Regis nomine

ne ad Ordines referunt: & quando in Lituania habentur comitia, Lituaniæ Cancellarius conclauī nuntiorum respondet, quod a regni Cancellario fit, quando in Polonia celebrantur \*\*). In comitiis post Regis inaugurationem a. 1764 nouis Regni Cancellariis & Lituaniæ Procancellario, supremus Lituaniæ Cancellarius iusturandum præiuit. Absentibus in conuentu generali Varſaviæ a. 1673 Cancellariis omnibus, illorum munia obiit Regni Referendarius \*\*\*).

\*) Lib. II. c. 9. §. 8.

\*\*\*) Constit. a. 1673. p. 18. tit. Seym trzeci (V. 108.)

\*\*\*) Hist. Pruss. VIII. 80.

### §. XLVIII.

Cessat Cancellariorum auctoritas per interregnum, quod aliter fieri nequit, Rege cuius nomine agunt, non superſtite; sed redeunt ad ſua munia, quam primum nouus Rex inauguratus. Id autem illis cum cæteris Senatoribus commune, quod interregni tempore conſilia conferant. Singulare est & vnicum huius generis exemplum, quod ob prolatam longius Ioannis III. inaugurationem, ante illam Cancellariis partem muneris ſui exercere licuerit \*).

\*) Vid. lib. II. c. 9. §. 12. Załuf. Epist. T. I. p. 635.

### §. XLIX.

## §. XLIX.

Superfunt ex Senatorii ordinis ministris duo Thesaurarii, regni alter, alter Lituaniæ, qui etiam, vt a curiæ Thesaurariis distinguantur, magni aut supremi vocari solent. Thesaurarii in Polonia, prima fit mentio a. 1368 \*), cuius munia Alexandri statutum a. 1504 describit, quod coronas, & thesauros regni custodiat; redditus publicos recipiat; sumtus erogat; vtrosque in rationes referat; ac monetæ, quando cudenda, præcipuam curam agat \*\*). Statuto consentit Thesaurarii iusiurandum, quo per Deum & sanctam Dei crucem promittit, se coronam & alia insignia, priuilegia & thesauros regni diligenter conseruaturum; redditus regni & omnia quæ ad regni fiscum, summa integritate exacturum & dispensaturum; monetam quoties cudenda, rationes ærarii, sumtus in milites, aulicos, legatos, & omnia ea quæ ad vsus priuatos & publicos Maiestatis Regiæ & regni Poloniæ, cæteraque officii sui, fideliter & ad præscriptum statutorum curaturum; idque non sine mandato Maiestatis Regiæ, & consilio Consiliariorum & Officialium regni. Quibus alia, quæ ipsi cum Senatoribus cæteris communia sunt, adduntur \*\*\*). Hæc quæ de regni Thesaurario sancita, simul a Lituaniæ, intra magni ducatus limites exercenda esse credebantur, cum ex vtraque gente vnus Senatus a. 1569 componeretur, hoc saltem excepto, quod

quod de regni insignibus lex præcipit. Hinc ad eandem formulam, ad quam regni, Lituaniæ Thesaurarius iurat, estque rationi consentaneum, ut quod in illa de insignibus, thesauro, redditibus & sumptibus regni habetur, partim omittatur, partim in redditus & sumptus magni ducatus mutetur. Primum Thesaurarium Lituaniæ, *Niesecius* †) Io. Nic. Naruszeviczium statuit, ad annum 1569 ipsum referens, sed illo vetustior est Io. Harnostay, quem a. 1547 Mareschalcum curiæ & Thesaurarium terrestrem appellatum reperimus ††). Hunc & alii potuerunt præcedere, de quibus non liquet.

\*) Lasc. Stat. f. 77. p. 2.

\*\*) Lasc. Stat. f. 114. p. 1. Ianusz. Stat. p. 308.

\*\*\*) Ianusz. Stat. p. 307. Dunczevs, form. iurament. p. 9.

†) Cor. Pol. T. I. p. 268.

††) Constit. nov. edit. T. I. p. 589.

### §. L.

Thesaurus, cuius custodia proximo §. regni Thesaurario commendatur, est in arce Cracoviensi. Seruantur ibi insignia regni, gemmæ quædam, scripta publica momenti maximi, pecunia autem nulla: quæ penes Thesaurarium manebat, ut eam in publicos usus erogaret, & cum redditus præsentibus sumptibus vix sufficerent, fieri nequibat, ut aliquid in futuros thesauro inferretur. Non soli Thesaurario thesaurus



faurus patet, sed cum ipso, septem Senatores  
 singulas habent claves, quibus totidem seræ re-  
 ferendæ & quidem Ordinum consensu \*), vt  
 Senatus consultum non sufficiat, sed omnium  
 Ordinum decreto in comitiis opus sit, si the-  
 saurus aperiendus \*\*): quod exempla non  
 tantum singulorum interregnorum, quando in  
 noui Regis inaugurationem insignia depromen-  
 da, sed etiam aliorum temporum, & quorum  
 nonnulla alibi citauimus \*\*\*), confirmant.  
 Interregno post Stephanum, Thesaurario &  
 Senatoribus quibus claves thesauri, iniunctum,  
 regni priuilegia quæ ibi seruantur inspicere, &  
 coronam regiam ante noui Regis electionem  
 obfirmare †). Sequentibus vero interregnis,  
 Thesaurario & Senatoribus illis, ex Senatu &  
 nobilitate additi, qui thesaurum lustrarent, in  
 indices nondum relata describerent, & de iis  
 ad Ordines in comitiis, aut electionis aut post  
 Regis inaugurationem, referrent ††). Nouis-  
 simo interregno illis quibus mandatum *archi-  
 uum* & gemmas lustrare, simul iniungebatur,  
 Regiam coronam & alia ad *coronationem* ne-  
 cessaria Varſaviam deferre, & *coronatione* per-  
 acta, in arcem Cracouienſem reportare & ſuo  
 loco reponere, idque vt fieret, in comitiis post  
*coronationem* mandatum est †††). Eodem  
 modo Rege regnante lustratio thesauri peragi-  
 tur, quando in comitiis decreta est †\*). Iam  
 Sigismundi Auguſti tempore conſtitutum, vt  
 bini ex maiore & minore Polonia Senatores,  
 nouo

nouo Thesaurario res & litteras quæ in thesauro, ad antiquum indicem exhibeant, eundem ter describant, ac singula exemplaria a Rege, a delegatis ad id Senatoribus, & ab ipso Thesaurario seruentur †\*\*). Sed postea non bini Senatores ex maiore & minore Polonia, sed etiam ex vtraque Polonia & Lituania nobiles, Senatoribus illis quibus thesauri clauis additi, quando in gratiam noui Thesaurarii, thesaurus lustrandus †\*\*\*); & a. 1726 ideo index ter describendus erat, vt vnum exemplar metricæ regni exhiberetur, alterum Thesaurarius reciperet, & tertium in thesauro maneret †\*\*\*\*).

\*) Vid. lib. II. c. 5. §. 12.

\*\*) P. C. Michaelis & Regum successorum §. Kleynotow.

\*\*\*) Commentar. nost. in P. C. Augusti III. p. 174. 175. Constitut. a. 1736. p. 99. tit. Kleynoty. (VI. 663.)

†) Konfed. gener. a. 1587. §. Pan Podskarbi.

††) Konfed. gener. a. 1632. 1648. 1668. 1674. §. Aby skarb, a. 1733. §. Skarb Rzeczypos. a. 1764. p. 94. tit. Deputacya.

†††) Konfed. gener. a. 1764. p. 101. Koronacya. Constit. a. 1764. p. 60. (80.) tit. Korony.

†\*) Constit. a. 1685. p. 7. tit. Rewizya. a. 1726. p. 65. tit. Oddanie a. 1736. p. 99. tit. Kleynoty. (V. 713. VI. 453. 663.)

†\*\*) Vol. Constitut. p. 43. tit. Skarb koronny. (II. 637.)

†\*\*\*) Constit. a. 1685. p. 7. tit. Rewizya. a. 1690. p. 25. tit. Reuizia. (V. 713. 783.)

†\*\*\*\*) Constitut. a. 1726. p. 65. tit. Oddanie. (VI. 453.)

## §. LI.

Lituaniæ thesaurus est in arce Vilnensi, ser-  
vatque pretiosa quædam, & acta publica, vt  
propter litteraria hæc monumenta, vterque  
thesaurus simul tabularium, *archivum* voca-  
mus, recte dicatur: pecunia vero Lituaniæ  
thesaurus, vt Poloniæ, eadem ex causa quam  
proximi §. initio citauimus, destituitur. Cla-  
ues non vt in Polonia a pluribus, sed a solo  
magni ducatus Thesaurario seruantur, cui in-  
terregni tempore Senatores & nobiles addun-  
tur, & quidem Senatores lituani, nobiles olim  
pariter tantum ex Lituania, iam ex tribus gen-  
tibus, vt thesaurum inspiciant & de eo ad Or-  
dines referant \*).

\*) Konfeder. gener. a. 1632. a. 1648. §.  
Ktorym dzien. a. 1668. a. 1674. §. Tyma-  
ze sposobem.

## §. LII.

Ad regni thesaurum pertinet coronarum  
custos, cuius curæ regni insignia commendan-  
tur, qua ex causa ipsius præsentia pariter exi-  
gitur, quando thesauri lustratio decerni solet  
\*). Fit tamen eius recentiori demum tempo-  
re mentio, vt munus hoc post medium supe-  
rioris sæculi cœpisse videatur, quod non sæcu-  
lari sed ecclesiastico conferri solet: forsan  
quia insignia pro sacris habentur, cumi novus  
Rex iis ab Archiepiscopo Gnesnensi aut Episco-  
porum

porum aliquo condecoretur. In Lituania est thesauri custos, *Skarbny*, ad exemplum custodis coronarum procul dubio institutus. Custos coronarum Regni per Deum & sanctam crucem iurat, se in suo officio fidelem futurum, illudque summa fide & diligentia, iuxta præscriptum legum administraturum. *Duneczewscius* qui hanc formulam inter iuramentorum formulas p. 26. exhibet, simul in indice testatur, *Gabr. Podoscium*, coronarum custodem ad eam iurasse. Ius iurandum quo fidem suam thesauri Lituani custos obstringit eadem p. 26. legitur, ac consistit in fidei custodia & administratione thesauri, tum custodia actorum thesauri, nec non in dicenda iuste sententia in iudiciis assessorialibus & thesauri.

\*) Constit. a. 1685. p. 8. tit. *Rewizya*. a. 1726. p. 65. tit. *Oddanie*. *Konfed. gener.* a. 1733. §. *Skarb*. *Rzeczyposp.* *Constitut.* a. 1736. p. 98. tit. *Kleynoty*, *Konfed. gener.* a. 1764. p. 94. 95; tit. *Deputacya*. (V. 713. VI. 453. 597. 663)

§. LIII.

Theaurarii regni & Lituaniæ Republicæ reditus, ille in regno, hic in magno ducatu recipiebant. Diversi ab his sunt reditus Regis, quos *lib. II. c. 10.* exposuimus, & qui a supræmissis Theaurariis non procurantur. Republicæ proventus ex teloniis, quarta, censu iudeorum, & aliis colliguntur: ac nouis tributis in consiliis augentur, quando vetera sumibus

non sufficiunt. Sumtus a Thesaurariis numerabantur & cum redditibus in rationes referabantur. Illi expenduntur in publica ædificia, munimenta, legationes, remunerationes privatorum, debita Reipublicæ nomine contracta, tum alia, in quorum numero typographica in comitiarum constitutiones impensæ habentur \*). Olim etiam aes alienum a Rege contractum, a Thesaurariis dissolvi Ordines decernebant, ac ex Reipublicæ thesauris refundi, si comitiarum auctoritate proventus Regis ex œconomiis imminuti essent. Nec minus stipendia militaria Thesaurarii numerabant, sed a. 1717 constitutum, ut semestris pensio *patroczna płaca*, quod stipendio nomen inditum, in regno ab ipsis militibus, colligeretur, in Lituania partim a palatinatibus & terris, partim a Thesaurario representaretur \*\*). Quartam in usum militum limitaneorum sæculo sexto decimo institutam, Thesaurarius regni, cum iis qui ipsi assidebant, recipiebat.

\*) Constit. a. 1661. p. 15. tit. O podawaniu. a. 1690. p. 2. tit. O dawaniu. (IV. 706. V. 763.)

\*\*.) Constit. a. 1717. p. 55. tit. Regulame a §. Służbę. Inter Lituan. p. 1. tit. Regulamen. (VI. 281. 306.)

#### §. LIV.

Sed potestas, quam antea soli exercebant Thesaurarii, cum consiliis œconomicis, seu commissionibus Thesauri, communicata est, quarum

quarum duæ, altera in Regno, altera in Lituania, in comitiis conuocationis a. 1764 institutæ sunt. *Commissio* thesauri Regni præter supremum & curiæ Theaurarios, quatuor Senatoribus & duodecim equestriſ ordinis, qui in iisdem comitiis declarabantur, componebatur, tempore simul constituto quo confessus suos in arce Varſaviensi inchoare deberet, si antea Theaurarii & reliqui iusiurandum, de curando solo publico bono, de munere integre sine promissis aut donis exercendo, de rationibus *officialium* thesauri absque studio aut odio fideliter excutiendis, de iuste & recte consulendo, causas iudicando, & munere exercendo, præstitissent. Præses huius commissionis supremus Regni Theaurarios, hoc absente, primus ex Senatoribus, si nullus Senatorum adesset, Theaurarius curiæ, & neque hoc præſente, primus ex Nobilibus constituebatur, debebatque commissio haberi si cum Præſide septem adessent. Exercenda est commissio quater in anno, singulis trimestribus, mense integro, diebus omnibus, solis festis exceptis. Additus scriba seu notarius, qui quæ fierent in acta referret, nec non Regens, qui tabulario seu archivo præſſet, ambo nobiles Poloni, possessionati, catholici, muneri suo idonei, a commissione eligendi & iureiurando obstringendi. Hujc commissioni iniunctum: de redditibus thesauri & iusta illorum auctione deliberare & decernere; nouam vectigalium tabulam

lam vulgo *Instructarium* componere & typis expressam ad illa loca vbi vectigalia exiguntur dimittere, & actis castrensibus ad inferendum exhibere; vectigalium exactoribus certam formulam in testimonium vectigalium solutorum præcipere; per totum Regnum omnesque Regno iunctas prouincias, vnâ mensuram, æqua pondera & vnâ vlnam inducere. Plura silentio transmittimus, quæ in confœderatione citatorum comitiarum legi possunt. Hæc commissio omnia negotia & desideria thesauri ex sententiâ plurimorum decidere, & si diuersæ sententiæ numero pares fuerint, Præses vltimo loco censens, suo assensu pluralitatem efficere debet. Rationes thesauri tum alia omnia, in singulis comitiis ordinariis & extraordinariis, statim quando electo Marschalco conclauia ad Regem salutandum se iunxerint, Ordinibus exponenda eorumque cognitioni & arbitrio submittenda sunt, quibus etiam in ordinariis comitiis liberum erit, novos Commissarios vsque ad proxima ordinaria, suffragiis plurimorum eligere. Quod ad salaria, placuit, præsentis supremo Regni Thesaurario centum & viginti millia, eius successoribus octoginta millia, singulis Commissariis duodecim millia, Instigatori Regni sex millia florenorum in annos singulos constituere, Thesaurario curiæ antiquum salarium, triginta duorum millium sexcentorum & sexaginta sex florenorum cum grossis viginti relinquebatur. Huic

com.

commissioni, cum, ne iusti reditus imminuantur attendere debeat, interdicitur, noua tributa imperare, causas terrestres iudicare, Reipublicæ negotiis seu materiis status se immiscere aut hospitia militum eorumque stipendia mutare; contra cura bonorum Regionum quando vacua fuerint, ipsi mandata, ne vastentur aut a nouis possessoribus, aut iniquis exactionibus grauentur, multa etiam duorum millium marcarum, & alia poena, commissione urgente Regni thesauro irroganda \*).

\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 28. & § tit. Kommissya Skarbu.

§. LV.

Commissio thesauri Lituani, in pterisque cum commissione Regni conuenit, nisi quod supremo & curiæ Thesaurariis duo Senatores & septem ordinis equestris additi; commissio Grodnæ, facta die secunda Ianuarii anni 1765 initio, quouis anno bis, per senas hebdomades, etiam quinque cum Præsede præsentibus habenda; singulis Commissariis præter supremam Lituaniæ Thesaurarium, cui par eum Regni Thesaurario salarium nempe octoginta millia, & Thesaurario curiæ viginti millia florenorum decreta sunt \*).

\*) Konfed. gener. a. 1764. inter constit. Lituaniæ. tit. Kommissya Skarbu.



## §. LVI.

In comitiis post inaugurationem Regiam commissio thesauri Regni, reddituum & sumptuum rationes, tum quæ de æqualitate mensuræ, ponderum & vlnarum nec non de vectigali generali constituerat, simul ordinationem ad quam causæ agendæ ac iudicandæ, exhibuit. Quo facto singula, nonnullis explanatis correctisque, approbata sunt \*). Commissio thesauri Lituani, quæ pro commissione Polona sancita, in suos vsus vertit \*\*). In iisdem comitiis commissioni Regni mandatum, sumptibus thesauri emtam Varsoviæ domum lateribus instaurare, in qua commissio thesauri, commissio militaris, iudicia mareschalcalia & assessorialia exercentur, ærarium & archiva seruentur, tum expeditiones ac reuisiones vectigalium fiant \*\*\*).

\*) Constit. p. 24. tit. Obiasnienie tit. Approbacya.

\*\*\*) Constit. Lituani. tit. O czynieniu dyzpozycyi.

\*\*\*) Constit. p. 29. tit. Wyznaczenie.

## §. LVII.

In quos vsus & quanta summa a Thesaurariis erogandæ pecuniæ, aut in comitiis aut in Senatus consilio decernebatur, vt si in alios sumptus, aut plus quam ab Ordinibus constitutum, expendissent, in ius vocati de suo refunderebunt \*). Cum vero iam non Thesaurarii, sed Thesauri commissiones, publicas pecunias recipiant

recipiant & in suo ærario feruent, donec erogent, non Thesaurarii sed comissiones compellendæ, si quid male erogatum fuerit. Iisdem Ordinibus, singulis ordinariis comitiis rationes reddendæ erant \*\*), nominabanturque ex Senatu & Nobilitate, qui illas excuterent, & de eis referrent. Sequebatur apocha, si comitia finiebantur, secus in alia differebatur, quoniam constitutionibus inferi debebat \*\*\*), quæ nisi comitiis rite absolutis scribi non possunt. Mortuo Thesaurario eodem modo ab eius hæredibus rationes exigebantur, quæ si expeditæ, publica apocha sequebatur \*\*\*\*). Nunc vero comissiones thesaurorum rationes in singulis comitiis reddere obligantur, vt ab Ordinibus probentur. Ex rationibus Thesaurariorum, de Reipublicæ reatibus & sumptibus constare poterat: & reditus in Regno dicebantur a. 1729 quingentorum millium florenorum polonorum esse, qui in Lituania annis 1723. 1724. 1725 & 1726 ducenta millia efficiabant †). Sumptus fere æquabant reditus, imo sæpe excedebant. Anno 1726 in thesauro Lituaniz, ex quatuor annorum reatibus, mille quadringenti & octoginta floreni supererant, anno autem 1719 eiusdem magni Ducatus Thesaurarius, thesaurum sibi ducenta quadraginta millia florenorum debere affirmabat. Sed auctis in comitiis conuocationis a. 1764 vtriusque thesauri reatibus, aliter iam ponendus erit calculus, eaque in diligentia

O 3

com-

commissionum est fiducia, thesauros non solum suntibus suffecturos, sed fore vt pecunia supersint, nec facile thesauri egeant. Non ergo vt olim necesse erit, in fidem thesaurorum pecuniam sumere mutuam, neque Theaurarii arguentur, quod in suo munere negligentiores aut prodigi fuerint. Anno 1729 Capitaneus Scepusiensis, Theodor. Lubomirius, promisit, si sibi Regni thesaurus in biennium mandaretur, se industria sua primo anno reditus a quingentis millibus ad millionem, altero autem anno ad duos miliones aucturum. Ex hac causa, in pactis conuentis AVGVSTI III. constitutum, curatum iri in proximis comitiis, vt reditus vtriusque thesauri, ad iudicium eorum qui plurimum oblaturi, æstimentur †). Sed aliud placuit Ordinibus in comitiis a. 1736 qui in eo acquieuerunt, cum novus Regni Theaurarius Io. Moszynius sponderet, se reditus in vsus publicos iuste & integre expensurum: cui vicissim centum & viginti millium florenorum annuum salarium, præter solitas ministrorum thesauri pensiones, decernebatur, addito, vt *superintendentes* vectigalium singulis annis, coram Radomiensi tribunali iurarent, vectigalia iuste fuisse exacta, reditus integros in thesaurum illatos, nec quidquam præter constitutum salarium, in proprios vsus versum esse ††). Hæc iam possunt pro abrogatis, si modo in vsu fuerint, haberi, permisso commissionibus statuere, quæ thesauris visa fuerint *utilia*. Fuit annua illa pro Theaurario pecunia

nia

nia primum in gratiam Moszynii constituta, nullo ante ipsum Thesaurariis per legem decreto salario, quod num ad Moszynii in thesaurariatu successores transire deberet, Ordines non declararunt, neque declarare poterant, comitiis post annum 1736 irritis. Quod ad Lituaniæ Thesaurarium, nihil in memoratis a. 1736 comitiis mutabatur, Iam & Regni & Lituaniæ Thesaurario salarium lege est decretum, vt supra memorauimus.

\*) Constit. a. 1649. p. 1. tit. Ordynacya. a. 1662. p. 3. tit. De reddenda ratione. (IV. 280. 830.)

\*\*\*) Vol. Constitut. p. 22. tit. O Podskárbim. §. Item Podskárbim. (II. 618.)

\*\*\*\*) Constit. a. 1726. p. 62. tit. Kwit wielmożnemu Przebendowskiemu. Inter Litv. p. 37. tit. Kwit Wielm. Poniatowskiemu. (VI. 451. 495.) Konfed. gener. a. 1764. p. 98. tit. Kwit. Constit. a. 1764. p. 40. tit. Kwit.

\*\*\*\*\*) Constit. a. 1726. p. 63. tit. Kwit vrodzonym Lubomirskim a. 1736. p. 113. tit. Kwit sukcesorom Kotlá. (VI. 451. 675.) Constit. a. 1764. p. 37. 38. tit. Kwit.

†) Constit. a. 1726. inter Lituan. p. 37. tit. Kwit Wielm. Poniatowskiemu. (VI. 495.)

††) P. C. Augusti III. §. Dochody skarbu.

†††) Constit. a. 1736. p. 95. tit. Skarb korony. (VI. 659.)

§. LVIII.

Habuit nuper Regni & Lituaniæ thesaurus  
quis.

quisque suum tribunal, coram quo de tributorum residuis agebatur, ut qui tardiores aut contumaces ad præstandum, decreto & poena adigerentur. Sed tribunalia hæc iam cessant, cura tributorum eorumque collatione, thesaurorum commissionibus mandata, ut omnes causæ tributorum, quibus olim coram tribunalibus forum, a thesaurorum commissionibus iudicandæ sint \*).

\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 75. tit. Vchylene Constit. comit. coron. inter Lituani. tit. Zniesienie tribunala skarbowego.

### §. LIX.

Alia Thesaurarii monetæ præfuerunt, exprimentque leges eorum potestatem, dum Magistros monetarum & supremos rei monetariæ Præfectos appellant \*). Alexandri statutum iubet, Thesaurarium regni operarios conducere, mercedem iis solvere, & quæ monetæ cudendæ necessaria comparare \*\*). Cum recentiori tempore, privati officinas monetales conducerent, suis sumptibus pecuniam ad constitutum valorem cufuri, Thesaurarii cum illis conventiones inibant, providebantque ut lucrum quam maximum Reipublicæ obueniret, & omnia a conductoribus, uti convenissent, fierent: de quibus Ordines in comitiis edocere solebant \*\*\*), ac a. 1678 satisfacere promittebant, si quod ex moneta Reipublicæ

blicæ accideret \*\*\*\*) damnum. Pariter attendebant, ne quis pecuniam adulteraret, & eorum qui criminis huius rei, iudicium & penas urgebant †). Quoties de melius ordinanda re monetali consilia collata, Thesaurarios adhibitos legimus ††), quibus etiam nonnunquam iniunctum, ut modum qui maxime Reipublicæ conduceret, exponerent †††). Delegatis an. 1685 ex Senatu & ordine equestri, qui cum conductoribus officinæ monetalis Brombergensis agerent, ac id quod plures vellet decernerent, prospiciebatur iuribus Thesaurarii, ne ex hoc facto ullam diminutionem paterentur ††††). Clausæ memorato a. 1685 publica lege officinæ monetales †\*), effecerunt, ut Thesaurariorum in fabricanda pecunia cura ex illo tempore cessaret. Redegerunt tamen auctoritate comitorum, nummos extraneos ad iustum pretium, aut quod statuerant de iis Ordines, suis edictis publicant †\*\*). In comitiis conuocationis a. 1764 commissionibus thesaurorum Regni & Lituaniæ mandatum, de cudenda moneta consilia conferre, & quid constituisent, Ordinibus ad trutinam in proximis comitiis exhibere, nec non inuentioni externæ prauæ pecuniæ occurrere, & iustum eius valorem, & permissum usum litteris supremorum Thesaurariorum seu *Vniuersalibus* publicare †\*\*\*). Ita, quod alias soli supremi Thesaurarii curabant, simul commissionibus thesaurorum iniungebatur. Redite

dito per pacta conuenta Regi cudendæ monetæ iure, quo Sigismundus III. Eiusque decessores vsi, ab Ipso exactum, vt attendentibus thesaurorum commissionibus, a quibus etiam eo nomine reddenda esset Reipublicæ ratio; in publicam vtilitatem, pecunia proba in officinis Regiis cuderetur †\*\*\*\*). Postea Rex peculiarem commissionem monetalem, nullo adhibito Thesaurario, instituit, cui iam maioris Regni Cancellarius præest. De moneta, infra lib. IV. c. 12. agetur.

\*) Lascó Stat. f. 114. p. 1. Janusz. Stat. p. 308. Constit. a. 1654. p. 14. tit. Menicá. (IV. 453.)

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 114. p. 1. Janusz. Stat. p. 308.

\*\*\*\*) Constitut. a. 1633. p. 28. 29. tit. Mynicá a. 1649. p. 10. 11. tit. Mynicá. a. 1654. p. 14. tit. Menicá. a. 1667. p. 27. tit. Mynicá. (III. 800. IV. 288. 453. 949.)

\*\*\*\*\*) Const. a. 1678. p. 28. tit. Mennicá. (V. 583.)

†) Constitut. a. 1627. p. 6. tit. O mynicy. Vol. Constit. p. 839. tit. O falszywey. (III. 545. II. 1605.)

††) Vol. Constit. p. 743. tit. O monecie. Const. a. 1616. p. 5. tit. O mynicy. a. 1631. p. 6. tit. O mynicy. a. 1685. p. 15. tit. Koekwacya. (II. 1509. III. 275. 670. V. 721. 722.)

†††) Konfed. gen. a. 1668. p. 21. §. Chcac. (IV. 1045.)

††††) Constitut. a. 1685. p. 10. tit. Summa mēniczna. (V. 716.)

†\*) Constit. a. 1685. p. 8. tit. Zawarcie

†\*\*\*) Constit. a. 1710. tit. Skarb. p. 68. a. 1717. p. 64. tit. Skarb. §. Cursum. Inter Litan. p. 21. tit. Cozquatio. (VI. 183. 290. 331.)

†\*\*\*\*)

†\*\*\*) Konfed. gen. a. 1764. p. 76. tit. O metnicy.

†\*\*\*\*) P. C. Stam. Augufti. §. Gory Olkufkie.

§. LX.

Bona regia poffefforibus vacua, Thefaurarii occupabant, adminiftrabant, & reditus in Reipublicæ ærarium inferebant, donec a Rege ciuibus conferrentur \*). Nec minus illis inter regni tempore, menfæ regię bona mandata, *lib. II. c. 10. §. 19.* monuimus. In cæteris manebat eadem auctoritas Thefaurariis per interregnum, qua fub Regibus utebantur. Nunc vero quæ de Thefaurariis dicta funt, ad thefaurorum commiffiones referri debent, utpote quibus pariter cura bonorum regionum, quando vacua funt, commendatur \*\*).

\*) Vol. Conftit. p. 22. tit. O Podskarbin p. 184. §. Po Razdego. p. 841. tit. O urzędzie. (II. 618. 782. 1609.)

\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 34. §. Ponieważ Lituan. tit. Komiffyza.

§. LXI.

Supremorum Thefaurariorum alterutro mortuo, munus eius curiæ Thefaurariis adminiftrabat, idque ex Alexandri ftatuto, vices absentis fupremi Thefaurarii, curiæ Thefaurario mandante \*): cuius auctoritatem conftitutione a. 1667 firmatam \*\*) vñus fequebatur. Inftitutus autem in comitiis conuocationis an.

1764



1764 thesaurorum commissionibus, noua lex derogat veteri, quam vsus sequetur in posterum, donec mutata fuerit. Quare supremo Thesaurario mortuo, exercebit antiqua eius munia commissio, vt exercebat dum vixit. Ob Lituaniæ supremi & curiæ Thesaurariorum absentiam, a. 1733 Trocensis Palatinus, magni ducatus thesauro ab Ordinibus fœderatis præficiebatur, idque Rex sequenti anno probabat. Quod iam contingere nequit, commissione thesauri manente. De curiæ Thesaurario infra c. 10. §. 6. 7. 8. agitur.

\*) Lasco Stat. f. 114. p. 1. Ianusz. Stat. p. 308.

\*\*\*) Vol. Constitut. p. 841. tit. O'urzędzie.  
(II. 1609.)

## §. LXII.

Habebant Thesaurarii Notarios, qui præcipue rationes conscribebant. Nunc commissiones thesauri in Regno & Lituania suum habent Notarium, & præter hunc Regentem, seu præfectum tabularii vulgo *archiui*, ambo nobiles, possessionati, catholici, itinere suo idonei & iurati: nisi quod in Lituania notarii munus, custodi thesauri mandatum est, cui Regens pareat \*). Præter Notarios erant vectigalium custodes supremi vulgo *Superintendentes*, qui *cameras* vbi illa pendebantur circuitneundo, diligenter obseruabant, vt ab exactoribus vectigalium, omnia ad præscriptum

ptum fierent, & ne priuatis iniuria inferretur, aut reditus thesauri interuerterentur. Collectam in *cameris* pecuniam ipsi recipiebant, ac Thesaurario numerabant; nonnunquam merces, ex quibus pendebantur vectigalia, lustrabant & excutiebant, vt fraudi occurreretur. Iam omnes thesauri officiales a commissione, suffragiorum pluralitate eliguntur ac dimittuntur.\*\*) , nec minus pecunia ex vectigalibus reducta integre commissione exhibenda est. Cum a. 1736 Regni Thesaurario Moszynio salarium decerneretur, simul exigebatur, vt supremi illi custodes essent nobiles, vt possessionibus gauderent, vtque singulis annis coram tribunali Radomiensi, quod munere suo sancte functi essent, iurarent. Sed Radomiensi tribunali abrogato, iurant *Superintendentes* vt ceteri thesauri officiales coram commissione,

\*) Konfeder. gener. a. 1764. p. 29. Lituan. tiz Kommissya.

\*\*) Konfed. gener. p. 31.

### §. LXIII.

Cum regni Thesaurarius, in omnibus provinciis & terris, quæ ad Poloniam referuntur, potestatem suam exerceret, Prussia excipi debuisset, quæ suum Thesaurarium habet, ac ab eo ipso tempore, quo in ditionem Regis Poloniz venit, habuit. Ægre sæpe tulit regni Thesaurarius, suum munus in Prussia ab alio peragi, vt etiam in comitiis de eo quereretur,

& Thesaurarium Prussiae tanquam suum ius usurpantem, coram tribunali Radomienfi accusaret: provinciae Ordinibus suum Ministrum acerrime tuentibus. Anno 1690 lata in Thesaurarium Prussiae a Radomienfi & Petricouienfi tribunali decreta, in comitiis irrita declarabantur, & Thesaurarius in usu muneris sui, secundum vetera iura & consuetudines confirmabatur \*). Sed thesauri Regni commissio eandem potestatem quam in Polonia exercet, etiam in Prussia sibi vindicat, Prussiae Thesaurario ex munere suo solo relicto nomine, ut ne quidem inter thesauri Commissarios receptus sit. De Thesaurario autem prussico, in quantum praesentis operis ratio permittit, seorsum infra c. 11. §. 4. agitur.

\*) Constitut. a. 1690. p. 15. tit. Zniesienie kondemnat. (V. 775.)

#### §. LXIV.

Vnum de Ministris ordinis Senatorii, cuius iam facta est mentio, repetimus, non esse illis publicum salarium nisi Thesaurariis constitutum, habere tamen reditus, qui tum a privatis, tum aliunde obueniant, ac ministerium ipsorum infructuosum esse non patiuntur.

## CAP. IX.

## De Ordine Equestri.

§. I. Equestris ordo qui. Senatores huius ordinis simul esse nequeunt. Exemplum Senatoris ad Equestrem ordinem redeuntis. Huius ordinis nobiles sint immediati. §. II. De Republica in conuentibus & comitiis nobiles consultant. Quos in comitia mittunt, Nuntii terrestres vocantur. Eorum numerus. Apud Prussos numerus est incertus. Vetus querela de numero Nuntiorum ultra solitum. Zatoriensis & Osiecimensis terræ pro uno duas mittere possunt. Numerus Nuntiorum ex Sandomiriensi palatinatu, nuper uno auctus. §. III. Nuntii debent esse Romanocatholici. Ariani olim conclaui Nuntiorum moti. Vetus exemplum iuris censendi in dissidente impugnati, qui nihilominus iure illo usus. Piotrovia, quod religionis reformatæ, ius censendi negatum, cuius exemplum in omnes dissidentes derivatum. Lex aduersus eos interregni tempore lata. Inter Nuntios non electi. Lex interregni, posteriore constitutione firmata. §. IV. Equestris ordinis auctoritas in publicis consiliis. Quid suo tempore de ea Cromerus & Bielscius senserint. Quomodo olim ordo Equestris comitia irrita reddiderit. Quæ hodie unius Nuntii in suspendis comitiis

mitiis potestas. Primum ab uno Nuntio raptorum comitiarum exemplum, quod plura exceperunt. Possunt Nuntii progressum consiliorum sistere, ex qua causa tempus comitiarum sine fructu ullo absumitur.

§. V. Nuntiorum ius vetandi legibus firmatum, ut omni tempore vigeat. §. VI. Nuntios non semper ad prescriptum mandatorum agere.

## §. I.

**O**rdinis Senatorio descripto, ad Equestrem transimus. Vocatur Equestris, quia illi qui constituunt, Equestrem seu nobilium gradum non excedunt. De eius origine *cap. III. §. 3.* dictum, iam de eius conditione & potestate agendum. Ordo hic residet in nobilibus non Senatoribus, & Regi immediate subiectis ac bona terrestria habentibus. Quamvis enim Senatores nobiles esse non desinunt, segregantur tamen a nobilibus, quatenus Ordinem efficiant, quia Senatores sunt diuersi ordinis, & nemo duorum ordinum esse potest. Sigismundi Augusti tempore, Raph. Leszczynius Senatoria dignitate se abdicauit, quo ipsi ad Equestrem Ordinem redire liceret \*). Nostra aetate a. 1750 Rzewuscius Podoliz Palatinus dignitatem suam Regis consensu posuit, ut Nuntius ad comitia electus, Mareschalcus crearetur. Sed hic regressus ex Senatorio ad equestrem ordinem nonnullos offendit, ac raptorum ante  
 Mart-

Mareschalci electionem comitiorum causa exstitit. Rzevuscius vero priorem suam dignitatem resumfit. Sunt etiam inter nobiles *mediati*, quales qui in ducatu Seueriz, in Varinia, & passim alibi, qui per dominos, in quorum ditione sunt, Regi parint, inde *mediati* Regis ciues dicuntur, ac in hoc immediatis minores, quod consiliis de Republica non adhibentur.

\*) Bieles. Chr. p. 594.

## §. II.

*Immediati* & bona terrestria possidentes nobiles in publicum consulunt, & quidem in minoribus conuentibus singuli, in comitiis regni per eos, quos in comitia mittunt: qui Nuntii terrestres vocantur, quia nuntiant quid fieri velint terrigenæ seu nobiles, & conclaue in quo consilia sua seorsum conferunt, Nuntiorum conclaue dicitur. Sunt hi Nuntii, singulorum palatinatum & minorum terrarum, quibus mittendi ius est, legati, quorum numerus minor olim, multum creuit, Masouia, Lituania, Prussia, Liuonia & prouinciis aliis in communionem consiliorum receptis, vt dicendum idem de Nuntiis, quod c. 4. §. 5. de Senatoribus affirmauimus. Numerus illorum vel lege scripta vel consuetudine definitur, & cum plures venirent, ægre id tulit Sigismundus I. monuitque, vt quod in usu fuisset obseruaretur in posterum. \*).

P 3

nissent.

nissent. Illorum numerus ex Prussia fuit incertus, ut post annum 1569 ex quo tempore frequentare debuerunt comitia, & cum Polonis Lituaniisque in commune consulere, modo plures modo pauciores adessent, mansit tamen numerus vsque ad medium sæculi decimi septimi admodum modicus, qui creuit, licet non omnes qui delegati venirent. In comitiis conuocationis a. 1764, nullis quamuis ex Prussia Nuntiis præsentibus, constitutum, ut ex singulis terris vulgo *distributis* duo Nuntii in comitia mitterentur \*\*). Potest etiam Nuntiorum numerus per legem in comitiis augeri. Anno enim 1736 Zatoriensis & Oswiecimensis pro vno, duo; palatinatui Sandomiriensi pro sex, septem; in comitiis conuocationis a. 1764 palatinatui Cracouiensi pro sex, octo; in sequentibus comitiis *coronationis* palatinatui Lublinensi pro tribus, sex; palatinatui Belzensi pro quatuor, quinque; Samogitiæ pro duobus tres Nuntii concessi sunt \*\*\*).

\*) Herbut. Stat. tit. Nuntii p. 304.

\*\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 10. tit. Liczba.

\*\*\*) Constit. a. 1736. p. 108. tit. Zamiek p. 103. tit. Wrzedy (VI. 670. 667.) Konfed. gener. p. 105. tit. Przyczynienie. Constit. a. 1764. p. 58. O poslach p. 68. tit. Pozwolenie. Inter Lituani. tit. Przydanie.

### §. III.

Quomodo Nuntii eligantur, & qui eligi queant,

queant, *lib. IV. c. 1.* docetur, ubi de minoribus, qui comitia præcedunt, conuentibus agitur. Id vnum in præsens sufficiat, non posse hodie ad comitia ablegari, diuersam a Romana catholica, religionem profitentes, vt nobiles non Romani catholici iam nullius ordinis existimandi, quoniam de Republica consulere prohibentur. Motis, regnante Ioanne Casimiro, Nuntiorum conclauis Arii sectatoribus, metuebant qui in Polonia *Dissidentes* appellantur, ne idem sibi aliquando contingeret \*), peteratque pro omine eius, quod nostra aitate effectum est, haberi, cum a 1661 Principi Boguslao Radziuilio, sacris *Reformatorum* addicto, & Nuntio terrestri, a multis auctoritas censendi, *vocem abstrusam* vocant, negaretur, quam illi Rex & ex Ordinum numero alii asserabant, quæ ita utebatur Radziuilius, vt contradictione sua comitiorum progressum sisteret, quem permittebat, cum eius postulationi, ob quam consiliis intercesserat, annueretur \*\*).

Vbi in adeundis comitiis & censendo, eadem cum catholicis facultate dissidentes, vsque in annum 1718 quo in comitiis Grodnensibus, Piotrovcio, Nuntio ex Vielunensi terra, ob reformatam religionem potestas censendi negabatur, Ancuta, *Officiale* Vilnensi, qui in conclauis Nuntiorum hospes aderat, ex hac ratione, quod dissidentes ius censendi in comitiis non haberent, contradicente. Quæ intercessio viri *ecclesiastici* tanto assensu probata, vt Piotrovcio iure illo carendum esset: qui cum



contradicens ex conclavi exiret, absentis causam alter Vielunensis Nuntius frustra suscipiebat. Grodnensibus comitiis Varfaviæ continuatis, non omittebat alter ille Nuntius etiam atque etiam postulare, ut collegæ suo censendi ius redderetur, semel ac iterum ex ea causa progressum consiliorum inhibens, donec tandem desisteret. Rumpebantur comitia illa a. 1720 & post tredecim annorum intervallum, in conuocationis comitiis a. 1733 dissidentes inter Nuntios non admittebantur, neque valebat illorum contradictio, sed in generali confœderatione, dissidentibus in religione christiana ius censendi in conclavi Nuntiorum *terrestrium* negabatur \*\*\*). Hinc in conuentu palatinatum Posnamiensis & Cilisiensis ante comitia a. 1735 dissidentes obtinere nequibant, ut aliquis ex ipsis inter Nuntios electus fuisset, imo ne quidem facultas conferendi in eligendos Nuntios suffragia, ipsis permittebatur, Prussi eodem anno inter Nuntios suos ad comitia etiam dissidentes elegerunt, quibus comitiis ante electionem Mareschalci abrupta, censendi copia facta non est. Confœderatio autem anni 1733 in comitiis a. 1736 constitutione probata †), ac vtraque confœderatione anno 1764 & pactis conuentis confirmata est ††).

\*) Histor. nost. Pruss. T. VII. p. 199.

\*\*) Histor. Pruss. T. c. p. 272. 273.

\*\*\*) Konfeder. gener. an. 1733. §. Dissidentibus iednak. (V. 581.) †) Const.

†) Constit. a. 1736. p. 92. tit. Warunek. (VI. 656.)

††) Konféd. gener. a. 1764. tit. O Dyssydentack.  
P. C. Stan. Aug. §. A ze w panstwach.

§. IV.

Tanta autem est Equestris ordinis auctoritas, ut ex concordia eius consensu successus consiliorum pendeat, & vel vno Nuntiorum contradicente, nihil decerni queat. Iam *Cromerus*, Sigismundi Augusti tempore, de potestate Equestris ordinis quasi iustum modum excedente & in libidinem versa, grauiter questus est, ut exitiosam aliquando Reipublicam futuram metueret \*). *Cromero Bielscius*, ætate æqualis, consensit \*\*); digni ambo, qui sæpe ab illis legantur, quibus facultati contradicendi nullos limites statui placet, cum omne temperamentum libertati funestum confirmant. Nondum tamen, quo *Cromerus* & *Bielscius* floruerunt æuo, in vnum Nuntium hæc potestas translata erat, ut vnus tantum, quantum cæteri omnes, imo plus quam omnes reliqui valeret. Nam Sigismundo I. & Sigismundo Augusto regnantibus, si non succederent consilia, quod tamen rarius accidit, id non vnus aut paucorum Nuntiorum contradictioni debebatur, sed quod aut omnium aut plerorumque auersus animus, ac multi Senatores dissensum Nuntiorum probarent. Idem de Stephani, Sigismundi III. & Vladislai IV. regnis docet historia. Sub Ioanne Casimiro

demum, ius, quod adhuc multorum fuerat, in vnum transferri cœpit, *Sicinio*, Vpitenſis terræ in Lituania Nuntio, a. 1652 comitia rumpente: quod inſolitum & plane novum fuiſſe, hinc abunde patet, quia non tantum omnium aduertit animos, ſed Ordines etiam contradicentem diris deuouerunt, vt periret precati \*\*\*). Hoc tamen exemplum, adeo inuidioſum, ſæpius impune repetitum, comitiis a. 1654. 1665. 1666. 1668. 1669. 1670. 1672. 1681. 1689. 1696. 1701. 1712. 1730. 1750. 1752. 1754. 1758. 1762. ab vno ruptis. Eadem in ſiſtendo conſiliorum curſu viget poteſtas, vt dum cæteri progredi volunt, vnus inhibere queat, quod *ſiſtere aſſiuitatem* vocant, quæ redditur, quando contradicens ab interceſſione ſua recedit. Hoc modo ſæpe conſultationes interpellantur, & tempus comitiis lege conſtitutum, ſine fructu tranſit: cuius ſei exempla, ne alius repetam, nouiſſime anni 1738. 1740 & 1744 dederunt.

\*) *Cromer. de reb. Polon. lib. XXVII. p. 400.*

\*\*) *Diels Chr. p. 447.*

\*\*\*) *Kochov; Annal. Clim. I. p. 312. 311. Hiſtor. poſt. Prull. T. VII. p. 89.*

### §. V.

Hæc & in vno Nuntio reſidens intercedendi auctoritas, ius vetandi, vox *actiua* & libera appellatur, quam leges firmant & reſtituunt, quando per *conſiderationes*, quibus pluralitas

idem

idem consentium obtinet; eius usus interruptus fuit \*). Celebrabantur a. 1717 nouo modo paucarum horarum comitia, quibus, iure contradicendi quiescente, ea tantum recitabantur, quae inter legatos de dissoluenda Tarnogrodensi *confederatione* a. 1716 conuenerant. Tum vero proximis comitiis a. 1718 usus uocis liberae in comitiis, conuentibus & caeteris congressibus publicis, in perpetuum firmabatur \*\*). Non tamen defuerunt qui sententiam plurimorum, paucorum aut uicis contradictioni praefendam & ex ea consultationes finiendas esse existimarent, ad quorum mentem admodum Reverendus Pater Konarscius, cuius merita in re litteraria praesertim scholastica apud Polonos intra orientur huiusquam, quique in historia patriae suae uersatus egregie, librum nuper composuit, in quo docuit hanc esse viam ad consultationes peragendas & comitorum successum efficacem \*\*\*). Sed displicuit sententia aliis, neque argumentis destituti quae opponerent. Id unum nobis in mentem venit, posse plurimos in paucorum iniuriam censere & decernere. Unde iam pauci aduersus plurimos petent subsidium?

\*) Constit. 1673. tit. Constit. pacificationis p. 2. a. 1710. p. 7. tit. Diploma regium. a. 1717. initio tit. *Utwierdzenie* (V. 87. VI. 143. 230.)

\*\*) Constit. a. 1718. p. 3. tit. *Glas wolay*. (VI. 394.)

\*\*\*) Est liber polonice scriptus qui titulo *O skutecznym rad sposobie*, *Warsawie* prodit 1760.

## §. VI.

Quamuis autem nobilitatis Nuntii, eorum, a quibus missi, nomine consultant, sæpe tamen suo arbitratu agunt. Dum enim deliberationes modo morantur, modo progredi sinunt; dum ex tempore, occasione se subito offerente, aliena immiscent; dum ob priuatam causam, illis quorum legati sunt ignoratam, comitia irrita reddunt, etiam inter se dissentientibus, qui ex vno palatinatu aut terra missi: non ad præscriptum mandatorum, sed pro voluntate illos agere statuendum est.

## CAP. X.

**De Dignitatibus non Senatoriis,  
& quidem illis, quibus a  
regno & Lituania no-  
men est.**

- §. I. *Dignitatum equestrium diuisio. Primæ, quæ a regno & Lituania cognomen habent. Sunt eadem in Lituania quæ in Polonia.*
- §. II. *Quæ dignitates Casimiri M. tempore. Vocantur iam regni & Lituaniæ, qui olim curiæ Ministri dicebantur. Ordo qui inter illos, incertus.*
- §. III. *Diuisio inter togatos & militares. Qui togati. Eorum plerique in regno & Lituania singuli.*
- §. IV. *Secretarii maiores quando instituti. Arcatorum*

norum consocii. *Iurant.* Sunt sacri & sa-  
 cularis ordinis. Possunt altiorem dignita-  
 tem sperare. Eorum officium. Exemplum  
 Secretarii maioris, Cancellarii partes obeun-  
 tis & cui peculiare fuit sigillum. Ab aula  
 ne absint. §. V. Referendarii quatuor, ec-  
 clesiastici & saeculares bini. Quando cepe-  
 rint. Eorum officium & iururandum. Fa-  
 cultatem iudicandi olim non habuerunt. Post  
 sua iudicia habuerunt, quæ cum desinere de-  
 bent. Non hodie querelas priuatorum ad  
 Regem deferunt. Assident assessorialibus iu-  
 diciis. Quid in his iudiciis agant. Qua-  
 torum partes in relationum & comitialibus  
 iudiciis. Ne sine iusta causa ab aula absint.  
 Exemplum Referendarii simul Castellani.  
 §. VI. Curia Thesaurarius; Vicethesaura-  
 rius olim appellatus. Eius antiquitas,  
 Exemplum Thesaurarii curia, qui ecclesiasti-  
 cus. Olim interdum Senatores simul The-  
 saurarii curia fuerunt. Munus hoc solis  
 saecularibus seruandum. Officium & iuris-  
 randum. §. VII. Thesaurarius curia litua-  
 na. Thesaurarii curia attendunt Regis re-  
 ditibus. Thesaurariis supremis defunctis,  
 administrabant Reipublicæ ærarium, quod iam  
 aliter constitutum. Ex iis sæpe euadunt su-  
 premi Thesaurarii. Exempla quorundam  
 Thesaurariorum supremorum, qui curia  
 non fuerunt. Curia Thesaurarius supre-  
 mus creatus, hac dignitate, cessit. §. VIII.  
 Iura

*Iura Thesaurariorum curiæ, legibus firmata. Ius Thesaurarii curiæ lituanæ, in administratione bonorum mensæ regiæ saluum sit. Quid in Thesaurariis curiæ noua lege mutatum. §. IX. Succamerarii supremi regni cubiculi Præfetti. Camerarius & Subcamerarius in Casimiri M. funere. Nomen Succamerarii, cuius munus frustra aboleri Sigismundus III, conabatur. Succamerarius in Lituania. Quæ ad Succamerariorum curam pertineant. Regis persona ipsis commendata. Dolor Succamerarii, quo infcio Henricus clam ex regno abierat. Sunt circa Regem Succamerarii assidui, quem etiam in castra sequuntur. Laudatus Succamerarius, quod a Rege in acie non discesserit. Lex ne officiales aulam relinquant, in Succamerariis potissimum intelligenda. Facilis ex hac præsentia, ad Regis indulgentiam Succamerariis via. Succamerariorum exempla, qui auctoritate validi fuerunt. Succamerariorum partes, in excipiendis & deducendis exterorum Principum legatis, tum Gnesnensi Archiepiscopo. Libellos supplices privatorem ad Regem deferunt. Succamerarii qui simul Senatores. Iusiurandum Succamerariorum. Controuersiæ de finibus cum cæteris, ad eos non pertinent. Ipsorum insigne, clauis. Recipiuntur in numerum Equitum aquilæ albæ. Ex succamerariatu ad mareschalcatum ascensus. §. X. Vexilliferi*

*liferi palatinatum detestiores Vexillifero regni. Vexillifer Lituanie. Quando Vexilliferi munere suo fungantur. Vexilliferi regni presentia, dum publice feuda conferuntur. Possunt simul dignitatem militarem gerere. Vexilliferi curie. Vexillifer Plocensis & Venator regni, pro Vexilliferis regni & curie, cum Duces Curlandie feudo inaugurarentur. §. XI. Palatinatum Ensisferi Regni & Lituanie, in funeribus & inauguratione Regum, tum quando orbi Cracovia in verba novi Regis iurat, enses ferunt. Adsumt, quando Rex post orbi illius insurandam, novos Equites creat. Presentia Ensisferi regni, dum feuda conferuntur. Ensisferatus cum dignitate militari geri potest. §. XII. Magister agasonum, hodie Prefectus stabuli. Prefecti & Subprefecti stabuli in regno & Lituania. §. XIII. Prefecti culinae, Pocillatores, Incisores, Dapiferi, Subdapiferi, Pincernae. Structor mensae, idem qui Incisor. Inter Pocillatores & Pincernam quod discrimen. Quando hi mensae Ministeri adhibeantur. Venatores & Venatores curie. §. XIV. Notarii magni in Regno & Lituania. Numerus Notariorum in Regno auditur. Eorum officium. §. XV. Geometra, Tribunus & Prefectus cellae in Lituania. §. XVI. Qui & quot Ministri militares. Duces exercituum maiores & minores.*



minores. Quae horum auctoritas. Omnis  
 Dux exercitus non perpetuus. Duces in  
 unum bellum aut unam expeditionem creati.  
 Exercitus undecim Praefectis mandatus.  
 Primi Duces perpetui Sigismundi I. tempo-  
 re, quibus postea per aliquod tempus Polo-  
 nia caruit. Imperium militare in unam ex-  
 peditionem susceptum. Ipse Rex sui exerci-  
 tus Dux. Zamoiscius ad exemplum Tar-  
 nouii, supremus copiarum poloniarum Prae-  
 fectus creatus, ex quo tempore Duces man-  
 serunt perpetui. Supremus Dux in regium  
 fastigium euectus. §. XVII. Dux militiae  
 limitaneae, ex quo minor exercitus Dux or-  
 tus. Nullus aliquot annis minor exercitus  
 Dux, quem constitui, interregno urgetur.  
 Ex minoribus supremi Duces creantur. §.  
 XVIII. Duces exercitus lituani supremi &  
 minores, qui, ut in Polonia, perpetui &  
 minores in supremorum locum succedunt.  
 Exemplum supremi Ducis, praeterito minore,  
 creati. §. XIX. Duces in comitiis & ex-  
 tra comitia declarati. Candidati, qui ad  
 exercituum praefecturas euehendi, quales.  
 Ne Duces simul sint Ministri Senatorii, ne-  
 que in una familia sit Dux & Minister Se-  
 natorius. Ut praefecturae exercituum certo  
 annorum spatio circumscribantur, frustra  
 flagitatum. §. XX. Iusiurandum Ducum,  
 quod non repetitur, quando minores supre-  
 mi sunt. §. XXI. Vetus querela, quod  
 Duces

*Duces sua auctoritate minus recte. v. s. Quæ eorum potestas. §. XXII. Exercitus imperium penes Regem, si ipse præsens est. Polonus & lituanus exercitus, quisque suis Ducibus paret. Vtroque Duce absente, Præfectus extraordinarius imponitur. Exercitus polonus Triumviris mandatus. Polonus & lituanus, quisque sub suo Regimentario. §. XXIII. Exercituum. Duces, non per se sunt Senatores, possunt tamen Senatores simul esse. Pauca admodum eorum exempla, qui non Senatores fuerunt. Possunt exercituum Duces, pariter dignitatem togatam equestris ordinis tenere, non autem militarem. §. XXIV. Ducum stipendium. Vetus querela quod nimium exigerent. Olim rogatus Rex, ut Ducis reditus augetet. §. XXV. Consilium bellicum in Regno ex quibus compositum. Horum iusiurandum. Munia. Salarium. Stipendium militum augendum. Potestas Ducum belli tempore integra. §. XXVI. Consilium hoc probatum & explanatum. Aliud in Lituania institutum. §. XXVII. Notarii campestris cur instituti. Eorum iusiurandum. Quod olim eorum officium. Lusstrant exercitus, quando copię in vnum locum contrahuntur. §. XXVIII. Notariorum stipendium. §. XXIX. Ne sint simul Senatores. Notarii captiui munus, supremo excubiarum Præfecto mandatum. §. XXX.*

XXX. *Supremi excubiarum præfetti & cæsariorum Metatores, quibus in Lituania stipendium lege definitum est. §. XXXI. Rei tormentariæ Præfetti olim non fuerunt. Quando in regno & Lituania instituti. Iusjurandum & officium eorum. Pagent imperio Ducum, & ipsi militiæ tormentariæ præfunt. §. XXXII. Res tormentaria quomodo olim comparata. In eius sumtus, novæ quarta & donativum sineplex, quibus redditus, ex binis bonis regis in regno & Lituania, addi debuerunt. In Lituania redditus ex duabus tenentis & quibusdam possessionibus assignati. Rei tormentariæ in regno ex tributis subueniendum. §. XXXIII. Præfetti rei tormentariæ, in comitiis acceptæ & erogatæ pecuniæ rationes reddiderunt, quod iam coram consilio bellico fiet. Antea Præfectus Lituanus singulis annis coram tribunali thesauri reddebat. §. XXXIV. Frustra tentatum, præfecturam hanc biennio circumscribere. Præfetti non possunt simul aliud munus militare obire, Senatores tamen esse possunt. §. XXXV. Stipendium Præfetti rei tormentariæ in Lituania. Quantum Præfetto in regno pendatur. §. XXXVI. Iudices, Notarii, Regentes & alii. §. XXXVII. Præfectus curruum.*

## §. I.

**P**raeter dignitates, quibus in Senatu locus est, sunt aliae & longe plures, quae ab illis exercentur, qui non Senatores, in equestri ordine manent, ut tamen loco, nobilibus illis priores habeantur, qui dignitatibus his ornati non sunt. Possunt commode diuidi in eas, quae a regno & Lituania, quae a certis prouinciis, & quae a singulis palatinatibus ac terris nomen habent, aut intra suum palatinatum & terram exercentur. Agemus primum de iis, quae regni & Lituaniae vocabulis insigniuntur, quia caeteris praeponi solent. Erant, antequam Lituania Poloniae perpetuo foedere iungeretur, regni tantum dignitates, seu ut tum vocabantur curiae, quia ad curiam, Regis aulam, pertinebant, ut in illa exercerentur. Postea, eiusmodi dignitates pariter in Lituania coeperunt, eadem a Sigismundo Augusto arctiori vinculo Poloniae iuncta, utriusque gentis dignitates inter se miscbantur, ut poloniam eiusdem nominis lituana exciperet, non secus ac de ministeriis Senatorii ordinis obtinet. Hinc Secretarios Regni maiores, Secretarii maiores Lituaniae, Referendarios Regni, Referendarii Lituaniae, Ducem exercitus Regni supremum, Dux lituanicarum copiarum, supremum Vexilliferum Regni, Vexillifer Lituaniae sequitur. Quod pariter de caeteris, qui eiusdem nominis dignitates gerunt, dicendum est.

## §. II.

Tempore Casimiri M. erant Camerarius, Vicethesaurarius, Dapifer, Subdapifer, Pincerna, Subpincerna, Subcamerarius, Subagasus \*), & forsitan plures. A. 1436 ex curiæ ministris Brestensi paci apposuerunt sua sigilla, Mareschalcus, Succamerarius, Thesaurarius, Magister coquinæ, Pincerna, Incisor, Dapifer \*\*). Qui regnante Sigismundo Augusto, in aula ministeriis functi sint, *lib. II. c. 7. §. 2.* memorauimus. Creuit numerus, ac nomen mutatum, vt iam non curiæ, sed regni & Lituaniæ Ministri dicantur, nisi quod nonnullis præter regni & Lituaniæ, curiæ vocabulum adiciatur, vt curiæ regni, curiæ lituaniæ appellentur. Eorum ordo non plane certus est, cum alii aliis modo præponantur, modo postponantur, quod ex subscriptionibus actorum publicorum, quæ inter constitutiones inueniuntur \*\*\*) , patet. Accedit, quod ex actis publicis exemplum nullum existet, cui omnium regni & Lituaniæ Ministrorum nomina adscripta sint, vt omnium ordo doceri possit. Non ergo nobis licet, suum cuius locum assignare, facilem veniam impetraturis, si posteriorem nominauerimus, qui prior debuisset, cum legis auctoritate destituamur. *Exorbitantiæ* quidem a. 1669 commendarunt Regi futuro, vt primis post inaugurationem suam comitiis, cuius locum assignaret, quo tandem controversiæ desinerent \*\*\*\*). At neque tum, neque postea

post ea effectum est, quod *exorbitantiæ* fieri volebant.

\*) Archiadiac. Gnesn. T. II. Script. Siles. Sommersb. p. 105.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 156. p. 1.

\*\*\*) Confirmationes iurium general. Vladislai IV. Ioannis Casimiri, Michaelis, Ioannis III. Augusti II. Augusti III. Diploma electionis Augusti III. hisque subscriptiones pactorum conventorum, a Vladislai IV. tempore iungi possunt.

\*\*\*\*) Exorbit. tit. O urzędach.

### §. III.

Possunt Ministri Regni & Lituaniæ, in togatos & militares discerni, ac sunt in numero togatorum, Secretarii maiores, Referendarii, Thesaurarii curiæ, Succamerarii, Vexilliferi, Vexilliferi curiæ, Ensiiferi, Præfecti & Subpræfecti stabuli, Præfecti culinæ, Pocillatores, Incisores, Dapiferi, Subdapiferi, Pincernæ, Venatores, Venatores curiæ, Notarii magni. Militares Ministri enumerabuntur, expositis prius, quæ de togatis notanda sunt.

### §. IV.

Secretarii maiores, sunt inter Ministros non Senatorios primi. Ante Alexandrum Regem non erat maior Secretarius, sed ab illo demum, Senatorum consensu, a. 1504 instituebatur, ut *Secretariis* cæteris semotis, solus arcanorum

negotiorum esset confcius, & ad ea, ad quæ Cancellarii, admitteretur \*). Posteriori tempore eadem dignitas in Lituania cœpit. Dicti sunt ideo Secretarii maiores, quod supra omnes Secretarios eminent, quæ ex causa etiam supremi appellantur; & quia arcanorum confcii, iurant Regi per Deum, se ea non reuelaturos, & quicquid Regi, regno & Reipublicæ noxium fenserint, auersuros \*\*). Vñ obtinebat, vt maior Secretariatus non nisi viris sacri ordinis conferretur, quod ne mutaretur, cavit Episcopus Plocensis, Madalinscius, cum Ioannis III. pactis conuentis subscriberet \*\*\*). Secretario maiori *ecclesiastico*, in comitiis coronationis a. 1764 in Regno & Lituania additus alter *secularis* \*\*\*\*), vt iam bini sint maiores Secretarii. Sanxit olim Rex Alexander, vt Secretarius maior, tum aliarum dignitatum, tum cancellariatus priuus habeatur candidatus †); quod eius successor Sigismundus I. Regis arbitrio seruauit, in quantum id opportunum & Reipublicæ vtile foret ††). Hac ex causa, aliis maturius, aliis serius episcopatus aut cancellariatus contigit, præter quos, non alius honor secretariatum maiorem viri *ecclesiastici* excipere potest. Secretario maiori *seculari*, patet ad cætera Senatorii ordinis ministeria, tum ad palatinatum & castellanatum aditus. Nam inter eos, qui extra Senatum dignitates habent, ordine Notarii primi sunt. Adhibetur opera Secretariorum maiorum, si quid in negotiis

negotiis secretioribus litteris mandatum, ac in nonnullis absentium Cancellariorum partes obeunt. In comitiis, coram Ordinibus pacta conuenta, Senatus consulta, ac alia publica scripta recitant. Sigismundus Augustus absens in Lituania, regni Cancellariis destitutus, pro iis Secretario maiore utebatur, sigillo peculiari formæ quadratæ ipsi concessio, quod litteris vsque ad proxima comitia inprimeretur †††). Iudiciis Regiis assessorialibus ex hoc suo munere interfunt, ut inde dicantur Assessores illorum iudiciorum nati, & ne eorum præsentia in aula desideretur, sine iusta causa illis abesse haud licet ††††).

\*) Lasc. Stat. f. 113. p. 2. Ianusz. Stat. p. 292.

\*\*) Ianusz. l. c.

\*\*\*) Porząd. Elekeyi a. 1674. p. 28.

\*\*\*\*) Constit. a. 1764. p. 67. tit. Wrzędy.

†) Lasc. l. c. Ianusz. l. c.

††) Prikus Stat. p. 182. Ianusz. Stat. p. 287.

†††) Biels. Chr. p. 608.

††††) Tract. Varf. a. 1716. Const. a. 1717.

p. 12. §. Dadzą. (VI. 241.) Konfed. gen. a. 1764 p. 79. §. w Koronje. §. w Litwie.

## §. V.

Post maiores Secretarios, proximus locus Referendariis datur, qui numero quatuor sunt, bini regni & Lituaniæ, *ecclesiasticus* alter, alter *secularis*, idque auctoritate statuti anni 1507 quo Sigismundus I. qui in Polonia Referenda-



rios instituit, alterum *spiritualem* alterum *secularē* esse sanxit \*): ex quibus qui in hoc munere vetustior, loco prior habetur, & si alteruter referendariatus vacuus est, ita confertur, ut seculari ecclesiasticus, & ecclesiastico secularis collega contingat. Idem in Lituania usitatum, ubi ad Poloniae exemplum, anno tamen incerto, totidem Referendarii creati. Ideo autem primi in regno Referendarii instituti, ut in aula singulis diebus peracta *missa* ad prandium, & post prandium, ad coenae tempus, priuatorum querelas audirent, & de iis ad Cancellarios referrent, quo Rex liberius consiliis & actionibus aliis, animum intendere posset \*\*). A referendo, Referendariorum nomen illis inditum, & ut officio suo recte defungantur, exigit ab illis citatum statutum, ut sint iuris periti, ut iureiurando se obstringant, & aulam perpetuo sequantur. Iurant autem, dum munus suum ingrediuntur, ad certam formulam, per Deum & sancta Dei euangelia, secreta sibi credita se non propolatos; partium controuersias, postulationes iuridicas & decreta regia, nullo personarum discrimine habito, iuste secundum Dei praecipuum, ius scriptum, aequitatem relatuos; neque fauoris vel odii, neque praemii vel poenae propositae ratione habita, Deo, iustitiae, aequitati & conscientiae, in iudicando, consulendo, referendo obtemperatuos, & alia negotia sibi incumbentia fideliter & pro virili peractuos esse \*\*\*).

Dum

Dum formula hæc iudicandi facit mentionem, aut tota post Sigismundi I. Sigismundi Augusti, ino & Stephani regnum est scripta, aut vocabulum, quod iudicandi facultatem demonstrat, tum insertum fuit. Sigismundus I. enim, cum Referendarios creauit, causas iudicarias iudici seruauit, & a. 1538 illis interdixit, iudiciis intendere, aut se immiscere, id tantum concedens, vt si Rex ipse cognoscat, assideant & consulant. Quod statutum Sigismundus Augustus confirmauit, & cum ediceret, se ipsum causas in iudiciis teutonicalibus cum consiliariis iudicaturum & absoluturum, simul addidit, cancellariæ officiales cum Referendariis causas illas audituros, & partibus præsentibus Regi relatuos esse \*\*\*\*). Neque vllum est vestigium, Referendarios Stephani tempore iudicasse, quam potestatem circa finem sæculi sexti decimi, Sigismundo III. regnante, obtinuisse videntur, quia Ianuszovii statutis a. 1600 editis, iusiurandi formula de iudicando loquens, inserta legitur. Antea exercebant sua iudicia, referendariatus dicta, & in quibus causæ colonariæ iudicabantur, quæ nuper in comitiis conuocationis abrogata sunt, causis colonariis ad iudicia assessorialia remissis †). Quod ad querelas priuatorum, de quibus olim ad Regem retulerunt, priuati iam a longo tempore deserunt querelas suas Referendariis exponere, vt de iis Regi referant, sed ipsos Cancellarios addeunt. Assident Referendarii iudiciis assesso-

forialibus, & erat quondam præsentia illorum necessitas, vt minus integrum iudicium haberetur, nisi alterutro Referendariorum præsentate ††) postea iudicia assessorialia recte exercebantur, etiam vtroque Referendario absente. Nouissima tamen lex ipsos inter Assessores iudiciorum assessorialium refert, videturque eos obligare, vt iudiciis adsint †††). Munia ipsorum in assessorialibus iudiciis fuisse reperi-  
 mus, non tantum sententiam dicere, sed etiam ex indice causarum, litigantes per præconem arcessere, & decretum à Cancellario latum illis referre ††††): sed postea obtinuit, vt tantum censerent. Iudiciis relationum alteruter Referendariorum interest, qui edoctus a litigantibus, causas, ordine quo in registro scriptæ, stans contra folium regium inducit, & dum patroni agunt, & Senatores censent, sedet, post quos, ipse surgens sententiam dicit. In comitorum iudiciis, illæ sunt Referendariorum partes, vt causas ordine sibi exhibito acclamari iubeant, *terminatis* seu summæ decretorum subscribant, & ad Cancellarios mittant †\*). Quod ad ipsorum in aula præsentiam, non tantum Sigismundi I. statutum eam perpetuo sequi præcepit, sed etiam lex multo recentior, sine iusta causa abesse vetat †\*\*). Quamuis Referendarii non sunt Senatores, occurrit tamen exemplum Referendarii simul Senatoris. Pactis enim conuentis Vladislai IV. subscripsit, Maximil. Przerębscius Castellanus  
 Siradi.

Siradiensis & Referendarius regni, cuius nomen etiam sub iurium generali confirmatione eiusdem Regis legitur †\*\*\*).

\*) Priluf. Stat. p. 58. Ianufz. Stat. p. 290. Biels. Chr. p. 506.

\*\*\*) Priluf. l. c. Ianufz. p. 291.

\*\*\*\*) Ianufz. p. 290.

\*\*\*\*\*) Priluf. l. c. Ianufz. p. 291. Vol. Constit. p. 7. §. Iż w niemieckich. (II. 598.)

†) Konfed. gener. a. 1764. p. 79. §. A poniewaz.

††) Lubienf. Oper. p. 217.

†††) Konfed. gen. a. 1764. p. 79. §. A poniewaz.

††††) Lubienf. p. 218.

†\*) Constit. a. 1641. p. 8. tit. O porządku. (IV. 7.)

†\*\*\*) Tract. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 12. §. Dadzą. (VI. 241.)

†\*\*\*\*) Porz. Elek. a. 1632. p. 16. Constitut. a. 1633. p. 9. (III. 782.)

§. VI.

Theſaurarius curiæ regni, Vicetheſaurarius olim dictus, Secretario maiore & Referendariis antiquior est, cuius iam a. 1368 mentio fit \*) , & qui cum Camerario in funere Caſimiri M. a. 1370 pelues argenteas ad altare detulit \*\*). Tempore Caſimiri III. fuit Vicetheſaurarius ſacri ordinis, qui ex hoc munere ad Craſcouienſem epiſcopatum euectus \*\*\*), & eodem ſæculo, interdum Senatores ſimul vicetheſaurariatu functi leguntur \*\*\*\*), cuiusmodi exemplum

plum etiam sequenti sæculo, in Castellano Raveni Io. Lutomirio occurrit †). Quod ad sacri ordinis viros, recentiore ætate, a. 1674 Io. Szomovscius curiæ regni Thesaurarius, patris condentis Ioannis III. subscribens, munus hoc solis sæcularibus asseruit, ad statuta antiqua & constitutiones recentiores prouocans ††). Officium eius statutum Alexandri describit, ut semper in aula præsens, absentis Thesaurarii regni vicem impleat, hoc autem præsentem, nihil nisi illò conscio & ex eius consilio agat, rationibus quando redduntur interfit, & indices acceptorum & expensorum seruet †††). Quæ omnia se iam aliter habent, thesauri commissione in Regno & Lituania instituta, ut dictum supra, ubi de supremis Thesaurariis egimus. Citatum statutum a curiæ Thesaurario iusiurandum exigit, cuius formula ipsum ad ea adstringit, quæ in statuto præcipiuntur ††††). Iam alio obligatur iureiurando, quod ut reliqui Commissarii coram commissione thesauri præstat.

\*) Lasc. Stat. f. 77. p. 22.

\*\*\*) Archid. Gnesn. T. II. Script. Siles. Sommersb. p. 105. Dlug. X. 9.

\*\*\*\*) Dlug. XIII. 476.

\*\*\*\*\*) Lasc. Stat. f. 68. p. 1. f. 82. p. 2. f. 96. p. 1.

†) Vol. Constit. p. 66. (II. 657.)

††) Porz. Elek. a. 1674. p. 29. (V. 276.)

†††) Lasc. Stat. f. 114. p. 1. Ianusz. Stat. p. 308.

3. 9.

††††) Ianusz. p. 307.

## §. VII.

Ad exemplum regni, in Lituania curiæ Theſaurarius inſtitutus, quo tamen anno, ignoramus. Uterque attendit Regis redditibus, alter in regno alter in Lituania, & ſupremis Theſaurariis deſunctis, Rex illis Reipublicæ ærarium mandabat, ut adminiſtrarent, donec noui ſuccederent Theſaurarii. Nunc quia res theſauri commiſſio tractat, per mortem Theſaurarii nihil mutatur, neque maiorem poteſtatem nanciſcitur curiæ Theſaurarius, ſed cura theſauri manet, ut uiuente ſupremo Theſaurario fuit, penes commiſſionem. Sæpe curiæ Theſaurarii euadunt ſupremi, ut tamen non raro prætereantur. Sæculo præſenti, Oſſolinus & Moſzynius ex curiæ Theſaurariis, Leſzczynius, Prebendouius, Czapſcius, iam Palatini, curiæ Theſaurariis prælati, ſupremi creabantur. In Lituania, Poniatouius & Solohub ſupremi fiebant, cum antea curiæ Theſaurarii non fuiſſent. Regnante Auguſto III. Matth. Grabouſcius curiæ Theſaurarius, ſupremo theſaurariatu, quem obtinuerat, Sedlnicio Podlachicæ Palatino. Regis conſenſu, ceſſit.

## §. VIII.

Quæ ſtatutum Alexandri Theſaurario curiæ, ſupremo abſente, mandat, conſtitutione a. 1607 firmantur \*). Pacta conuenta Auguſti II, & Auguſti III. tum cætera eius iura cuſtodiant,

stodiunt, tum in facultate recipiendi proventus ex bonis mensæ regię, ac vsu suorum reddituum, a quoquam, nominatim a personis ecclesiasticis, eum impediri vetant\*\*). In subscriptione confœderationis generalis a. 1733 nonnulli Nuntii ex Lituania, ius Thesaurarii curiæ magni Ducatus, in administratione bonorum œconomicorum, Rege viuente, saluum esse voluerunt\*\*\*). \* Omnia hæc se hodie aliter habent, cum Thesaurarii curiæ non seorsum in rebus thesauri aliquam potestatem, sed simul cum cæteris Commissariis quorum collegæ sunt, exercent. Quod ad proventus ex bonis mensæ Regiæ, iam Augustus II, pro iis peculiare collegium *camera* instituit, quod Augustus III. & Stanislaus Augustus instaurarunt, vt dictum alibi. In numero horum Consiliariorum *cameræ*, vt vocantur, est Thesaurarius curiæ Regni. Cæterum thesaurariatus curiæ Regni & Lituaniæ in suis iuribus conseruari debent †). Vnum de Thesaurariis curiæ addimus, eos in comitiis conuocationis a. 1764. Assessoribus iudiciorum assessorialium natis additos, sed a Rege in comitiis post inaugurationem illorum numero exemptos fuisse ††).

\*) Vol. Constitut. p. 841. tit. O urządzie.  
(II. 1609.)

\*\*) P. C. Augusti II. & Augusti III. §. Urząd Podskarbstwa.

\*\*\*) Constit. a. 1736. p. 36. 41. (VI. 606. 610.)

†) P. C. Stan. Augusti §. Urzędy Podskarbstwa.

††) Konfed.

†) Konfeder. gener. p. 79. §. w Koronie. §. w Litwie. Constit. p. 45. tit. Wyznaczenie.

## §. IX.

Succamerarii regni & Lituaniæ, quibus alii locum antè curiæ Thesaurarios assignant, sunt supremi cubiculi regii; alter in regno, alter in Lituania, Præfecti, qui titulus etiam sub confirmatione iurium Vladislaus IV. a. 1633 legitur \*). Quare rectius supremi Cubicularii, quam Succamerarii vocantur, cum in Polonia Succamerarii plane alii sint, quam qui Regis a cubiculo, & nihil eorum Cubiculariis & supremis Cubiculariis conveniat, quæ ad Succamerariorum munia pertinent. In exsequiis Casimiri M. memoratur Camerarius, qui cum Vicesthesaurario, pelues argenteas regias & *manutergia mensalia* altari obtulit \*\*), præter quem & Subcamerarii, seu Marschalci, fit mentio \*\*\*). Obtinuit vsu Succamerarii, quasi Subcamerarii, nomen, quod vocabulum polonum *Podkomorzy* exprimere creditum. Est hæc dignitas in Polonia vna ex antiquioribus, quod ex Casimiri M. funere a. 1370 celebrato patet: quam Sigismundus III. frustra abrogate tentabat, cum leges id fieri vetarent \*\*\*\*). Quod ad Lituaniam, eius Succamerarius Pet. Radyvylovicz in actis publicis anno 1499 legitur †). Proudent Succamerarii, vt intra Regis cubiculum omnia ex dignitate fiant, & qui a cubiculo sunt, munere suo rite defungantur.



gantur. Ipsorum potissimum curæ, Respublica Regis personam commendasse videtur, ut eius saluti inuigilent, nihil quod ad aulæ splendorem, deesse patiantur, & omnibus quæ circa Regem fiant intenti sint, ne quod inde incommodum accidat. Hinc Ia. Tencinium, supremum cubiculi in regno Præfectum multum afflixit, cum ipso incio, Henricus clam ex Polonia abiisset, quod verebatur, ne fœcordiæ & neglecti officii argueretur. Quam ob rem Regem extra regnum assecutus, ut rediret supplex, sed frustra, orauit ††). Sunt Succamerarii assidui circa Regem, Eumque, siue in publicum prodeat, siue per regnum & Lituaniam iter faciat, comitantur, neque a latere Eius discedunt, quando in castris versatur: ac celebrant annales Domini. Kasanovium, regni Succamerarium, quod eius potissimum cura Casimirus III. a. 1454 e proelio ad Choiniciam saluus euaserit †††). Neque in ancipiti ad Pärcanum in Hungaria a. 1683 pugna, Regni supremus Cubicularius a Rege discessit ††††). Regi comitiis, Senatus consiliis & iudiciis præsidenti, adstant prope solium Succamerarii, potestque de illis præcipue lex intelligi, *Officiales* utriusque gentis, nisi valetudine aut publicis negotiis impeditos, a Rege discedere vetans †\*). Non alia igitur est dignitas, quæ Regi propius admoueat, facilioremque ad indulgentiam eius largiatur aditum, quam succamerariatus †\*\*), ut minus mirandum,

dum, Succamerarios interdum summa apud Reges floruisse gratia, in quorum numero Bobola & Sigism. Kazanovius fuerunt, ille in Sigismundi III. hic in Vladislai IV. aula, auctoritate multum pollentes †\*\*\*). Legati exteri, per Succamerarios Regem adeundi facultatem orant, & ex iis resciscunt, quando id Regi opportunum. Si audentia publica, a Succamerariis ante primam anticameram excipiuntur, deducunturque ad ultimam, ubi Mareschalci adsunt: idemque obtinet, quando Gnesnensis Archiepiscopus, post suum aduentum ante comitia Regem primum salutatur; cui etiam ut & legatis, in publico ingressu rhedam suam obuiam mittunt. Si priuatim audiri volunt legati, alteruter Succamerariorum in ultima anticamera opperitur eos, ac ad Regem deducit. Priuatorum preces & libelli supplices per Succamerarios ad Regiam Maiestatem deferuntur, & si ambo in aula, Poloni & Lituani, quique suae gentis Succamerarium, adeunt. Id silentio non transmittendum, succamerariatum interdum Senatoribus obuuisse, quem Henricus memorato antea Io. Tencinio, Voynicensi, Sigismundus III. Stan. Volucio, Raveni, Castellani contulit †\*\*\*\*), ut simul Castellani manerent. Ex quibus posterior, exercendo muneri per senectutem & aduersam valetudinem minus idoneus erat ††). Tertium exemplum Succamerarii simul Castellani, supra c. 7. §. 4. citatur. Iurant noui Succamerarii,

merarii, verba Cancellario praeunte, ad certam formulam per Deum & sanctam crucem Regi se fideles fore; secreta a Rege & Confiliariis secum communicata, siue ad Regem siue ad Rempublicam pertineant, in alterutrovis dampnum nemini reuelaturos; limitibus regni, si cum vicinis controuersis, Regis & Reipublicae mandato recte attenturos; aliaque negotia sibi incumbentia fideliter & pro quantum fieri possit peracturos esse\*\*†). Quod in formula iurisiurandi, de regni limitibus dicitur, ad Succamerarios non pertinet. Nam si cum vicinis de finibus controuersis, solent ex Senatu & Equestri ordine legari, qui cum vicinis agant, quod constitutiones innumeris fere exemplis demonstrant. Quando vero inter priuatos de finibus lis est, Succamerarii qui sunt in palatinatibus adhibentur. Insigne Succamerariorum est clavis aurata, quam ipsis Rex iureiurando praestito tradit, & quando opportunum fuerit, eos inter Equites aquilae albae legit. Plerumque ex succamerariatu ad mareschalcatum curiae ascenditur.

\*) Constit. a. 1633. p. 10.

\*\*) Anon. Archid. Gnesn. T. II. Script. Siles. Sommersb. p. 105. Dlug. X. 9.

\*\*\*) Archid. Gnesn. 1. c.

\*\*\*\*) Piafec. Chr. p. 300.

†) Lasco Stat. f. 130. p. 1.

††) Heidenst. p. 62.

†††) Biels. Chr. p. 403.

††††) Zalusc. Epist. T. I. part. 2. p. 448.

†\*) Tract.

†\*) Tract. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717.  
p. 12. §. Dadzā. (VI. 241.)

†\*\*) Piafec. Chr. p. 300.

†\*\*\*) Piafec. Chr. l. c. Kobierzyc. Histor. Vladisl.  
p. 918.

†\*\*\*\*) Heidenst. p. 61. 62. Piafec. l. c.

\*†) Piafec. l. c.

\*\*†) Dunczewicius in form. iurament. p. 18.

§. X.

Vexillifer regni, Succamerario ætate poste-  
rior est. Exsequiis Casimiri M. interfuerunt  
quidem duodecim Vexilliferi \*), sed erant  
Vexilliferi singulorum palatinatum, quales  
etiam quinto decimo sæculo memorantur, nul-  
la de generali seu regni Vexillifero mentione,  
vt in pugna Tannenbergenfi a. 1410 maxi-  
mum vexillum Cracouiensis Vexillifer gesta-  
ret \*\*). Anno 1499 in publicis actis Litua-  
niæ Vexillifer \*\*\*) legitur, quo tempore iam  
regni Vexilliferum fuisse, inde probari pot-  
est, quia ad exemplum Poloniæ in Lituania  
dignitates institutz sunt. Ipsum nomen, vtri-  
vsque officium signat, quod est, vt alter regni,  
alter magni ducatus vexillum ferat. Fit hoc  
in Regum inauguratione & exsequiis, ac quan-  
do Rex post inaugurationem ex arce Craco-  
viensi in urbem descendit, vt iusiurandum ex-  
cipiat, quod Varfaviæ pariter factum, Stanis-  
lao Augusto ibidem inaugurato. Idem fieret,  
si vniuersa nobilitas in expeditionem aduersus

hostes exciretur. Quando olim *feudum* Duces Prussiz solemniori ritu recipiebant, stabat ad dexterum regii solii latus Vexillifer regni cum vexillo, quod Ducibus in clientelæ signum tradebatur †); idque non minus in Curlandiz Ducibus obtinet ††), adstabatque a. 1731 Io. Branicius regni Vexillifer, cum Dux Ferdinandus in legato suo, feudo insigniretur. Possunt Vexilliferi simul munus militare gerere, fuitque regni Vexillifer, memoratus modo Branicius, exercitus poloni minor Dux, & antea supremus rei tormentariæ præfectus. Absentium autem Vexilliferorum partibus, curiæ Vexilliferi funguntur, quorum pariter duo sunt, regni alter, alter Lituaniæ, de quibus id vnum notandum, quod priorum vices obeant. Anno 1670 tenebat ad Regis solium Ducis Curlandiz feudale vexillum Plocensis Vexillifer, cum regni & curiæ Vexilliferi abessent †††); a. 1739 in Ducis Curlandiz inauguratione, Venator regni Mnizek, vicem Vexilliferi sustinebat; & a. 1765 pro Regni Vexillifero, Vexillifer curiæ aderat, cum Princeps Curlandiz Petrus pro se & patre Ernesto Ioanne absente feudum reciperet.

\*) Dlugoss. X. 9.

\*\*) Dlug. XI. 257.

\*\*\*) Lalc. Stat. f. 138. p. 1.

†) Acta & Decreta ad Duc. Pruss. pertinentia Constit. an. 1611, adiecta p. 44. 46, (III. 122. 124.)

††) Chvalc. Ius publ. p. 543. 577.

†††)

††) Chvalc. p. 534.

## §. XI.

Vexilliferis, regni & Lituaniæ Ensisferos iungimus, qui eodem quo Vexilliferi tempore instituti videntur, cum ante eos singulorum palatinatum Ensisferi essent. In Casimiri III. inauguratione, gestabat enssem Sandomiriensis Palatinus \*), quod nondum existisse regni Ensisferum demonstrat. Anno 1529 fit inter Lituaniæ Officiales, Gladiferi, qui ab Ensisfero non diuersus, mentio \*\*), neque multo vetustiore regni ensiferatum putarem. Exercent munus suum Ensisferi in Regum funeribus, inauguratione, & quando ad excipiendum iusiurandum ex arce Cracouiensi in urbem se Rex confert, enses præferentes, quibus nudatis præstito iure iurando, Rex equites auratos creans horum terga tangit. Quod autem antea de Vexilliferis diximus, exercuisse suum munus a. 1764. Varſauiz, quod ibi Rex inauguratus, idem de Ensisferis repetendum, ubi simul equites creati sunt \*\*\*). Duces Prussiæ olim feudo insigniebantur, euaginatam enssem regni Ensisfero tenente, quo Rex ad creandos Equites utebatur †): estque pariter idem Ensisfer præfens, cum Duci Curlandiæ feudum conferatur, licet equites non creentur ††). In hoc etiam Ensisferi cum Vexilliferis conueniunt, quod possint simul munus militare exercere, quæ ex causa, Stanisl. Denhof mansit regni

Enfifer, cum lituani exercitus minor Dux euaderet, posuitque enfiferatum cum Polocensis Palatinus fieret:

\*) Dlug. XIII. 27.

\*\*) Priuil. Ord. Duc. Pruss. f. 43. p. 2. Constit. edit. Nov. T. I. p. 495.

\*\*\*) Supra Lib II. c. 5. §. 15.

†) Acta & Decreta ad Duc. Pruss. pert. Constit. 3. 1611. adiecta p. 44 46. (III. 122. 124.)

††) Chvalc. Ius publ. 534 543. 577.

### §. XII.

In exsequiis Casimiri M. Subagaso memoratur \*), vnde etiam Agasonem fuisse eo tempore colligimus, qui postea Magister agasonum curiæ \*\*), tandem Præfectus stabuli dictus \*\*\*): quod nomen hodie seruatur. Est alter regni, alter Lituaniæ, qui adhuc a. 1547 Præfectus equisonum vocabatur \*\*\*\*). Neuter tamen munus suum in Regis aula exercet, sed solum nomen gerit, nihilominus vterque habet suum vicarium, suntque singuli stabuli regni & Lituaniæ Subpræfecti.

\*) Anon. Archid. Gnesn. I. c. Dlug. X. 9.

\*\*) Constit. edit. nov. T. I. p. 382.

\*\*\*) Priuil. Ord. Duc. Pruss. f. 36. p. 2. Constit. edit. nov. T. I. p. 439.

\*\*\*\*) Constit. nov. edit. T. I. p. 589.

### §. XIII.

Præfectos culinæ, Pocillatores, Incisores, Dapiferos, Subdapiferos, Pincernas regni & Litua-

Lituaniz, non disiungam, cum omnes ad Regis mensam pertineant. Ex his in aula Casimiri M. Dapifer, Subdapifer, Pincerna fuerunt \*) & paci Brestensi cum Ordine Teutonico a. 1436 Magister coquinæ, Pincerna, Incisor, Dapifer sua sigilla appenderunt \*\*). Habuit quidem Casimirus M. etiam Subpincernam \*\*\*), sed is desit, pro quo institutus Pocillator, qui Pincernam præcedit. Qui vero olim Magister coquinæ dictus, postea culinæ Magister, tandem Præfectus vocatus. In actis publicis verustioribus, interdum Structoris mensæ fit mentio, qui non aliud nisi Incisorem signabat, quod suo ordine locaret fercula, mensamque iis instrueret, antequam scinderet †). Lituaniz Pincerna a. 1499 ††), Pocillator, Structor mensæ, Dapifer serius occurrunt †††). Nihil tamen dapiferatus Lituaniz illustrius contingere potuit, quam quod, Dapifer a. 1764 ad Regium fastigium euectus sit. Inter Pocillatorem & Pincernam hoc est discrimen, quod ille Regi poculum porrigat, hic potum curet. Reliquorum munus ex ipsorum nominibus cognoscitur, quod exercent, quando Rex post inaugurationem publice, aut alio tempore solennius, exterorum tantum Principum legatis adhibitis, epulatur. At neque tum omnes, sed nonnulli qui adesse volunt, ministrant, cætera aulicis peragentibus. Memoratis mensæ Ministris, addimus Venatores regni & Lituaniz, ac Venatores curiæ regni &



lituanæ, de quorum munere quod dicamus, non habemus, nisi quod in illis filiis ubi Regiæ venationes sunt, feris attendant, ne a privatis intercipientur, & alia quæ ad Regis venationes curent. Sed forsan solum superest nomen, venationibus Regiis in Polonia & Lituania sublatis, quæ in solis bonis æconomicis exercentur.

\*) Anon. Arch. Gnesn. l. c. Dlug. l. c.

\*\*) Lasc. Stat. f. 156. p. 1.

\*\*\*) Anon. Arch. Gnesn. l. c. Dlug. l. c.

†) Priuil. Ord. Duc. Pr. f. 36. p. 2. Constit. nov. edit. T. I. p. 439.

††) Lasc. Stat. f. 130. p. 1.

†††) Constit. nov. edit. T. I. p. 495.

#### §. XIV.

Sunt Regni & Lituaniæ Notarii, magni dicti, vt a reliquis Notariis quorum multi ac diversi generis sunt, distinguantur, cum notariorum vocabulum, tam late se extendat ac scribarum & secretariorum. Fuit autem ad proxima coronationis comitia in Regno vnus magnus Notarius, isque ordinis sacri, cui in iisdem comitiis tres sæculares additi, vt vtriusque gentis Notarii magni, & numero & conditione pares essent \*), quia Lituania quatuor habuerat, vnum ecclesiasticum & reliquos sæculares. Officium illorum patet ex iureiurando, quo se obligant: se secreta, quæ sibi a Rege & Eius Consiliariis dicta fuerint, in iacturam

ram Regis aut Reipublicæ pandere nolle, omnia sibi concredita fideliter seruare, expeditiones sine grauamine requirentium, nihil iuri & iustitiæ ipsorum derogando, expedire, donationes secundum voluntatem Sacræ Regiæ Maiestatis, Cancellarii vel Vicecancellarii scribere, membranas & litteras pergameneas sine scitu & expressa voluntate Sacræ Regiæ Maiestatis, Cancellarii vel Vicecancellarii nemini extradere, & quidquid sciuerint commodum, sine incommodum, S. R. M. concernens ad Maiestatem Regiam deferre, aliaque negotia officio suo incumbentia fideliter & quantum fieri posset, peragere & in iudiciis iuste sententiam dicere velle \*\*): vbi per iudicia intelliguntur iudicia assessorialia, quorum nati & perpetui assessores sunt.

\*) Constit. comit. coron. p. 67. tit. Vrzędy.

\*\*\*) Dunczewscii form. iurament. p. 20.

#### §. XV.

In Lituania sunt tres *dignitarii* generales, qui in Polonia non habentur. Geometra, Tribunus & Præfectus cellæ, de quibus in legibus nihil inuenimus, vt videantur nomen tantum gerere, sine, quod peragant, munere.

#### §. XVI.

Togatis militares addimus, in quorum numero sunt, Duces exercituum maiores & minores,

nores, Notarii campeſtres, ſupremi exeubiarum Præfecti, Metatores caſtrorum, Præfecti rei tormentariæ regni & Lituaniæ ſinguli: quibus nuper totidem Iudices, Notarii, Regentes additi ſunt. / Exercitui polono & lituano, ſuus cuique præſt Dux, qui quod poteſtate primus, ſupremus vocatur. Huic proximus, minor ſeu campi Dux, qui abſentis ſupremi vices in exercitu obit, & ſi præſens, ita imperii participes eſt, vt præcipua auctoritas penes ſupremum maneat. Cum nondum perpetuus miles, neque Duces erant perpetui, ſed creabantur, quando ſcriptus exercitus in hoſtem ducendus eſſet, ac cum bello aut expeditione deſinebant. Vladislaus Iagello ante prælium Tannenbergenſe, polono exercitui Zindranum de Maſchcowycze, Cracouienſem Gladiferum præfecit, cum nemo ex Bohemis & Morauis imperium ſuſcipere vellet, lituanum ipſo magno Lituaniæ Duce Alexandro regente \*). Idem Rex, quia ipſe per ſeneſtutem præſeſſe nequibat, exercitum vndecim viris mandauit \*\*); ac paulo poſt, copiis in Podolia duobus alios, & quas in Lituaniam mittebat, vnum Ducem impoſuit \*\*\*). Illius filius Vladislaus, exercitum ſub duobus Palatinis, Poſnanienſi & Sandomiriænſi, Bohemiam inuadere iuſſit \*\*\*\*). Huius frater Caſimirus III. duobus exercitibus a. 1450 in Moldatiam miſſis, diuerſos præfecit Duces, priori vnum, poſteriori duos; copiis quibus a. 1454 ad Choiniciam in teutonum

nicum Ordinem pugnabat, tres Palatinos & vnum Castellanium; & quas a. 1474 aduersus Regem Hungariæ mittebat, solum Mareschalcum regni †). Sigismundo I. regnante, acta publica Campiductorem regni generalem seu supremum memorant, quo probatur, tñ non pluribus sed vni, neque in vnam expeditionem, sed in omnia, quæ gerenda, bella, summam exercitus præfecturam mandatam esse. Primus autem hoc titulo a. 1512 insignitur Nic. Kamieniecus, Palat. Cracouiensis, & post hunc Nic. Firley de Dąbrowiza, Cracov. Castellanus ††). Io. Tarnouius pariter Cracov. Castellanus, magnam ex imperio militari consecutus auctoritatem, vt etiam regnum animo agitare argueretur †††), quem sub Sigismundo Augusto a. 1561 defunctum, Nic. Sieniauius excepit: quamquam Tarnouius, capitaneatum cracouensem sibi negatum ægre ferens, iam tempore Sigismundi I. se præfectura exercitus abdicasse dicatur \*†). A morte Sieniauii, non alius in eius locum successit, sed Georgio Iazlouiecio securitas finium a Sigismundo Augusto mandata, vt munia Ducis obiret \*\*†). Vacua adhuc a. 1579 quo bellum in Russos suscipiebatur, exercitus suprema præfectura, Rex Stephanus de imponendo Duce Senatores consulebat, qui cum docuissent, posse hoc munus in perpetuum, aut in vnum & plura bella conferri, plerique auctores erant, vt Rex Ducem pro solo præfenti crearet. Tum deferebat hanc dignitatem Rex Nicol. Meletio, Podoliz.

liæ Palatino, qui regnante Sigismundo Augusto copias duxerat, & qui tum propter valetudinem, tum ob alia, in vnam modo expeditionem imperium militare recipiebat, neque perimoueri poterat, vt illud & altera exerceret. Inde Rex qui ipse exercitui præerat, præcipue opera Io. Zamoiscii, regni Cancellarii, vtëbatur, quem anno sequenti 1581 in castris, ore Mareschalci curiæ, perpetuum Poloni exercitus Ducem declarabat, vt eadem auctoritate qua priores, nominatim Io. Tarnouius, vterentur \*\*\*†). Ex quo tempore, Supremi copiarum Præfecti creati sunt perpetui, ac omnes qui fuerunt, in hac statione defuncti, præter vnum, Ioannem Sobiescium, qui ex illa, regiæ dignitatis fastigium conscendit.

\*) Dlug. XI. 226. 240.

\*\*) Dlug. XI. 591.

\*\*\*) Dlug. XI. 618.

\*\*\*\*) Dlug. XII. 701.

†) Dlug. XIII. 59. 154. 518.

††) Constitut. edit. nov. T. I. p. 382. 399. 439. 559. 583.

†††) Vita Pet. Kmithæ Dlugoff, T. II. p. 1628.

\*†) Vita Pet. Kmithæ p. 1629.

\*\*†) Heidenst. p. 5.

\*\*\*†) Heidenst. p. 126. 143. 145. 148. 172.

## §. XVII.

Dux exercitus poloni minor, ex Præfecto militiæ limitaneæ ortus est. Erat iam antiquis temporibus in Podolia & vicinis terris miles stipendiarius, pro limitum securitate aduersus Tatta-

Tattaros excubans, cuius Dux, Casimiri III. tempore, Podoliæ Capitaneus \*), postea militiæ limitaneæ, aut copiarum russicarum Præfectus, a *Bielscio* etiam res Sigismundi I. describente, Dux campi *Hetman polny* \*\*) appellatus. Eiusmodi Præfectus in finibus erat, cum nondum supremus copiarum Dux existeret, & cum supremi dignitatem vacuam mallet Sigismundus Augustus, constituebat a quo miles in finibus regeretur, quod proximus §. docuit. Præerat eidem militi Nic. Sieniauius qui a Stephano in Lituaniam aduersus Moscos arcessebatur, antequam Zamoiscius Dux supremus crearetur, ac Rege præsentem vltimum agmen in exercitu ducebat \*\*\*), in eodem gradu manens, cum Zamoiscius in primum eueheretur. Sieniauius defuncto, aliquot annis successor non contigit, & dum interea Stephanus REX moreretur, illi qui in Zamoiscium supremum Ducem inuidia flagrabant, in comitiis conuocationis acerrime vrgendo effecerunt, ut limitaneo militi Nicolaus Herburtus, Haliciensis Succamerarius, imponeretur \*\*\*\*), quem hoc munus sub Sigismundo III. Stephani successore, exercuisse haud reperimus, verum Stanislaum Zolkieuium, Ducem exercitus minorem seu campi creatum fuisse. Quod nomen pro Duce limitaneæ militiæ obtinuit, & in præsentem ætatem seruatur, tribuendumque pariter consuetudini, quod ex illo tempore minor exercitus poloni Dux, in supremi

mi locum suffectus, neque ipsi prælatus sit alius.

\*) Dlug. XIII. 213.

\*\*) Biels. Chron. p. 562.

\*\*\*) Heidenst. p. 149. 152.

\*\*\*\*) Heidenst. p. 244. 246. Konfeder. gener. a. 1587. §. Poruczamy tedy.

### §. XVIII.

Inter lituani exercitus supremos Duces, primus memoratur Pet. Bialy a. 1496 defunctus, cui Constantinus Dux Ostrogus successit \*): & in actis publicis a. 1505 Stanisł. Kyzka, generalis Campiductor magni Ducatus Lituaniæ, occurrit \*\*). Sigismundo I. regnante, duo lituanis copiis præerant \*\*\*), quorum alter pro minore Duce haberi potest, qualis pariter intelligendus est, quando sub Stephano Rege, Præfecti militis limitanei in Lituania mentio fit †). Quod de Ducibus exercitus poloni diximus, supremos hanc suam dignitatem pro alia non ponere, & minores in supremorum locum euehi, idem etiam de Lituanis affirmandum, nisi quod a. 1624 Sigismundus III. auerso a minore Præfecto, Christoph. Radziulio, animo, Palatinum Vilnensem, Leonem Sapieham, fere octogenarium & militiæ rudem, supremum Ducem declaravit ††).

\*) Koialov. Histor. litv. part. II, p. 272.

\*\*) Lasc. Stat. f. 120. p. 1.

\*\*\*) Biels.

\*\*\*) Biels. Chr. p. 525.

†) Heidenst. p. 152.

††) Piaſec. Chr. p. 369.

### §. XIX.

Iam Sigismundi I. tempore, exercitus ſuprema præfectura, non niſi in comitiis conferebatur \*), quòd poſtea etiam extra comitia fiebat. Lege recentiore conſtitutum, ut Duces tantum in comitiis crearentur, quam abrogatam, ac Regi poteſtatem, qua ante legem uſus, redditam eſſe, *lib. II. c. II. §. 3.* expoſuimus. Contra viget lex de candidatis præfecturarum, ut ſint nobiles, de Republica bene meriti, idonei & qui poſſeſſionibus gaudeant \*\*). Nec minus id obtinet, quòd exercituum Duces ſimul ordinis ſenatorii miniſtri, ac in vna familia exercitus præfectura & miniſterium ſenatorium eſſe nequeant, ut *§. 13. libri Et capituli citati* diximus. In hoc Golembienſis confœderatio, Michale regnante, fruſtra fuit, Ducum poteſtatem biennio circumſcribens, ut poſt hoc ſpatium noui ſufficerentur \*\*\*), nec noq̄ illorum poſtulationo, qui a. 1676 in comitiis poſt Ioannis III. inaugurationem flagitabant, ne Duces ultra tres annos munus ſuum exercerent, quamuis Rex, ipſe olim ſupremus exercitus poloni Præfectus, huic conſilio fauebat \*\*\*\*). In hunc enim uſque diem, ſupremi Duces, quòd *§. 16.* docet, munus ſuum eum vita finiunt & minores in eorum locum ſuccedunt. \*) Vita



\*) Vita Pet. Kmithæ Dlug. T. II. p. 1620.

\*\*) Tract. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 31.  
(VI. 257.)

\*\*\*) Zalus. Epist. T. I. p. 409. 455. 459. 460.

\*\*\*\*) Zalus. Epist. T. I. p. 679.

### §. XX.

Iurant Duces, statim ac renuntiati sunt, quod ut fieret, in comitiis a. 1654 & 1676 frustra exactum \*), demum a. 1716 per Varfaviensem compositionem sanciebatur, scripta duplici formula, altera pro Ducibus qui tum erant, altera pro iis qui in posterum creandi essent \*\*). Pronuntiant autem Deo teste & vindice inuocato, se Regi & Reipublicæ fideles, munus suum ad leges quæ de illo inter Regem & Ordines a. 1716 conuenerunt peracturos; fideliter exercitui præfuturos; eum grauioribus, ac fas est, incommodis, aut laboribus in priuatum usum haud oneratos, sed tantum ad reprimendam hostium externorum & domesticorum vim adhibitos; fines regni ex dignitate & securitate Regis & Reipublicæ pro viribus defensuros; turbis intestinis, Reipublicæ adfuturos; cum externis Principibus nullum litterarum commercium Regi & Reipublicæ noxium sibi fore, neque illis se parituros; tempore electionis regis in finibus cum milite mansuros, & longe ab omni factione, solius Reipublicæ, in nullas partes distractæ, mandata impleturos; **Mareschalcorum**

rum ac iudicum tribunaliſſimorum, aliorumque officialium terreſtrium, electiones, tum conuentus palatinatuum & terrarum vi militari non turbaturos; incolis nulla damna illaturos & ne a militibus inferantur prouiſuros; bona ſua publicis tributis non exempturos; honoraria non accepturos, & quo minus a militibus exigantur, impedituros; ad occupanda priuatorum bona, de quibus coram iudicio litigatur milites non daturus; a iudicio damnatos in tutelam haud recepturos, neque illis militare præſidium conſeſſuros; & ne militares præfecti ex *diſſidentibus*, catholicis numero in exercitu pares ſint, curam adhibituſſuros eſſe. Ad eandem formulam, tum ſupremi tum minores Duces fidem ſuam obſtringunt; quare iuſiurandum non repetitur, quando minores ſupremi euadunt: quod etiam exempla ſequentium temporum demonſtrant.

\*) Hiſtor. noſt. Pruff. T. VII. p. 112. Zal. Epiſt. T. I. p. 679.

\*\*) Tract. Varſ. a. 1716. Conſtitut. a. 1717. p. 31-36. (VI. 258-262.)

## §. XXI.

Vt memoratum iuſiurandum pluriſſima continet, quæ a Ducibus fieri vel non fieri debeant, ita non diffitemur, acta ab iis quondam, aut eorum culpa a militibus admiſſa, quæ ciuibus moleſta, & frequentium querelarum cauſa fuerunt, quibus ordinata melius a. 1716 militia,

Tom. II.

S

noua

noua lege in posterum obuiam itum. Manet illis potestas, Reipublicæ iussu in hostem pugnandi, ac limites custodiendi & a vi defendendi, vt eam in rem mandata ad milites dimitti possint: sed pecunias pro exercitu imperare; eundem in plures partes diuidere; singulas sub suo præfecto, seu *Regimentario*, ad extorquenda tributa mittere; numerum militum a Rege & Republica constitutum mutare; præfectos extraneos in iniuriam indigenarum admittere; publica vero pro exercitu tributa ex suis bonis negare, prohibentur: vt si secus fecerint, & damnum ab iis sarciendum & poena perduellionis subeunda sit. Castra autem iis metari, nisi ex iusta causa haud licet, & exercitus recto itinere non per deuia ducendus, milite vbique modeste se gerente, & damno si quod datum fuerit, a Ducibus reparando.\*).

\*) Traët. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717. p. 29. 30. (VI. 255-257.)

## §. XXII.

Regunt exercitus supremi Duces, his absentibus minores, sed si Rex præsens, penes ipsum est imperium, quod *lib. II. c. 12. §. 15.* demonstrauimus. Hinc a. 1698 merito supremi Ducis mandatum, Rege, qui in castris erat, inscio, datum reuocabatur: & a. 1724 culpam passus supremus Dux excusabat, cum Rege præsentem & ignaro, ad Varlaviam quædam fieri iussisset. Quisque exercitus, polonus & lituanus, suis Ducibus

cibus paret, vt neque polono lituanus, neque lituano exercitui polonus Dux præesse possit.

Vacua in expeditione Chotimensia. 1621 exercitus poloni suprema præfectura, & minore Duce apud Turcos captiuo, Rex Stan. Lubomirium, regni Pincernam, extra ordinem Poloniæ præficebat, licet supremus Lituani exercitus Dux expeditioni præesset: & cum supremus ille in eadem expeditione moreretur, neque minor Dux esset, copiæ lituanæ a suæ gentis præfecto, Alexandro Sapieha, regebantur \*). Interregno post Vladislaum IV. vtroque Duce ab hostibus capto, non transibat ad Lituanos poloni exercitus imperium, sed Triumviri, qui eundem regerent, creabantur \*\*). Regnantè Augusto II. polono & lituano exercitu, suis Ducibus orbato, Rex cuique gentis suæ Præfectum temporarium, cui *Regimentarii* nomen, imponebat, donec ordinarii Duces renuntiarentur. Cum enim illo tempore lex de Ducibus exercituum non nisi in comitiis creandis vigeret, expectanda erat illa opportunitas, & interea militare imperium alicui extra ordinem in tempus mandandum, idque *tractatus Varsoviensis* auctoritate \*\*\*). Id plane singulare & sine exemplo, in comitiis conuocationis a. 1764 abrogato Ducibus imperio, exercitui Regni Palatinum Russiæ tanquam Regimentarium generalem ab Ordinibus præpositum fuisse \*\*\*\*).

\*) Piafec. Chr. p. 343.

\*\*\*) Kochov. Annal. Clim. I. p. 41. Hist. noſt. Pruff. T. VII. p. 3.

\*\*\*\*) Tract. Varſ. a 1716. Conſtit. a. 1717. p. 31. (VI. 257.)

\*\*\*\*\*) Konfed. gen. a. 1744 p. 10. Poſtanowienie.

### §. XXIII.

Non quidem exercituum Duces per ſe ſunt Senatores, ſolent tamen plerumque ſimul eſſe Palatini aut Caſtellani, quo inter Senatores locum habeant. Interdum, ſed rarius, eiſmodi Senatoria dignitate deſtituuntur, & tum in equeſtri ordine manent: vt ſuperiore ſæculo Chriſtoph. Radzivil & præſenti Mich. Wiſnioviecius, Duces exercitus lituani minores. Stanisl. Denhof fuerat aliquot annos minor Dux lituanus, antequam per palatinam dignitatem Senator euaderet, & Io Branicius per vndecim annos Dux campi, factus Palatinus Cracouiſis, in ordinem Senatorium recipiebatur. Poſſe exercituum Duces ſimul togatam dignitatem equeſtris ordinis gerere, §. 10. & 11. probauimus. De militari aliter ſentiendum, abdicabatque ſe præfecturæ rei tormentariæ memoratus Branicius, cum minor exercitus Dux crearetur, vexilliferatum regni retinens.

### §. XXIV.

Ducibus exercituum a. 1717 annuum eſt ſtipendium decretum, ſupremis centum & viginti,

ti, minoribus octoginta florenorum millium. Alia summa annua centum florenorum millium, supremis Ducibus constituta, in certos sumtus eroganda ac in rationes referenda. Hæc pecunia pro Ducibus polonis ex hibernis, pro lituanis ex tributis *Czopowe*, *Szèleżne* & quod Iudæi pendunt, redigitur \*). Habebant etiam antea suos redditus Duces, ex thesauro, hibernis, quarta, militum donatiuis, & aliis; sed summa erat incerta, ac querelæ auditæ, quasi Duces plus, quam fas esset, exigent. Sigismundum I. orabant Senatus & Nobilitas, ut stipendium Ducis poloni augetur, quo in castris assiduus esse, & munitis suum ex dignitate Reipublicæ sustinere posset \*\*).

\*) Constitut. a. 1717. p. 57. tit. Dyspozycya hiberny. Litv. p. 10. II. tit. Czopowe.

\*\* ) Priluf. Stat. p. 954. 955.

### §. XXV.

Vt vero supremorum Thesaurariorum, ita Ducum exercitus Poloni potestas, in comitiis conuocationis anno 1764 consilio bellico seu comissione militari circumscripta est, ut quæ antea a solis Ducibus peracta, iam in posterum simul cum nouo hoc consilio peragi deberent. Tum nominati quatuor Senatores, & duodecim Nobiles qui vna cum Ducibus novum hoc consilium componerent, & cui Dux supremus, hoc absente, Dux campi, & neutro præsentem, primus ex Senatoribus

præsideret. Consilium hoc Varſaviæ habendum & quidem primum poſt Regis inaugurationem, præſtito iureiurando, cuius formula conſilii officium continet, ſcilicet excutere rationes militares acceptorum & expenſorum; de locis pro militum hoſpitiis deliberare; num quod iusiurandum Ducum exigat, præſtitum expendere; omnia quæ ad iuriſdictionem conſilii pertineant, ſecundum iura & iuſtitiam peragere; ſententiã ad præſcriptum legum & articulorum militarium dicere; & omnia ad ſolum bonum publicum dirigere. Debebant ergo omnia, quæ in rebus militaribus in tribunali Radomiænſi tractari ſolebant, a nouo conſilio bellico peragi, idque haberi ſingulis annis per hebdomades quatuor, ſingulis Conſiliariis annuo duodecim millium florenorum decreto, & Ducibus ſalario ſuo quod ſupra memoratum, confirmato. Ab hoc conſilio conſtituendi in ſingulis partibus exercitus particulares iudices ad cauſas militares iudicandas, ſalua ad conſilium appellatione. Legationes a porta Ottomannica ad Duces miſſæ, non aliter niſi coram conſilio audiendæ, & litteræ ſi tempore comitiorum adferantur, cum Rege & Ordinibus, ſi extra comitia cum Rege & reſidentibus ad Eius latus Senatoribus communicandæ, & ex mente Regis & Reipublicæ, aut Regis & Senatorum reſidentium, cum ſubſcriptione Ducum & Commiſſariorum, reſpondendum eſt. Attendendum pariter conſilio,

vt

vt *regimina* & vexilla in Regni exercitu iustum numerum militum contineant, ac suo tempore de augendo militum stipendio, scriptum ab ipso exhibendum, vt commissio thesauri auctum stipendium prouideat. Tempore autem belli & quando exercitus in castris, plane sub potestate Ducum eorumque iudiciis milites relinquuntur \*). Quod ad Duces exercitus Lituani, illis prior auctoritas integra tum manebat, nullo illis adiuncto consilio bellico \*\*).

\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 51. tit. Kommissya.

\*\*\*) Konfed. gener. Lituani. tit. Zachowanie.

### §. XXVI.

Novum consilium bellicum in sequentibus comitiis confirmatum est, eiusque initio prima dies Martii sequentis anni 1765 decreta, vt que haberetur quoties necessitas exigeret, tempore constituto non expectato, dummodo quinque Commissarii adfuerint. Datum est etiam consilio peculiare sigillum citationibus, mandatis & aliis litteris imprimendum &c. \*). In iisdem comitiis eiusmodi consilium bellicum, pariter Ducibus Lituani exercitus, frustra illis contradicentibus, additum est, & quidem ad normam consilii Poloni, nisi quod numerus Consiliariorum minor esset, duobus Senatoribus & septem Nobilibus nominatis, qui Grodnam conuenirent, & suos confessus die 25. Februarii anni 1765 inciperent, postea illos eodem tempore, quo commissio thesauri,



haberent. Pensio ipsis, quanta Commissarii thesauri Lituani decreta est \*\*). Eodem tempore commissioni mandatum, codicem militaris disciplinæ componere, proximis ordinariis comitiis Ordinibus, vt expendatur approbeturque, exhibendum \*\*\*).

\*) Constit. comit. coron. p. 55. tit. Deklaracya.

\*\*\*) Constit. Lituan. tit. Kommissya woyskowa.

\*\*\*\*) Constit. a. 1764. p. 56. tit. Deklaracya szadowey.

### §. XXVII.

Præter Duces, vterque exercitus suum Notarium campestem habet, ideo institutum, vt milites & equos lustraret, singulos consignaret, & stipendium numeraret. Eius iusiurandum iam a Sigismundi I. tempore legitur, quo per Deum & Christi sanctam crucem se obstringit, se omnia damna in exercitibus diligenter prouisurum, omnes equos tam amillos afflictosque, quam in militiam comparatos comparandosque, ex fide annotaturum, & damna militum equorumque Regi vel supremo exercitus Duci expositurum esse \*). Sunt etiam superiori tempore leges scriptæ, quæ Notario iniungunt, vt pedites singulis mensibus, equites quouis trimestri, hocque spatio etiam totum exercitum lustret \*\*). Quod ita intelligendum, si miles in castris aduersus hostes habetur: quo tempore, vt perpetuo Notarius, vel is, quem sibi suffecerit iuratum, præ-

sens

sens fit, exigitur, secus negligentiz a Nuntiis in comitiis arguendus \*\*\*). Debebat etiam quouis trimestri spatio, index totius exercitus Notarii manu subscriptus Thesaurario, & in comitiis Nuntiorum Mareschalco exhiberi, ne maiori numero, quam qui in indice, stipendium numeraretur †). Sed ordinato an. 1717 aliter utroque exercitu, usu non vigent, quæ olim Notariis campesribus iniuncta, nisi quod vetera iura de lustratione exercitus in campo, constitutio illius anni salva esse iubet ††): & quamvis de solo Notario regni loquatur, simul id lituano seruit, quia Lituani, quicquid de disciplina poloni exercitus sancitum, & ad suos milites pertinere voluerunt †††). Est autem sermo de lustratione generali, quæ fit, quando copiz in vnum locum contrahuntur. Institutz nuper militares commissiones, curant quæ exercitibus conducere videntur.

\*) Priluf. Stat. p. 951. Ianuz. Stat. p. 707.

\*\*) Constit. a. 1621. p. 20. tit. O pisarzu. a. 1633. p. 19. tit. O pisarzu polnym. a. 1654. p. 5. tit. O substytucie pisarza.

\*\*\*) Constit. a. 1628. tit. O pisarzu polnym.

†) Constit. a. 1654. p. 5. tit. O substytucie pisarzu.

††) Constit. a. 1717. p. 60. tit. Disciplina militaris, in fine.

†††) Constitut. a. 1717. inter Lituani. p. 2. tit. Disciplina.

## §. XXVIII.

Iam antiquitus Notariis stipendium constitutum fuit, quod in nostrum diem manet, & utrique a supremo suo Duce, ex summa in certos sumtus illis credita, & §. 27. memorata, penditur, & quidem regni triginta \*), Lituaniæ Notario quindecim florenorum millium \*\*) in annos singulos.

\*) Constit. a. 1717. p. 57. tit. Dyfpozycya.

\*\*) Constitut. a. 1717. inter. Litan. p. 10. tit. Czopowe.

## §. XXIX.

Cum Vladislai IV. tempore, Notarius campestris simul esset Senator, lex huic muneri Senatoriam dignitatem in posterum iungi vetabat \*): & regnante Ioanne Casimiro, Notarii per captiuitatem absentis partes, supremo excubiarum Præfecto, dum ille rediret, mandabantur, ac ex hac causa solitum Notarii iusiurandum ab eo exigebatur \*\*).

\*) Constit. a. 1633. p. 19. tit. O pisarzu.

\*\*) Constit. a. 1654. p. 5. tit. O substytucie pisarzu.

## §. XXX.

De supremis excubiarum Præfectis & castrorum Metatoribus, quorum in exercitu polono & lituano singuli, leges nihil præcipiunt. Munia eorum militia docet, quæ exercent quando

quando copiz aduersus hostem ducuntur. Vladislaus Iagello anno 1410 pro expeditione Prussica in Equites Teutonicos, duos constituit castrorum Metatores \*). In actis publicis a. 1569 inter *dignitarios* etiam castrorum Metator, *Obozny*, legitur \*\*): quod documento esse potest, munus hoc tum non in vnam expeditionem & ad certum tempus, sed ad omnia bella & in perpetuum, aut donec cum alia commutaretur dignitate, collatum fuisse. Supremo excubiarum Præfecto & castrorum Metatori lituanis, annum stipendium, illi quindecim millium, huic mille & quingentorum florenorum, lex decernit \*\*\*); quid polonis præstetur, legis silentio transmittunt.

\*) Dlug. XI. 228.

\*\*\*) Vol. Const. p. 155. (II. 751.)

\*\*\*\*) Constit. lituan. 1717. p. 10. tit. Czopowe. (VI. 318.)

### §. XXXI.

Rei tormentariæ Præfecti, qui etiam *artilleriæ Magistri generales* vocantur, post metatores castrorum locum habent, quia post hos instituti. Nuper tamen aliquis iis post Notarios campestris ante castrorum metatores & excubiarum Præfectos locum assignauit, sed nullius legis auctoritate. Antea, Reges in expeditionibus tormentorum & apparatus bellici curam, alicui ex militaribus præfectis mandare solebant, vt Stephanus, Stan. Kostka, Culmensi,

inensi, Sigismundus III. Io. Schortziö, Mariazburgensi Succamerario \*): alia exempla filemas Vladislaus IV. in pactis suis promisit, nobilem & cui possessiones sint,\* alterum in regno, alterum in Lituania, vtrumque iuratum, rei tormentariae præponere & redditibus instruere \*\*): ac primum Præfectum in regno, Paul. Grodzicium a. 1637 in Lituania sequenti anno, Nicolaum Abrahamovizium creavit \*\*\*). Ambos iurant, se, proventus in apparatus bellicum destinatos, non in alia erogatos esse †): & eorum est officium, armamentaria instaurare & facta ac tecta seruare; tormentorum, pulueris, glandium & reliqui apparatus bellici copiam augere; quicquid provisum custodire & in indices referre; ac eo curare, quo supremus exercitus Dux aduehi iusserit ††). Reuerentur Ducum imperitum †††), vti ipsis parent qui ad militiam tormentariam pertinent \*†), eorumque præsentiam, quoties exercitus in hostem ducitur, lex exigat \*\*†).

\*) Heidenst. p. 149. 371.

\*\*) P. C. Vladislai IV. §. A iz apparat.

\*\*\*). Constit. a. 1638. p. 13. tit. Oeconomia bellica p. 27. tit. Czekhauzy W. X. Litan.

†) Zalasz. Ius regni Pol. T. I. p. 749. Duaneczvscii form. iurament. p. 22. 23.

††) Constit. a. 1638. p. 13. tit. Oeconomia bellica, p. 27. tit. Czekhauzy W. X. Lit. Constit. litan. a. 1667. p. 12. tit. Porzadek artylleryi.

†††) Con-

††) Constit. a. 1637. p. 8. tit. Quarta na-  
armate. a. 1638. p. 13. tit. Oeconomia  
bellica.

\*†) Constit. a. 1641. p. 9. tit. Ratificatio.

\*\*†) Constit. a. 1653. p. 7. tit. O Generale.

### §. XXXII.

Res tormentaria olim publicis sumptibus pro-  
videbatur; quod suis se facturos Henricus &  
Stephanus promittebant \*), & Sigismundi  
III. pactis, tormenta, pulverem & globos ex  
Suecia, Regis impensis apportatum iri, spon-  
debatur \*\*). Amissa Suecia, præstari promif-  
sum non poterat, sed pecunia in rem tormen-  
tariam ex publico thesauro erogabatur. Quo  
onere vt leuaretur Respublica, Vladislaus IV.  
in suis pactis pollicitus, ex bonis regiis in re-  
gno nouam quartam, & in Lituania simplex  
donativum, in apparatus bellicum instituere  
\*\*\*): ac in comitiis a. 1637 decretum, vt no-  
ua quarta Rauam delata, a regni Thesaurario  
rei tormentariæ Præfecto numeraretur, ab  
hoc non in aliam rem, ac in quam destinata,  
expendenda †), sequenti autem anno, in Li-  
tuania simplex donativum decernebatur ††).  
Qui redditus cum non sufficerent, subueniebat  
a. 1655 publicum ærarium, ferebaturque lex  
a. 1659 vt ex primis in regno & Lituania va-  
caturis, bina bona regia, quæ non essent ca-  
pitaneatus cum iurisdictione, ex quibus in  
regno triginta, in Lituania quindecim millia  
floreno-

florenorum prouenirent, ad sustinendos sumtus rei tormentariæ Præfectis mandarentur, qui iurarent, se reditus ex illis bonis in solum apparatus bellicum erogaturos esse †††). Sed in regno promissa duo illa bona nondum rei tormentariæ Præfecto obuenerunt, quamuis lex a Michaële & Successoribus vsque ad Augustum III. in suis pactis repetita sit \*†). In Lituania Mich. Pac, exercitus lituani supremus Dux, a. 1670 obtinuit, vt duæ tenetæ, quas habebat, post suam mortem in vsum bellici apparatus verterentur, quibus idem supremus Dux quasdam possessiones ex suis adiecit \*\*†). Anno 1710 necessitatibus rei tormentariæ in regno, certa pecuniæ summa ex tributis illius temporis, singulis annis subueniendum esse, iterum sanciebatur, cum illud iam a. 1703 in comitiis Lublinsibus factum esset \*\*\*†).

\*) Vol. Constit. p. 254. 275. §. O woymie.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 452. §. Item tormentorum.

\*\*\*†) P. C. Vladislai IV. §. A iż aparat.

†) Constitut. an. 1637. p. 8. tit. Quarta na armatę.

††) Constit. a. 1638. p. 28. tit. Czekhawzy.

†††) Constit. a. 1655. p. 8. tit. Subsidium. a. 1659. p. 11. tit. Porządek artylleryi.

\*†) P. C. Michaelis & Ioannis III. §. Bellicam œconomiam. Augusti II. & Augusti III. §. Publicam œconomiam.

\*\*†) Constit. a. 1670. p. 46. tit. Subsidium œconomiz. Constit. lituan. a. 1677. p. 12. tit. Approbacya dzierzaw.

\*\*\*†) Con-

\*\*\*†) Constitut, an. 1710, p. 73, tit. Artyleria Koronna.

### §. XXXIII

Quia rei tormentariæ Præfectis, in bellicum apparatusum publica pecunia credebatur, in singulis comitiis ordinariis, redituum & impensarum rationem reddebant \*), delegatis ex Senatorio & equestri ordine, qui eam excuterent & si accepta & expensa inter se congruerent, probarent: quod in sequentia differebatur, quando comitia antequam confici posset negotium, rumperebantur. Idem de rei tormentariæ Præfecti hæredibus dicendum, a quibus ut exciperentur rationes, a. 1748 tres Senatores, & quaterni Nuntii ex gentibus legabantur. Anno 1764 Præfectus Bruhlius pro defuncto patre & simul pro se, coram tribus Senatoribus & senis Nuntiis rationes reddebat, quibus expeditis, liberabatur \*\*). In iisdem comitiis decretum, ut in posterum Præfecti rei tormentariæ Regni non in comitiis, sed coram consilio seu commissione bellica rationes redderent, & consilium de iis ad Ordines in comitiis referret \*\*\*). Præfecto rei tormentariæ lituano iam a. 1717 iniunctum, ut singulis annis coram tribunali thesauri in magno Ducatu, rationem redderet \*\*\*\*), quare ex hoc tempore in comitiis illarum mentio facta non est. Iam idem dicendum de Præfecto Lituano quod de Præfecto in Polonia monitum, quia utraque commissio bellica potestate æquata est. \*) Con-



- \*) Constit. a. 1637. p. 8. tit. Quarta na armate. a. 1638. p. 13. tit. Oeconomia bellica. a. 1659. p. 11. tit. Porządek artylleryi. Const. litvan. a. 1667. p. 12. tit. Porządek. a. 1670. p. 46. tit. Subsidium.
- \*\*\*) Constit. comit. coron. p. 56. tit. Kwit.
- \*\*\*\*) Constit. p. 56. tit. Deklaracya.
- \*\*\*\*\*) Constitut. lituan. an. 1717. p. 5. Trybunał.

## §. XXXIV.

Munus horum Præfectorum, Golembien-  
 sis confœderatio a. 1672 biennio terminavit,  
 singulis comitiis statim initio novos creari  
 præcipiens \*). Sed mansit huic dignitati il-  
 lud cum cæteris commune, vt liceat eam per  
 omnem vitam retinere, nisi aliud munus mi-  
 litare contingat, quo cum simul exerceri ne-  
 quit, quam tamen Senatori consuetudo per-  
 mittit. Regnante Ioanne Casimiro, fuit in  
 Lituania rei tormentariæ Præfectus Nic. Iudi-  
 cius, Castellanus Novogrodecensis; Ioannis  
 III. tempore, Mart. Kałski, Palatinus Kiovien-  
 sis, in regno Præfectus rei tormentariæ; &  
 nostra ætate meminimus, Iac. Rybinscium,  
 Palatinum Culmensem, simul eandem præfe-  
 cturam gessisse: qua cessit Io. Branicius, Dux  
 exercitus minor creatus, cuius exemplum §.  
 26. citauimus.

\*) Zalus. Epist. T. I. p. 409.

## §. XXXV.

## §. XXXV.

Rei tormentariae Praefectis, Vladislauo IV. antequam institueret, reditus promittebat quod §. 32. docet. Sed lex, quae Praefecto lituano in annum stipendium tria florenorum millia ex donatio simplici assignat \*), file, quantum Praefecto polono obuenire debeat. In comitiis tamen a. 1685 pro illo decem millia florenorum memorantur.

\*) Constit. a. 1638. p. 28. tit. Czekhaufy W. X. Lituani.

## §. XXXVI.

Militaribus *dignitariis* adduntur, Iudices, Notarii & Regentes. Duo sunt Iudices generales, alter in Regni alter in Lituano exercitu, qui suam exercent iurisdictionem, quando exercitus in castris aut in expeditione aduersus hostes versantur. Nam quando per hospitia dispersi sunt, milites iudicantur a iudicibus suis particularibus, a quorum sententia ad commissionem, seu consilium bellicum appellatur. Notarii minores, scilicet diuersi a Notariis campestribus §. 27. descriptis, sunt commissionis bellicae in Regno & Lituania singuli, cum ipsa commissione instituti, quod etiam de Regentibus, qui acta custodiant, dicendum. Memorantur tamen eiusmodi Notarii & Regentes, antequam commissiones militares ordinarerentur. Nuper etiam minorum excubiarum

Præfectorum & Metatorum castrorum, seu campi, mentio fieri cœpit, de quorum institutione & officio in legibus nihil occurrit, quare & nobis sufficit, eos tantum nominasse.

### §. XXXVII.

In fine huius capituli, mentio Præfecti curatuum facienda, sed mentio tantum, quod de eo præter nomen nil liquet. Legitur is sub iurium generali confirmatione Vladislai IV. \*) neque postea occurrit, viguisse tamen olim illam dignitatem constat \*\*).

\*) Constitut. a. 1633. p. 10.

\*\*\*) Cromer, Pol. lib. II. p. 512.

## CAP. XI.

### De ministris iudiciorum & cancellariarum.

§. I. *Instigatores & Vicinstigatores. Assident iudiciis assessorialibus. Adhibentur causis economicis in commissionibus thesaurorum.*  
 §. II. *Illorum iusiurandum.* §. III. *Regentes cancellariarum. A quo creentur. Officium. Assessores iudiciorum assessorialium. Quomodo censeant.* §. IV. *Quid iurent, & quam diu manus suam retineant.*  
 §. V. *Notarii decretorum. Quid ab iis exigatur. Quomodo in comitiis assessorialibus censeant. Sint iurium & usus forensis scientis-*

*scientissimi & nobiles. §. VI. Secretarii  
sigillorum. Quid iurent. Præfetti metricæ.*

§. I.

**I**nter Ministros iudiciales primo loco ponimus Instigatores, quorum alter in Regno alter in Lituania est, & vterque suum habet vicarium, Viceinstigatorem dictum. Sunt Instigatores actores publici eorum, qui in Regem, Rempublicam & priuos deliquerunt, eosque citant, & quidem in Regis & Reipublicæ causa, ex officio, in priuatorum, ad instantiam eorum quibus iniuria illata dicitur. In iudiciis Assessorialibus Instigatores & Viceinstigatores, sunt Assessores nati & perpetui, quia tamen ad illa iudicia citant, censent non ad decidendum sed deliberandum \*). Adsunt Instigatores Regni & Lituaniæ, quando in commissionibus thesaurorum causæ œconomicæ aguntur, constitutumque est priori annum salarium sex millium florenorum, Lituaniæ Instigatori nihil additum, cui iam a. 1717 quatuor millia florenorum ex thesauro decreta fuerant \*\*).

\*) Konfed. gener. a. 1764 p. 77.

\*\*\*) Konfed. gener. p. 33. Constit. Lituaniæ. a. 1717. p. 5. 6. tit. Trybunal.

§. II.

Iurant Instigatores: quod velint causas omnes pro Maestate Regia vel Republica,

officium hoc suum concernentes, secundum ius scriptum & æquitatem fideliter gerere & providere, diuitis & pauperis, amici & inimici, cuius & peregrini discrimine sublato, & neque odium neque fauorem, neque præmium neque poenas sibi propositas curare, secreta quæ sibi per Maiestatem Regiam & Consiliarios Eius dicentur, concernentia vel Maiestatem Regiam vel Rempublicam, aut vtrumque, nemini in iacturam Regiam vel Reipublicæ pandere, omniaque negotia sibi incumbentia fideliter pro posse suo peragere\*). Ex his Instigatorum & Viceinstigatorum officium, & quam integre & incorrupte exercendum cognoscitur.

\*) Dunczewscius p. 23.

### §. III.

Sequuntur cancellariæ Regentes quorum sunt quatuor, quia totidem sunt cancellariæ, & singulæ suum habent Regentem. Possunt primi Cancellariorum administri dici & a suo Cancellario creantur, a quo Regi sistuntur, ut probentur. Attendunt Regentes ne quid ex sua cancellaria prodeat, quod iuribus aduersum, aut ex Regis & Reipublicæ dignitate haud sit, quare scripta, quæ alicuius momenti, priusquam edantur, expendunt. Si vero in re aliqua dubii, Cancellarium suum consulunt, ut eius auctoritatem sequantur. Regi  
-dipl.

diplomata quibus subscribendum nomine sui Cancellarii exhibent, & alia quæ a Cancellario iniunguntur peragunt \*). Assidebant quoties volebant adesse, iudiciis assessorialibus, at cum nouo modo in comitiis conuocationis iudicia illa ordinarentur, ipsi tanquam nati Assessores adesse iussi, quod Rex ita probauit, ut ipsorum sententiæ tantum ad consultandum non decidendum valerent, addita ratione, quod non a Rege, sed a suo Cancellario creati essent \*\*).

\*) Lubjenscil opéra p. 218. 409.

\*\*\*) Konfed. gen. d. 1764. p. 79. Constit. comit. coron. p. 44. tit. Wyznaczenie.

#### §. IV.

Obligantur per suum iuramentum Regentes, ut Regi & Cancellariis fideles sint, expeditiones publicas & priuatas sibi commissas diligenter absoluant, secreta reticeant, consulendo & iudiciis assidendo, ius scriptum, æquitatem & conscientiam iudicium sequantur, secreta iudicii aliaque secum communicata ne reuelent, & ut negotia suo officio incumbentia, fideliter & prout expedit, peragant \*). Manent Regentes quam diu Cancellarii, desinuntque esse, quando Cancellarii aut moriuntur, aut sigillum reddunt. Possunt tamen a nouo Cancellario Regentes creati iterum, & esse utriusque ordinis sacri & secularis.

\*) Dunczyscius p. 27.

## §. V.

Duo sunt decretorum notarii, alter in Regno, alter in Lituania, ambo sæculares, a decretis, quæ in iudiciis assessorialibus scribunt, nomen habentes. Quæ præter decretorum compositionem ad illorum officia pertineant, ex ipsorum iureiurando cognoscitur, ubi promittunt; iuste iudicare, iudici consulere, fideliter partium propositiones, controuersias, protestationes, inscriptiones, recognitiones, & alias affectationes iuridicas, item decreta in libro actorum Regiorum inscribere, & inscribi curare, diuitis & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregrini discrimine sublato, neque fauorem neque odium, neque præmium neque poenam propositam curare, sed in iudicando, consulendo, scribendo, solum Deum & iustitiam ac æquitatem, partium recognitiones, controuersias & iudicis sententias annotare, in hisque omnibus iudicium conscientie suæ sequi & audire. Causas iudiciales in registro, prout partes litigantes in cancellaria præsentauerint, nullam infra vel superius transponendo, ordine debito iustoque inscribere & inscribi curare, idem registerum ordinate ei, cui competat, per se subscriptum consignare \*). Iudiciis assessorialibus ita assident, ut habeant ius censendi non tamen ad decidendum sed ut sententia sit deliberatiua ad docendum \*\*). Exigitur ab iis præter iurium scientiam, usus forensis, qualis in assessorialibus

bus

bus iudiciis viget, peritia. Addit lex recens, ut sit Notarius decretorum in Regno nobilis, cum Notarius in Lituania semper nobilis fuerit \*\*\*).

\*) Dunczevs. p. 24. Herb. Stat. p. 302.

\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 80. Zlecenie deputatom.

\*\*\*) Konfed. gener. p. 80.

§. VI.

Habent singulae cancellariae suum Secretarium, qui a sigillo, Secretarius sigilli vocatur, ac scriptis quae sub sigillo, cuius est Secretarius, prodeunt, nomen suum subscribit. Iurant Regi praeter fidelitatem, quod nolint, quae sibi a Rege & Cancellario dicentur, in Regis & Reipublicae damnum pandere, litteras sigillatas inscio & non consentiente Cancellario edere, sed quod velint omnia Regi, Regno, Reipublicae, & cancellariae damnosa praecustodire & omnia fideliter expedire \*). De Praefectis metricae, quorum in Regno duo sunt, alter maioris, alter minoris cancellariae, in Lituania vero vnus tantum esse dicitur, supra c. 8. §. 40. actum.

\*) Dunczevs. p. 24.



## CAP. XII.

## De Dignitatibus extra Senatum, quæ prouinciis cognominantur.

§. I. Quæ dignitates non senatoriæ a prouinciis nominentur. Generalis Poloniæ maioris Capitaneus, magnus iudex olim dictus, exercet iudicia castrensis. Cur generalis Capitaneus dicatur. Qui ad eum pertineant capitaneatus. Potuit quondam Palatinus & Castellanus Posnaniensis ac Califfiensis esse, quod post annum 1454 non licet. Præter capitaneatus, quos ut generalis Capitaneus tenet, non debet alium cum iurisdictione capitaneatum habere. Exemplum Capitanei generalis qui se eiusmodi capitaneatus abdicauit. Potest Senatorius Minister, simul generalis Capitaneus esse. §. II. Minoris Poloniæ generalis Capitaneus. Tituli huius origo. Idem modo generalis minoris Poloniæ, modo generalis Cracouiensis Capitaneus dictus. Generalis minoris Poloniæ simul Capitaneus Cracouiensis appellatur. Ob quam causam generalis Capitaneus Cracouiensis nominetur. Tituli generalis minoris Poloniæ Capitanei, iusta ratio reddi nequit. §. III. Capitaneus Podoliæ generalis. §. IV. Thesaurariatus prussici antiquitas. Officium Thesaurarii. Eius salarium.

larium. Quæritur salarium sibi a multis annis deberi. Ex semestri pro militibus pensione, ipsi aliquid obuenit. §. V. Prussicæ Ensisfer, qui nullum minus exercet. Controversia de loco cum Prussicæ Vexilliferis. Vexilliferatus Prussicæ generalis institutus, breui desit.

§. I.

**G**ertant dignitates, quibus a prouinciis cognomen, Capitanei generales maioris & minoris Poloniæ, nec non Podoliæ, item Thesaurarius & Ensisfer Prussicæ. Generalis maioris Poloniæ Capitaneus seu Præfectus, iam antiquis fuit temporibus, occurritque a. 1250 in Polonia maiore, magnus iudex \*) qui idem est, qui postea generalis Capitaneus appellatus. Capitaneus enim generalis est reuera iudex, quia Capitaneus cum iurisdictione, iudicia castrensia exercet, & cum hæc eius iurisdictioni potestas amplior & in palatinatibus Posnaniensi & Calissiensis exercetur, generalis Capitanei Poloniæ maioris nomen ipsi inditum est, quia interdum duo hi palatinatus maior Polonia dicuntur, & olim dicti sunt. Continet autem generalis hic capitaneatus septem castra, ubi iudicia exercentur, Posnaniense, Calissiensis, Gnesnense, Kcynconse, Koninense, Koscianense & Pyzdrense: ex quibus Posnaniensi & Calissiensis ipse Capitaneus generalis præest, & per suos vicarios ius dicit, rest.

T §

qua

qua habent etiam suos Capitaneos qui munere Capitanei generalis funguntur. Antiquis temporibus generalis ille Capitaneus, simul Palatinus aut Castellanus, tum Posnaniensis tum Califfiensis esse potuit \*\*), quod post annum 1454, quo lex Palatinum & Castellatum, præter solum Cracouiensem, in suo palatinatu, Capitaneum cum iurisdictione esse vetuit \*\*\*), propter eandem hanc legem ipsi haud licuit, vt c. 6. §. 9. & c. 7. §. 5. ostendimus. Quia etiam alia lex duos cum iurisdictione capitaneatus vni conferri interdicit \*\*\*\*), Capitaneus Poloniæ maioris generalis quando creatur, si iam habet capitaneatum aliquem cum iurisdictione, eo se abdicare debet, vt a regni Thesaurario Io. Geor. Prebendovio factum meminimus, cum an. 1728 generalis Capitaneus crearetur. Ministrum autem Senatorium posse simul Capitaneum generalem esse, c. 8. §. 5. probavimus.

\*) Anon. Arch. Gnesn. T. II. Scriptor. Siles. Sommerh. p. 86.

\*\*\*) Anon. Arch. Gnesn. p. 103. 138. Dlug. IX. 1009. X. 2. XI. 354.

\*\*\*\*) Lasc. Stat. f. 92. p. 2. Ianusz. Stat. p. 303.

\*\*\*\*) Vid. supra lib. II. c. 11. §. 34.

## §. II.

Minoris Poloniæ generalis Capitaneus, est idem qui Capitaneus Cracouiensis, quique illo titulo recentiore tempore appellari voluit, cum vsque

veque post medium sexti decimi seculi Cracouienſis \*), & deinde generalis Cracouienſis Capitaneus vocaretur \*\*): imo adhuc regnante Io. Caſimiro, Georgius Lubomirſcius in actis publicis, modo generalis minoris Poloniz Cracouienſis Capitaneus, modo generalis Cracouienſis Capitaneus dictus est \*\*\*); tandemque uſu obtinuit, ut tituli generalis minoris Poloniz & Capitanei Cracouienſis iungerentur. Quod autem Capitaneus Cracouienſis, generalis Capitaneus Cracouienſis nominatus, ideo factum, quod iuriſdictio eius amplior quam aliorum Capitaneorum, cum eam non tantum in Cracouienſi capitaneatu, ſed etiam in tractibus Proſſouiceni, Xanzieni & Lelouienſi exerceat \*\*\*\*): Tituli autem generalis minoris Poloniz vix ratio poteſt reddi, quia iuriſdictio eſt intra vnum ſakem minoris Poloniz palatinatum, quo memorati tractus continentur.

\*) Laſc. Stat. f. 52. p. 2. f. 65. p. 2. f. 82. p. 1. f. 92. p. 2. Conſtit. edit. nouiſſ. p. 399. 439. Vol. Conſtit. p. 154. 170.

\*\*\*) Vol. Conſtitut. p. 246. 405. Porz. Elek. an. 1632. p. 22. Suffragia. 2. 1648. tit. Woiewod. Krakowſkie.

\*\*\*\*) Conſtit. a. 1659. p. 9. tit. Powrocenie. Pacta Oliuienſia Conſtit. a. 1661. inſerta p. 42.

\*\*\*\*\*) Cromer. Pol. lib. 1. Oper. p. 510.

### §. III.

Præter dictos maioris & minoris Poloniz  
Capita-

Capitaneos, est generalis Capitaneus Podoliz, cui ideo hic titulus obuēnit, quia in duobus Podoliz capitaneatibus Camenecensi & Latoceyēnsi iudicia capitanealia seu castrensia exercebat, aut exerceri curat, estque hoc modo Podoliz generalis Capitaneus.

#### §. IV.

Prussos habere suum Thesaurarium c. 8. §. 38. dictum, cui etiam ab illorum prouincia nomen est. Fuit in Prussia Thesaurarius Equitum teutonicorum tempore, cuius munus Casimirus III. pro suis publicis reditibus instaurauit, cum sub eius ditionem Prussi concesserant. Thesaurarius olim decreta a Prussis tributa recepit, dispensauit, ac rationes prouinciz Ordinibus in suis conuentibus generalibus exhibuit. *Semestris* tamen *pensio* pro militibus a. 1717 in Polonia constituta, ad eius curam non pertinet, sed ut in Polonia, ita & in Prussia a militibus colligitur. Leges ipsi ius occupandi administrandique bona regia asserunt, si vacua fuerint, ut ea non aliis possessoribus, quam indigenis dimittat. Quæ alibi fusius explicata \*) hic saltem delibamus. Annum Thesaurario salarium est quater mille florenorum, quod deducendo ex tributis ipse sibi numerare, aut ex Mariburgensi œconomia recipere solebat \*\*). Sed cum ob semestrem pensionem non alia sciscerentur tributa, ex quibus salarium subtrahi potuisset, neque

ex

ex œconomia Mariæburgensi aliquid præstaretur, questus a. 1733 Thesaurarius, ab anno 1717 salarium sibi deberi, ac obtinuit ut Nuntius ad comitia electionis regis, a. 1733 hoc negotium, quàmuis sine successu, commendaretur. Mansit enim salarium in reliquis, quæ admissis sequentibus creuerunt. Præter annuum, ex ipsis etiam tributis aliquid Thesaurario obveniebat \*\*\*) , pro quo in præsens aliquam summam ex *semestri pensione* recipit, sed de veteri salario nulla spes superest.

\*) In dissertat. de Consilio Pruss. & muniis extra Consilium, tom. VI. Histor. Pruss. præmissa §. 30. 31. Add. Ius publ. Prussicæ §. 79.

\*\*) Dissertat. citata §. 32.

\*\*\*) Dissert. citat. §. 33.

### §. V.

Est etiam Prussis suus Ensisifer, solo titulo insignis, quia munus ab eo exercitum nunquam: neque provincia enses habet, qui ab Ensisifero ferri possit. Viguit hæc dignitas iam sæculi sexti decimi initio, ut alibi \*) ostendimus, ubi pariter controversiam de priore inter eum & Vexilliferos palatinatum Prussicæ loco exposuimus. Addidit Ioannes Casimirus generalem Prussicæ vexilliferatum, qui desit, cum eum nobilitas ferre nollet \*\*).

\*) In Dissertat. ad §. III. citata §. 36. Ius publ. Pruss. §. 80.

\*\*) Hist. nest. Pruss. T. VII. p. 303.

CAP.

## CAP. XIII.

## De Dignitatibus in singulis palatinatibus &amp; terris.

§. I. *Terrestres & castrenses dignitates unde dicantur. Duæ terrestres, aut una terrestris & aulica dignitas, ab uno haberi nequeunt. §. II. A dignitatibus, qui eas gerunt Dignitarii vocantur, quique antiquis temporibus interdum consiliis adhibiti sunt. Ordo inter Dignitarios vetustior. Alius ordo recentiore tempore, in quem postea Thesaurarii relati. In Lituania sunt quidam Dignitarii, qualis Polonia non habet, ac diversus ibidem Dignitariorum ordo. Dignitarii in Prussia, ubi Succamerarii ad Consilium provinciae referuntur, cum extra Prussiam equestris ordinis sint. Culmensis subdapiferatus, qui statim desit. §. III. Dignitariorum alios Rex creat, alios ex candidatis a Nobilitate nominatis eligit. Quomodo a Nobilitate candidati declarentur. Quid in Prussia obtineat. §. IV. Succamerarii inter Dignitarios primi. Quidam Succamerarii generales. Eorum officium. Habent in Polonia & Lituania suos Camerarios, quorum opera utuntur. Iurant Succamerarii & Camerarii. Eorum antiquum honorarium. Succamerarii Cracoviensis auctoritas in salis fodinis. In Prussia non sunt Came-*

Camerarii, & Succamerarii a polonis & li-  
 tuanis differunt. §. V. Vexilliferi in Po-  
 lonia antiqui. Vexilla in Lituania. In  
 Prussia Vexilliferi sub Ordine Teutonico.  
 In quibusdam palatinatibus maiores & mi-  
 nores Vexilliferi. Quæ in expeditione ge-  
 nerali Vexilliferorum partes. Vexillifer  
 palatinatus generalis. Vexilliferi singula-  
 rum terrarum. §. VI. Dignitarii iudicia-  
 les. Iudices, Subiudices, Notarii, quid iu-  
 rent & quæ illorum munia. In Prussia  
 nulli Subiudices. Scabini ibidem. Thoru-  
 nensis civitas iudicio sui palatinatus terrestri  
 affidet, binis ex ea Scabinis a Nobilitate ele-  
 ctis. Notarii ne sint sacri ordinis. Digni-  
 tatorum iudicialium honorarium. §. VII.  
 Dapiferi, Pocillatores, Subdapiferi, Pin-  
 cernæ, Venatores, Ensfiferi, Theſaurarii.  
 Tribunorum officium. Tribuni maiores &  
 minores, terrarum & arcium, beneficiati &  
 non beneficiati. §. VIII. Dignitarii Li-  
 tuanis proprii. Mareſchalci terrarum. Ci-  
 vuni & tribunatus qui. §. IX. Horodnicii,  
 Praefecti pontium, Aediles, Inciſores, Prae-  
 fecti ſtabuli, excubiarum, ſilvarum, Meta-  
 tores caſtrorum. §. X. Caſtrenſes Digni-  
 tarii qui. Simul Iudices & Notarii terre-  
 ſtres eſſe nequeunt. Iusiurandum Capita-  
 neorum iudicialium in Polonia & Lituania.  
 In Prussia non ſunt Capitanei iudiciales niſi  
 ipſi Palatini, a quibus in iudicia iuratur.  
 Viceca.



*Vicecapitanei. Vicepalatini in Prussia. Vicecapitanei sint nobiles & intra capitaneatum possessiones habeant. Eorum iusiurandum. Burggravi qui, & quod illorum officium. Habeant in suo tractu possessiones. Decem Burggravi in arce Cracoviensi, eorumque salarium. Creantur a Rege. Lex de eorum in arce Cracoviensi habitations. Notarii castrenses. §. XI. Capitaneis iudicialibus & Notariis terrestribus ac castrensi- bus, nonnunquam vicarii sufficiuntur. Inde Surrogatores. Quid ab illis exigatur. Surrogatorum exempla. Capitanei maioris Poloniae generalis Surrogator. Succamerarii sibi interdum aliquem surrogare possunt. §. XII. Dissidentes ne munia terrestria & castrensia exerceant.*

## §. I.

**S**unt in singulis palatinatibus & terris dignitates, quæ in *terrestres & castrenses* diuiduntur. Illæ a palatinatu vel terra, hæ ab arce seu castro nomen habent, ac in iudiciis castrensis exercentur. Primo loco de terrestribus acturi, repetimus quod alibi \*) dictum, neque duas *terrestres*, neque *terrestrem & aulicam* dignitatem, simul ab vno teneri posse.

\*) Lib. II. c. 11. §. 13.

## §. II.

Ab his dignitatibus, qui eas gerunt, *Dignitarii*

*tarii* terrarum vocantur, quos nonnunquam in consilium adhibitos, antequam omnis nobilitas ad comitia vocaretur, supra \*) monuimus: estque illustre exemplum conuentus Vislicensis, quem Casimirus M. a. 1347 cum Episcopis, Palatinis, Castellanis, Officialibus & *Dignitariis* omnium terrarum celebravit \*\*). Nec minus *Dignitariorum* nomina, diplomatibus quinti decimi seculi passim adscripta, leguntur \*\*\*). Litteris pacis Brestensis cum Equitibus Teutonicis a. 1436 *Dignitarii* omnium terrarum regni hoc ordine sunt adscripti: Succamerarii, Vexilliferi, Iudices, Dapiferi, Pincernæ, Venatores, Subiudices, Subdapiferi, Subpincernæ, Gladiferi, Thesaurarii, Tribuni, Subagalesones †): qui ordo a. 1611 publica lege aliquantum mutatus, ac omissis Thesaurariis & Subagalesonibus, Capitanei cum iurisdictione, Notarii & Subtribuni additi, ut Succamerarios, Capitanei cum iurisdictione, Vexilliferi, Iudices, Dapiferi, Pocillatores, qui olim Pincernæ, Subiudices, Subdapiferi, Pincernæ, qui olim Subpincernæ, Venatores, Tribuni, Notarii, Gladiferi, Subtribuni seu Tribuni minores sequantur ††). Sed a. 1635 error, per quem Thesaurarii omissi, correctus, datusque ipsis locus post Tribunos, & quidem minores, ut lex a. 1638 explicat †††). In vno alteroque tamen Poloniæ tractu hic ordo paullo aliter se habet \*†). Quod ad Lituani-

lonia communes, etiam alii, quales non in Polonia, vt Marechalci, Civuni, aliique, quorum §. 8. fiet mentio: contra Subtribuni ibi non inveniuntur. Ordo pariter est diuersus. Cum enim in Polonia *castrenses*, præter vnum Capitaneum, post *terrestres* locum habeant, in Lituania *castrenses* inferantur, vt *terrestrium* alii eos præcedant, alii sequantur: ac lex an. 1677 post *castrenses*, Pocillatores, Pincernas, munimentorum Curatores, Thesaurarios, Venatores, Ensiseros, stabuli Præfectos, castrorum Metatores, Præfectos excubiarum, Incisores, potium Præfectos, & Ædiles ponit \*\*†). In Prussia, longe pauciora *Dignitatorum* sunt genera, vbi tantum Succamerarii, Vexilliferi, Iudices, Scabini, Notarii reperiuntur: ex quibus Succamerarii in sua provincia Consiliarios, extra illam, terrestrem dignitatem sustinent. Regnante Ioanne Casimiro, erat qui se Culmensem Subdapiferum vocaret, sed Prussiae Ordinibus non ferentibus, novum hoc in provincia vocabulum desit. \*\*\*†).

\*) Supra c. 3. §. 2.

\*\*) Idem. IX. 1081.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 49. 52. 65. 68. 74. 82. 84. 110. 120. 140.

†) Lasc. f. 141. p. 2.

††) Constit. a. 1611. p. 26. tit. Ordo Officialium, (III. 25.)

†††) Constit. a. 1635. p. 38. tit. O skárbnikach. Constit. a. 1638. p. 39. tit. Miecysce Skarbnikow. (III. 885. 958.)

\*†) Hart.

\*†) Hartk. Reip. Pol. Lib, II. c. 4. §. 5.

\*\*†) Constit. lituan. a. 1677, p. 18. tit. Opisanie Wrzędow. (V. 532.)

\*\*\*†) Dissert. de Consilio Pruss. §. 43. Ius publ. Prussiz §. 18.

§. III.

*Dignitarios* Rex creat, præter Succamerarios, Marechalcos, Iudices, Subiudices, Notarios & in Lituania Vexilliferos, quarum dignitatum quatuor candidati a Nobilitate palatinatus aut terræ suæ, in conuentu a Palatino vel Castellano loci, intra sex hebdomades, ex quo dignitates illæ vacuæ fuerint, indicendo eliguntur, vt Rex vni ex illis dignitatem conferat \*). In Prussia tamen aliud obtinet, vbi Rex nullis adstrictus candidatis, Succamerarios libere constituit; Iudices contra a Nobilitate electos tantum confirmat; Scabini vero & Notarii, ne quidem a Rege confirmati, per solam Nobilitatis electionem munia sua adunt \*\*).

\*) Vol. Constit. p. 7. §. Aby we wszem. p. 460. tit. Obieranie. Stat. Lituan. c. 9. art. 1. c. 2. art. 5. Constitut. a. 1631. p. 41. tit. O Marszałkach. Porząd. Elek. a. 1669. Exorbitancye. tit. Marszałkowie. (II. 598. 1211. III. 703. V. 17.)

\*\*\*) Ius terrestre Nobilit. Pruss. Tit. V. §. 15. 17.

## S. IV.

Primi inter *Dignitarios* sunt Succamerarii, ex quibus in Polonia nonnulli interdum sui palatinatus generales vocantur, vt Cracouiensis, Sandomiriensis, Califfiensis, Kiouiensis & alii, quod tamen vocabulum, vt nihil muneri eorum addit, ita sæpe omittitur. In comitiis *coronationis* a. 1764 Succamerariorum numerus augebatur, cum terris Zytomiriensi & Ovrucensi in palatinatu Kiouensi, ac Buscensi in palatinatu Belzensi, singulos Succamerarios eligere permitteretur. Tum simul Succamerario Fraustadiensi, locus, qui adhuc incertus fuerat, post Califfiensem assignabatur \*). Iam Casimiri M. tempore, controversias de prædiorum limitibus inter priuatos iudicabant \*\*), quod in hunc vsque diem fit, ac limites prædiorum in libris suis describi curant, iurantque in iudicio terrestri, dum munus suum ingrediuntur, se integre in illo versaturos esse \*\*\*). Habent Succamerarii suos Camerarios, qui in actis publicis limitanei vocantur \*\*\*\*), quique pariter iam regnante Casimiro M. fuerunt †). Horum opera Succamerarii, tum in lustrandis finibus, tum controuersis iudicandis vtuntur, vtque coram iudicio terrestri iurent lex præcipit ††), & quidem, Statuto Lituano perhibente, ad Succamerariorum formulam. Idem statutum concedit Succamerariis facultatem, singulos vel binos sibi constituendi Camerarios, sed nobiles, possessionem

in

in terra sua habentes, & muneribus idoneis †††) In honorarium, Succamerariis & Camerariis Ioannes Albertus tres marcas concessit, quoties prædiorum fines constituissent \*†): quod operæ pretium hodie aliter se habet. Inter Succamerarios, Cracoviensi Casimirus M. aliquam potestatem in salis fodinis suis palatina, tus exercendam concessit \*\*†). Prussia nullos habet Camerarios, & Succamerarii, qui, ut §. 2. dictum, provincie istius Consiliarii sunt, finium controversias non dirimunt, de quibus coram terrestri iudicio agitur \*\*\*†).

\*†) Constitut. a. 1764. p. 58. tit. Vstawa. p. 69. tit. Pozwolenie. tit. Wyznaczenie.

\*\*†) Lasc. Stat. f. 37. p. 1.

\*\*\*†) Vol. Constitut. p. 460. tit. Obieranie. Stat. Lituan. c. 9. art. 1. (N. 1211.)

\*\*\*\*†) Porząd. Elek. a. 1669 p. 25. Konfed. gener. a. 1674 p. 42. (V. 30. 241.)

†) Lasc. Stat. f. 28. p. 2.

††) Vol. Constit. p. 191. §. Podkomorzowie. (N. 790.)

†††) Stat. Lituan. c. 9. art. 10.

\*†) Lasc. Stat. f. 103. p. 2.

\*\*†) Lasc. Stat. f. 81.

\*\*\*†) Vol. Constit. p. 740. tit. O sposobie rozgraniczenia. Ius Terrest. Nob. Pruss. tit. VII. §. 1. (N. 1507.)

§. V.

Vexilliferorum in Polonia dignitatem, admodum antiquam esse, inde patet, quia vetustissimis

stiffimis temporibus, singulæ terræ sua habuerunt vexilla \*), vt etiam in funere Casimiri M. duodecim Vexilliferi, cum totidem provinciarum signis fuisse legantur \*\*): quem morem gestandi in Regum exsequiis vexilla mansisse perpetuum, *lib. II. c. 5. §. 7.* probauimus. In Lituania erant Vladislai Iagellonis ætate vexilla terrarum; quod eius aduersus Ordinem teutonicum an. 1410 expeditio docet \*\*\*). Prussi habuerunt Vexilliferos, cum eidem Ordini parerent, quos sub Regum Polonia imperio retinebant \*\*\*\*). In Polonia maiore, palatinatus Siradiensis & Lenciciensis binos habent Vexilliferos, maiorem & minorem †), & in minore Polonia, Sendomiriensis se palatinatus sui generalem Vexilliferum vocat ††). In expeditione nobilitatis generali, Vexilliferi sui palatinatus & terræ signum gestant, & si in palatinatibus tractus sunt, qui Vexilliferos suos non habent, possunt Vexilliferi palatinatuum, Vexilliferos eiusmodi constituere, ac eos signo instruere †††).

\*) Dlug. IX. 1124.

\*\*\*) Anon. Archid. Gnesn. p. 105. Dlug. X. 9.

\*\*\*) Dlug. XI. 244.

\*\*\*\*) Dissert. nost. de Consul. & dignit. Prussie. T. VI. Histor. Pruss. præmiss. §. 39.

†) Suffragia in elect. Io. Casim. tit. Woiewod. Sieradzkie. Woiewod. Łeczyckie. Constit. a. 1736. p. 80. (VI. 646.)

††) Porz

††) Porz. Elek. a. 1669. p. 26. Konfed. gener. a. 1674. p. 42. (V. 31. 241.)

†††) Conftit. a. 1621. p. 3. tit. Spofob. (III. 481.)

§ VI

Inter terreftrēs *Dignitarior*, quidam iudiciales appellantur, quo vocabulo Iudex, Subiudex, & Notarius intelliguntur; quorum Cafimiri M. leges meminaerunt, Notarium a fuo munere, tum caufarum, tum iudicii fcriptorem nominantes \*). Ab his iudicia terreftria exercentur, quibus Iudex praefidet, Subiudex affidet, & Notarius caufas in acta refert & decreta fcribit, qui fimul, ut Iudex & Subiudex, cenfet, ac illis ubi haerent, ius fuggerit, quia vfu exercitacione. Iurant in terreftri iudicio, dum munus fuum ordiuntur, & quidem Iudex ac Subiudex ad eandem formulam, fe ad Dei fanktionen, ius fcriptum & aequitatem, iufte & fine partium ftudio iudicaturos, & *recognitiones* fulcepturos efle; Notarius vero, fe integre iudicaturum, & Iudici confulturum, ac fingula fummā fide in acta terreftria relaturum, nec non ut in ea referantur, curaturum efle \*\*). In Pruffia, ubi nulli Subiudices, fingulis Iudicibus octoni *Scabini* affident, qui eodem iureiurando, quo Iudices, obligantur \*\*\*): & cum *Scabini*, ut & Iudices, nobiles fint, inter iudicii terreftris Culnensis *Scabinos*, duo ex Thorunensis civitatis Senatu habentur, quos, ut reliquos, illius palatinatus Nobilitas eligit \*\*\*\*); cuius



rei non alia causa est, quam quod ciuitas illa bona *terrestria* possidet. De Notariis sigillatim legitur vetus lex, ne sint sacri, sed *saecularis* ordinis †). Quod autem ad honorarium *Dignitariorum* iudicialium, confertur illud a litigantibus & aliis qui actis terrestribus vtuntur, ac operæ pretium leges passim statuunt. In comitiis *coronationis* a. 1764 palatinatus *Kioviensis* terræ *Zytomiriensis* & *Ovrucensis*, quæ sua peculiaria iudicia *terrestria* nondum habuerant, obtinuerunt singulos Iudices, Subiudices & Notarios, mandatumque Nobilitati, quaternos ad singula munia eligere candidatos, ex quibus Rex vnum nominaret ††). Pariter Nobilitati *Samogitiæ* permissum, vt pro vno, quod habuerat, duo iam haberet iudicia *terrestria*, terris etiam nominatis, quæ a singulis iudicarentur †††).

\*) Lasc. Stat. f. 10. p. 2. f. 11. p. 2. f. 28. p. 2. f. 37. p. 1.

\*\*\*) Ianusz. Stat. p. 486. Vol. Constitut. p. 692. tit. O prysiegach. Stat. Lituan. c. 4. art. 1. Ius terr. nob. Pruss. tit. 5. §. 15. 16. 20. (II. 1456.)

\*\*\*\*) Ius terr. tit. c. §. 17. 19.

\*\*\*\*\*) Ius terr. tit. c. §. 21.

†) Vol. Constit. p. 7. Iż każdy wrząd.

††) Constit. a. 1764. p. 58. tit. Vstawa.

†††) Constit. Lituan. tit. Pozwolenie.

## §. VII.

Dapiferi, Pocillatores, Subdapiferi, Pincernæ, Venatores, Eniferi, Thesaurarii, dignitatum sola nomina habent, neque munus aliquod ab iis exercetur. Tribuni, belli tempore, quando Nobilitas in hostem excita, quovis in suo tractu, securitati attendunt, & si quod periculum metuitur, quibus occurratur, parant \*): quæ ex causa ab expeditione Nobilitatis generali immunes sunt, & in arcibus illo tempore sedem suam habere iubentur \*\*). Tribunos non tantum in maiores & minores, sed etiam in terrarum & arcium, in *beneficiatos* & non *beneficiatos* distingui reperimus \*\*\*): ac per terrarum, quibus integri tractus, per arcium, quibus unius arcis securitas mandata, per beneficiatos qui redditus habent, per non beneficiatos, quibus nihil obuenit, intelligendi sunt. Cum vero eiusmodi dignitarii quales memoravimus non in omnibus terris sint, nonnullis, quæ iis desituuntur, in comitiis *coronationis* concessi, promissique Rex: Se mandaturum, ut pro novis dignitariis, modo in terris suis possessiones habeant, privilegia ex cancellariis prædeant \*\*\*\*).

\*) Prilus, Stat. p. 936.

\*\*) Constit. a. 1621, tit. Spofob polpolitego ruszenia. p. 7. §. Patres familias. p. 9. §. A iż na tym. (III. 416. 417. 418.)

\*\*\*) Subsidiium Reipubl. generalis contributionis,

tionis, constitut. a. 1673. adiectum. tit.

Vrządnicy Ziemsy. (V. 171.)

\*\*\*\*) Constit. a. 1764. p. 68. tit. Kasztellania.

### §. VIII.

Præter memoratos Dignitarios, sunt in Lituania alii, ut §. 2. mentionem fecimus, de quibus paucis agendum. Habent quædam terræ, palatinatibus iunctæ, ut Oszmianensis, Lidensis, Wilkomirsciensis, Braslaviensis, Grodensis, Cavensis, Vpittensis, Staroduboviensis, Stonimensis, Wolkowiensis, Orszanscensis, Pinscensis, Mozyrcensis & Rzeczycensis, suos Mareschalcos, qui iudicia exercent, ad ex hac causa ad eandem formulam, ad quam terrestres Iudices, iurant \*); simul conventibus suarum terrarum præsent, ut opus non sit, in singulis novos Mareschalcos eligere, cum sint perpetui \*\*). Fit horum Mareschalcorum in actis publicis a. 1499 & 1501 mentio \*\*\*). Iungimus Mareschalcis Civunos, quibus nomen a *civunatibus*, quo vocabulo quædam bona regia in Lituania appellantur, quales *civunatus* a. 1700 duodecim numerabantur \*\*\*\*). Quibus ergo a Rege civunatus eiusmodi sunt collati, Civuni vocantur, ut a tenentis Tenentarii, suntque illorum bonorum usufructuarii. Constitutio a. 1598 Civuno Trocensi, ad exemplum Vilnensis & Samogitiæ, locum ante omnes terrestres dignitates assignat †); *Statutum autem Lituanicum*,  
Civunos

Civinos generatim post Capitaneos & Tenu-  
tarios memorat ††). De Civinīs in Samogit-  
tia speciatim notandum est, quod inter illos,  
qui numero sunt quatuordecim, nuper certus  
ordo constitutus fit, & quis in tota provincia  
vnus tantum Succamerarius est, ipsis conce-  
sum, causas succamerariales iudicare, salva  
finali sententia ad Capitaneum aut Castellanum  
appellatione. Quare ipsis inunctum, iusti-  
randum Succamerarii de iudicandis causis co-  
ram iudicio terrestri præstare, simul data fa-  
cultas singulos creandi Camerarios, quibus ea-  
dem sit potestas, quæ Succamerariorum Ca-  
merariis. Iudices tamen terrestres & castren-  
ses, tum in Samogitia tum in tota Lituania  
simul esse illis interdicitur †††).

\*) Constit. a. 1631. p. 41. tit. O. Mārzał-  
kách. (III. 703.)

\*\*) Hartk. R. Pol. lib. II. c. 4. §. 5. p. 532.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 130. p. 1. Constit. edit. nov. T.  
I. p. 291.

\*\*\*\*) Postanow. general. Stan. W. X. Litewsk.  
a. 1700. tit. Taryfa.

†) Vol. Constit. p. 699. tit. Micyſce. (II. 1464.)

††) Cap. IV. art. 67.

†††) Constitut. Lituan. a. 1764. tit. Actiuitas.

### §. IX.

Civinos sequantur Horodnicij, ad quorum  
curam munitiones arcium pertinere, ex Hei-  
densteinli historia \*) constat, qua ex causa eos

§. 2. munimentorum curatores appellavi. In constitutionibus fit Horodniciorum, Vilenſis, Vitepscenſis, Polocenſis, Miſcenſis, Mſciſlavienſis, Orſzanſienſis paſſim mentio \*\*). Ab his diuerſi pontium Præfecti, *Moſtownicy* & *Ediles*, *Budowniczy*, quorum illi a pontibus, hi ab ædificiis publicis factis ac tectis ſeruandis, nomen gerunt, & ſolum nomen gerere videntur, quod de Inciſoribus, & ſtabuli Præfectis, qui pariter in palatinatibus & terris Lituaniz ſunt, pro certo affirmare poſſumus. Caſtorum autem Meatoribus & Præfectis excubiarum, quales habent in ſuis palatinatibus Lituaniz, tum demum locus exercendi munia ſua daretur, ſi Nobilitas excita in hoſtem moueret. Sunt denique in Lituania ſiluarum Præfecti, *Leſniczy* quos lex §. 2. citata ſilet, ſed *Statutum Lituanum* \*\*\*) memorat, & eos ante pontium præfectos ponit.

\*) Lib. III. p. 138.

\*\*\*) Index Conſtit. Ladouianus p. 142. tit. Horodniczy. Index Zeglicienſis. p. 195.

\*\*\*) Cap. IV. art. 67.

## §. X.

Caſtrenſes Dignitarii, ad quos a terreſtribus tranſimus, ſunt Capitanei iudiciales, Vicecapitanei, Burggravi & Notarii, quibus Iudices aut Notarios terreſtres ſimul eſſe, per legem non licet \*). Actum de Capitaneis iudicialibus ſupra, *lib. II. c. u. §. 27.* ex quibus Poloni pacem

cem publicam, ac viarum securitatem se iuratos, ac ius ex legum præscripto dicturos, iurant (\*\*). In Lituania, Capitanei iudiciales ad formulam Indicum terrestrium obstringuntur (\*\*\*) debentque in Samogitia, quæ provincia Lituana est, pro uno, duo esse cum iurisdictione Capitanei quoniam priori, alterum iudicium castrense additum, etiam nominatis quæ ad singula pertineant (\*\*\*\*). Capitanei iudiciales in Prussia, qui non alii nisi ipsi Palatini, se recte iudicatos, recognitiones suscepturos, ac res iudicatas executuros, iureiurando promittunt †). Capitanei sibi singulos legunt Vicecapitaneos, Burggravios & Notarios. Vicecapitanei sunt Capitaneorum vicarii, qui in Prussia Vicepalatini dicuntur, quia ibi Capitanei iudiciales sunt simul Palatini, non tamen alia munia illi Vicepalatini exercent, quam quibus iudiciales Capitanei funguntur. Debent autem Vicecapitanei esse nobiles, ac in capitaneatu possessiones & domicilium habere, & ideo constitui, ut ab illis, Capitaneo absente, iudicia exercentur ††): quæ ex causa ad eandem, ad quam Capitanei, formulam iurant. Burggraviorum ministerio, Capitanei utuntur in tuenda securitate publica, & ut decretis pareatur. Iam quarto decimo sæculo Burggravi memorantur, quos cum suis Capitaneis, regnante Ludouico, rapinas in priuatorum bonis exercuisse, historia queritur †††). Sigismundus I. qui Capitaneis iniunxit, non esse legere

logere Burggravios, quam qui in tractu suo possessiones haberent, simul Burggraviis mandavit, ciues ac nominatim iter facientes, a vi tueri, ac multas a iudicio irrogatas exigere \*†). Alius generis sunt decem Burggravii arcis Cracoviensis, pro illius tutela instituti, quorum salarium, quod habuerant a Casimiro M. Vladislaus Jagello auxit \*\*†). Creantur illi a Rege, & ad habitationem in arce fere continuant, per legem obligantur, ut singulis per annum ternos saltem menses abesse liceat \*\*\*†). Legem tamen istam hodie vigere, merito dubitamus. Notariorum castrensiurn, a quibus exigitur ut iurent, & possessionibus in tractu suo gaudeant, idem in iudiciis castrensibus minus est, quod terrestriurn in terrestribus, quodque §. 6. memorauimus.

\*) Vol. Constit. p. 7. §. Iż każdy. (II. 597.)

\*\*\*) Ianusz. Stat. p. 429.

\*\*\*\*) Stat. Lituan. Cap. IV. art. 36.

\*) Constit. Lituan. a. 1764. tit. Pozwolenie.

†) Ius ter. Nobilit. tit. 5. §. 10.

††) Lasc. Stat. f. 97. p. 2. Ianusz. Stat. p. 430.

†††) Anon. Archid. Gnesn. p. 137.

††††) Ianusz. Stat. p. 434.

†††††) Dlug. X. 139.

††††††) Vol. Constit. p. 89. tit. Burgrábiowie. (II. 681.)

## §. XI.

Sæpe publica auctoritate in comitiis, Capitaneis iudicialibus, tum Notariis terrestribus & castren-

castrensibus, alii in certum tempus sufficiuntur, ut eorum interea munia obeant. Fit hoc, quando Capitanei & Notarii aut Reipublicæ, aut valetudinis, aut alia ex causa apud externos absentes, aut domi ex longo morbo decumbunt, aut apud hostes captivi detinentur. Qui ita suffecti, vocantur in legibus *surrogatores*, cum surrogati dicendi essent, exigiturque ut in illo tractu, in quo vicarium munus exercendum, possessiones habeant, & iurejurando ad receptam formulam obstringantur. Exempla *Surrogatorum index Constitut. Ladouianus* tit. *Surrogator* exhibet \*). Addimus duo ex comitiis an. 1736, vbi Capitaneis Sanocensi & Czechanoviensi, ob iter ad externos, *Surrogatores* constituti, qui dum Capitanei redirent, ius dicerent \*\*). Capitaneus Poloniæ maioris generalis, quod ipse iudicia non obit, semper habet *Surrogatores* a se lectos. Succamerariis, quibus de finibus agrorum cum aliis controversia intercedit, lex permittit, vel viciniorem Succamerarium, vel illius Camerarium, vel officialem iudicalem iuratum sui tractus, sibi surrogare, qui ipsorum nomine decernat \*\*\*).

\*) Index constit. Zeglicianus p. 654-656.

\*\*) Constit. a. 1736. pp. 107. tit. *Surrogacya*. (VL 670.)

\*\*\*) Vol. Constitut. p. 737. tit. *O surrogacyach*. (II. 1503.)

## §. XII.

Vnum adhuc de muniis terrestribus & castrensi-



strenuis additis, confederationem a. 1733 \*) nolle, ut a Dissidentibus in religione christiana in posterum exerceantur, salva illorum auctoritate, qui tum ea munis exercebant. Confederatio illa non solum constitutione a. 1736 probata, sed etiam confederatione an. 1764 firmata est \*\*): quo tempore vnus Lutheranus Henr. Golz in maiore Polonia capitaneatum castrensem Valcensem, Coronensem etiam dictum tenebat, & in Prussia vnus Lutheranus, Krokau, iudex terrestris Pucensis erat. Mortuo autem an. 1765 Henr. Golz, capitaneatus ille statim Romano Catholico collatus est. Iudex terrestris Pucensis vivit.

\*) §. Dissidentibus iednak.

\*\*\*) Constit. an. 1736. p. 92. tit. Warunek (VI. 656.) Konfeder. gener. an. 1764. p. 4. tit. O Dyssydentach.

## LIBER IV.

### CAP. I.

#### De Conuentibus ante comitia.

§. I. *Ante Comitia minores conuentus. Horum origo & de iis leges. In Polonia, Lituania & Prussia habendi. Quantum spatium comitia, quantumque litteræ, quibus conuentus indicuntur, præcedere debeant. Breuius tempus inter conuentus & comitia, si hæc*

*hæc extraordinaria fuerint. De litteris quæ ad conuentus vocant, & quomodo publicentur. Litteris sigillum aut regni aut Lituaniæ, aut utrumque impressum, & nomen regium manus Regis adscriptum. §. II. Loca ubi conuentus celebrentur. Palatinatus Posnaniensis & Califfiensis eos una agunt. Interfunt iis Senatores & nobiles. Hospitiâ gratuita. In Prussia præter palatinatum & terrarum, generalis conuentus habetur. Mareschalci electi conuentuum Præsides, in Lituania Mareschalci terrestres. Mareschalcorum munia, quorum electionem Missa præcedit. Modus celebrandi conuentus. Apud Prussos in generali, non in aliis conuentibus, legatus regius auditur. §. III. Qui eligi & qui non eligi in comitiâ Nuntii queant. Thesaurario curiæ regni, Nuntio ad comitiâ, controuersia mota, quid regni thesaurum administraret. Qui damnati, iudicio non satisfecerunt, neque Nuntii eligi, neque conuentibus interesse possunt. Idem de dissidentibus obtinet. Nuntii ex Liuoniauales. Nuntiorum viaticum. §. IV. Ad comitiâ non mittendi Nuntii, nisi ex conuentibus peractis. Ex qua causa modo plures, modo pauciores, comitiis Nuntii interfunt. Interdum conuentus rupti iterum indicuntur. Nuntii ex conuentu irritò non admissi, neque ex conuentu sine litteris regis celebrato. Qui comitiis non interfunt, probant*

bant in conuentibus post comitia, quæ in comitiis decreta. Quid apud Prussos obtineat. Si pauci admodum Nuntii in comitiis præsentibus, in alia differuntur quæ grauioris momenti sunt. §. V. Generales gentium conuentus, qui deserunt, legibus eos haberi frustra præcipientibus. Imago horum conuentuum in colloquiis prouincialibus. §. VI. Conuentus Masouorum & Prussorum generales. Quæ de Prussorum conuentu generali præcipue notanda. Rarius illi peraguntur, ut raro admodum ex Prussia Nuntii comitiis interesse possint.

## §. I.

**D**e Ordinibus & ministeriis, tum Senatoriis tum quæ extra Senatum, hæctenus. Progredimur ad Ordinum consultationes in comitiis, quæ cum minores conuentus in palatinatibus & terris præcedant, de his priore loco agendum est. Origo minorum conuentuum, altius quam a Vladislai Jagellonis regno repeti nequit, qui a. 1404 peculiare conuentus Nobilitati indixit, ut ante generalia comitia in tributum consentiret: quod illo tempore pro re noua habitum, deinde & lege & usu firmatum fuit, ut supra lib. III. c. 3. §. 3. ostendimus. Sigismundus Augustus, a. 1550 non tantum comitia, sed etiam conuentus singularum

rum terrarum se indicturum promisit \*): quod pariter pro Lituania a. 1569 cum magnus ille ducatus regno arctius iungeretur, sancitum ac postea repetitum est \*\*). Eodem anno, Prussis frequentandi comitia imposita fuit necessitas, quæ adire nequeunt, nisi prius in sua prouincia conuentum generalem celebrauerint. Indicuntur conuentus a Rege, die lunæ sextæ hebdomadis ante comitia, etiamsi dies ille festus fuerit, celebrandi \*\*\*), ante quem litteras, quibus indicuntur conuentus, tribus aut duabus hebdomadibus in palatinatibus & terris publicari, lex præcipit †). Si tamen comitiis extra ordinem indictis, res de quibus agendum, longiorem moram non patiuntur, spatium trium hebdomadum inter minores conuentus & comitia sufficit ††). Literæ quibus Ordines vocantur, præter conuentum & comitiorum diem, rerum de quibus in comitiis consultandum summam continent, ac ad castra seu arces iudiciales singulorum palatinatum & terrarum, in quibus habendi conuentus, dimittuntur, & tum voce ministri iudicialis, *wozny* appellati, in oppidorum foris publicantur, tum ad valvas templorum descriptæ proponuntur. Quæ per Poloniam, regni; quæ per Lituaniam, Lituaniæ; quæ in Lithoniam mittuntur, vtrumque sigillum præferunt: omnes autem typis expressæ sunt, quibus Rex sua manu nomen subscripsit.

\*) Vol. Constit. p. 4. §. Aby za szczęsnego.  
(II. 595.)

\*\*) Vol. Constitut. p. 179. §. A seymiki. p. 182. §.  
Mieysce seymom. p. 255. 277. §. Seym walny.  
(II. 777. 780. 899. 919.)

\*\*\*) Constitut. a. 1717. p. 54. tit. Regulamen. §.  
Gwoli czemu. p. 76. tit. Seymiki. (VI. 280. 302.)

†) Vol. Constit. p. 179. §. A seymiki. p. 182. §.  
Mieysce seymom. Constit. an. 1683. p. 3. tit.  
Deklaracya. (II. 777. 780. V. 657.)

††) Constit. a. 1638. p. 5. tit. Seym. (III. 927.)

### §. II.

Singulis conuentibus futis, vbi habendi, locus, lege est constitutus \*), & cum palatinatus & terræ quibus Nuntios mittendi ius est, quæque seorsum eos celebrent, palatinatus tamen Posnaniensis & Califfiensis vna, tum ante tum post comitia, suos celebrant conuentus, licet vterque palatinatus peculiare suos Nuntios ad comitia mittat, alique sint Posnanienses, alii Califfienses Nuntii. Conuentibus, præter nobiles, etiam Senatores cuiusvis terræ interesse iubentur \*\*), omnibusque qui adsunt, a loci Capitaneo hospitium gratuitum assignatur \*\*\*). In Prussia, prouinciæ huius Consiliarii necessitate adeundi palatinatum & terrarum conuentus immunes †), generalem conuentum frequentant. Præses conuentuum Marschalcus

reschalcus vocatur, qui pluralitate suffragiorum ex numero nobilium eligitur, quemque possessiones in illo palatinatu aut terra habere oportet: nisi quod in Lituania Mareschalci terrestres, sui tractus conuentibus præfident. Est Mareschalcorum munus, sententias rogare, discordes componere, turbas, quando fiunt, sistere, & vt omnia rite peragantur, prouidere. *Missæ* tamen, quia a sacris conuentus incipiunt, Mareschalci electionem præcedit, postquam regius legatus, ea quæ in comitiis constituenda, verbis exponit ††), quique vbi discessit, consultatur ac quæ ab omnibus probata, conscribuntur, vt a Nuntiis in comitiis efficiantur. His alia, tum publica tum priuata, adduntur, quia non de iis tantum agitur, quæ ad conuentus delata, sed etiam de aliis promiscue, vt in comitiis de iis decernatur. In Prussia viget mos, vt ad minores conuentus nullus veniat legatus regius, qui in generali conuentu adest, & ante electionem Mareschalci auditur.

\*) Conf. Ladouii Index Constitut. tit. Seymiki. Hartk. Rep. Pol. lib. II. c. 5. §. 5. Index Zeglicii p. 603. & sequ.

\*\*) Vol. Constit. p. 85. tit. Seymiki, Stat. Lituan. c. 3. art. 6. (II. 677.)

\*\*\*) Vol. Constit. p. 85. tit. Rozdawánje gospod. (II. 677.)

†) Constit. terr. Prussiz a. 1538. §. Ante conuentum vero. X 3 ††) Vol.

††) Vol. Constitut. p. 255. 277. §. Seym walny.  
(II. 899. 919.)

§. III.

Nuntii eliguntur suffragiorum pluralitate, ex Nobilibus qui præsentés, ut tamen & qui eligunt & qui eliguntur, possessiones habeant in palatinatu ac terra, ex qua nuntii eligendi \*). Arcent autem leges hoc munere, quibus coram iudicio comitali litigandum \*\*); qui iudices tribunalitii \*\*\*); qui ab exercitu oratores ad comitia lecti †); & qui tributorum exactores, thesauro se satisfecisse scripto probare non possunt ††). In comitiis a. 1678 Nuntio, qui simul iudex tribunalitius erat, ea conditione locus concessus, ne si in comitiis de tribunalis decretis ageretur, ipse tribunalis causam susciperet †††). A. 1744 in comitiis Grodnensibus, curiæ regni Thesaurario mota controuersia, quasi Nuntius esse nequiret, quia vacuo regni thesaurariatu, administrator thesauri, rationes cum Republica nondum expediuisset. Sed assertus ei locus inter Nuntios, ex ea causa, quod ipsis Thesaurariis in comitiis locus non negaretur, non excussis quamuis eorum rationibus. Qui a iudicio damnati, decreto non satisfecerunt, tantum abest ut Nuntii eligi possint, ut illis ne quidem conuentibus interesse liceat. Idem iam de *dissidentibus* intelligendum, quos confœderatio a. 1733 nuntios esse vetat, ut c. 9.

§. 3. dictum, quibusque ius censendi in conventibus negatur. Quæ lex tamen in Prussia nondum viget, vbi dissidentibus contentibus provinciarum interesse & in iis censere adhuc licuit. Liuania id habet singulare, quod inter sex, quos legit, Nuntios, bini sint Poloni, Lituani, & Liuoni \*†). Olim Nuntiis ex thesauro regni sumtus erogabantur \*\*†), postea quique palatinatus & terræ pro suis eos contulerunt \*\*\*†), ac summa quæ Lituaniis numeranda, in magni huius ducatus *statuto c. 3. art. 7.* memoratur,

\*†) *Constit. a. 1611. p. 11. tit. Spofob obierania. a. 1613. p. 24. O obieraniu. p. 40. tit. O obieraniu. (III. 11. 184. 199.)*

\*\*†) *Priluf. Stat. p. 25. Vol. Constit. p. 756. tit. O obieraniu poffow. (II. 1523.)*

\*\*\*†) *Constit. an. 1616. p. 3. tit. O deputatach. a. 1678. p. 8. tit. O deputatach. a. 1683. p. 5. tit. Deklaracya. (III. 272. V. 555. 659.)*

†) *Constit. a. 1678. p. 8. tit. O deputatach. (V. 555.)*

††) *Constitut. an. 1631. p. 34. tit. O poborcák. (III. 697.)*

†††) *Hist. Pruss VIII. 176.*

\*†) *Konfed. gener. a. 1674. p. 34. §. Reasumniac. Constit. a. 1677. p. 27. tit. Ordynacya. (V. 232. 483.)*



\*\*†) Priluf. Stat. p. 24. Ianufz. Stat. p. 117.

\*\*\*†) Vol. Constitut p. 762. tit. O poborcách. Konfed. gener. a. 1674. p. 35. §. Lauda. (II. 1530. V. 232.)

#### §. IV.

De numero Nuntiorum *lib. III. c. 9. §. 2.*  
 actum, qui in omnibus comitiis par esse nequit, cum ex illis tantum terris Nuntii veniant, in quibus conuentus absoluti, quorum modo plures, modo pauciores rumpuntur. Viget enim in conuentibus eadem, quæ in comitiis, libertas, vt vnus contradictio illos irritos reddat, estque a multis annis nullum exemplum omnium conuentuum peractorum, vt ex omnibus terris Nuntii comitiis interesse potuissent, nisi interregni tempore illorum conuentuum, qui conuocationis comitia præcesserunt. Nonnunquam Rex, conuentu irritato, statim alium indicit, quod iam a. 1521 factum, quo Sigismundus I. Posnaniensem & Califfiensem palatinatus, qui discordes discesserant, iterum Srodam conuocauit, vt nuntios ad comitia eligerent \*). Ex eadem causa, Stephanus Visnensem in Russia conuentum bis indixit \*\*), idemque ab aliis Regibus interdum factum. Si vero ex conuentu cui contradictum, Nuntii in comitia veniunt, locus illis negatur, quod iis accidit, qui in comitiis Lublinsibus a. 1703 se pro Nuntiis palatinatum Posnaniensis & Califfi-

Califfiensis venditabant \*\*\*): & a. 1689 idem iis contigerat, qui Pruffiæ Nuntii haberi volebant, quamvis provinciæ huius generalis conventus non fuiffet. Amiffis a. 1688 in itinere litteris regis, vocavit maioris Poloniæ generalis Capitaneus nobilitatem Pofnanienfis & Califfiensis palatinatum ad conuentum, electique in illo Nuntii, qui tamen in comitiis pro nullis declarati, quia in conuentu fine litteris regis habito electi erant \*\*\*\*). Non ergo officit comitiis, quando ex aliquot palatinatibus nulli adfunt Nuntii, quoniam præfentes etiam in abfentes ftatuunt, fitque his in conuentibus poft comitia accedendi potestas: nifi quod Pruffi hoc fibi afferunt ius, nihil in abfentes poffe decerni, ac in conuentibus poft comitia, faluam fibi manere diffentiendi facultatem. Accidit tamen in comitiis conuocationis a. 1764 vt in abfentes Pruffos multa etiam aduerfus ipforum iura decernerentur. Cæterum non eft dubium, fi Nuntiorum maxima pars abeffet, effecturos præfentes, vt vel plane inania fint comitia, vel nihil, quod grauioris momenti, fanciatur: ex qua caufa, in comitiis poft Augufti II. & Augufti III. inaugurationem, pleraque in fequentia differebantur, vt tum frequentiores Nuntii adeffent.

\*) Biels. Chr. p. 549.

\*\*) Heidenft. p. 229.

\*\*\*) Zalusc. Ep. T. III. p. 502. Memoir. sur les dern. reuolut. p. 47.

\*\*\*\*) Zalusc. Ep. T. I. part 2. p. 1058.

## §. V.

Præter singulorum palatinatum & terrarum, olim generales integrarum gentium conuentus celebrabantur. Iam Casimiri IV. tempore, Poloni maiores Colum, minores Corczynum, quæ etiam noua ciuitas vocatur, conuenerunt \*), quod & postea factum, fierique lex a. 1565 præcipit, vt Senatores & Nuntii palatinatum & terrarum ibidem mandata conferant & in vnum sensum corrigant, quo in comitiis omnia negotia facilius confici queant \*\*). Lituani generalem suum conuentum Wolcoviſciis habuerunt, quem vna cum Polonorum generalibus conuentibus, Henriciani articuli confirmarunt \*\*\*). Post, Lituani conuentum hunc suum Sloninum transtulerunt \*\*\*\*), sed a Polonis antiqua loca seruata, qui tamen non minus ac Lituani, generales conuentus superiore sæculo frequentare desierunt, & quidem Poloni prius quam Lituani, cum hi adhuc a. 1685 generalem suum conuentum Slonini egisse dicantur †): imo Rex Augustus II. a. 1709 ante consilium magnum Varſaviense, Lituanos Sloninum conuocauit, vt generalem suum conuentum haberent ††). Vfus ergo

ergo generales illos trium gentium conuentus abrogauit, legibus frustra illos tuentibus ††). Superest quædam eorum imago in colloquiis prouincialibus singularum gentium, quæ sæpe in comitiis habentur; de quibus sequenti capite memorabitur.

\*) Dlug. XIII. 436. Bielsc. p. 444.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 85. tit. Seymiki. (II. 677.)

\*\*\*\*) Vol. Constitut. p. 255. 277. §. Seym wálny. (II. 899. 919.)

\*\*\*\*\*) Constit. a. 1631. p. 40. tit. Zjazd Słomimski. Stat. Lituan. c. 3. art. 8. (III. 703.)

†) Hartk. Rep. Pol. lib. II. c. 6. §. 9.

††) Zalusc. Epist. T. III. p. 894.

†††) Vol. Constit. p. 903. tit. Seymiki. Constit. a. 1611. p. 16. O seymikach. a. 1613. p. 10. tit. O seymach. a. 1631. p. 40. tit. Zjazd. Constit. Lituan. a. 1678. p. 11. tit. Reassumptio. (II. 1676. III. 16. 171. 703. V. 628. 629.)

## §. VI.

Habent tamen Masouî adhuc, post singularum terrarum conuentus, generalem Varfaviæ, cuius iam an. 1565 lex mentionem facit \*); habent etiam Prussi, quem alibi ample descriptum \*\*), hic saltem quasi in transitu attingimus. Præcedunt Prussorum generalem conuentum

ventum palatinatum & terrarum in palatinatu Pomeraniæ conuentus, pendetque generalis ex palatinatum conuentibus, vt si vnus palatinatus ruptus, generalis ne quidem inchoari possit. Celebratur hic per vices Mariæburgi & Graudenti, vbi Regis legatus coram Senatoribus & Nobilitatis Nuntiis, quæ in comitiis constituenda exponit. Tum secedunt Nuntii in suum conclaue, & qui Senatum componunt seorsum censent, Nuntii vero Marschalco electo, conferunt quæ sibi a suis iniuncta, ac finitis consultationibus, ad Senatores redeunt, vbi singula expenduntur & deliberationes consensu finiuntur: quo facto orator regius dimittitur, & Nuntiis in comitia, mandata totius prouinciæ nomine scribuntur. Iam vero rarius conuentus ille generalis peragitur, tum quod raro omnes palatinatum conuentus succedunt, sine quibus, vt modo dictum, haberi generalis nequit; tum quod ipse generalis sæpe abrumpitur, & cum comitia nisi finito generali conuentu adire haud liceat, sequitur, vt Nuntii ex Prussia in comitiis plerumque desiderentur. Ab anno 1712 vsque ad annum 1730 duodeviginti annorum interuallum intercessit, quo Nuntii ad comitia missi non sunt. Neque post annum 1735 nisi interregno a. 1764 generalis conuentus peractus est, vt ex illo Nuntii comitia coronationis adire possent.

\*) Vol. Constit. p. 85. tit. Seymiki. (II. 677.)

\*\*) Hod. Reipubl. prut. fac. §. 31. & sequ. Jus publ. Prussiae §. 52. & sequ.

## CAP. II.

## De Comitibus.

§. I. Post conuentus minores, habentur comitia, quae conuentibus vetustiora. §. II. Comitibus alia ordinaria, alia extraordinaria. Origo huius diuisionis. Ordinaria quo die inchoanda. Anni quibus habenda, quomodo numerentur. Si suo anno celebrari nequeunt, exspectandum donec legitimus annus redeat. §. III. Locus comitiorum olim incertus. Duo in Vngaria habitorum exempla. Petricouia illis lege assignata, alio tamen loco celebranda, si cum Lituaniis simul agendum. Varsavia ordinarius comitiorum locus, cui si causa idonea, alia ciuitas praeferi potest. Iuncta Varsaviae Grodna. Quales vices inter utramque ciuitatem seruanda. Jus ciuitatis Grodnensis legibus firmatum, ne illi exemplis derogaretur. Exempla comitiorum in Polonia alibi, quam Varsaviae celebratorum. Comitibus post Regis inaugurationem Cracouiae adstricta. §. IV. Litterae deliberatoriae ad Senatores. Quando illae dimittendae. §. V. Hospitia gratuita

gratuita Senatoribus & Nuntiis in comitiis præbentur. Querela quod minus commoda contigerint. Poena in eos qui iniurias inferunt. Vbi Nuntii horumque famulitium forum habeant, si offendunt alios. Poena Nuntiis, qui pugna singulari congressi, remissa. Iniuriæ in Nuntios admittæ seuerè vindicantur. Consilia in conclauibus Nuntiorum sistuntur, donec iniuriæ reparatæ. Senatores & Nuntii non in ius vocandi aut damnandi, quando in comitia proficiscuntur & illorum causa absunt. §. VI. Sacra ante comitorum initium, quibus Rex cum Senatoribus & Nuntiis interest. Missa & concio. Post sacra Rex cum Ordinibus in Senatorium conclaue, inde Nuntii in suum se conferunt, Mareschalcum electuri. §. VII. Templum in quo fiant sacra, quæ peraguntur, etiam si Rex adesse nequeat. Missa & concio a quibus habeantur. Num Missa a polono Episcopo peragi possit, si comitia in Lituania celebrantur. Lis de concione inter regium concionatorem & Lublinensis collegii, in qua ciuitate erant comitia, ordinarium. Conclauia Senatorum & Nuntiorum ubi. Cur statim post sacra in suum Nuntii discedant. Mareschalcus eorum ante omnia alia eligendus. Ne exempla contraria huic consuetudini & legibus derogent. §. VIII. Ordo comitorum compendio descriptus. §. IX. Mare-

Mareschalco electo, Nuntii agendi facultatem nanciscuntur. Dum novus creatur, prior Mareschalcus conclavi præest. Controuersia priorum comitiorum Mareschalco mota, quod ad præsentia Nuntius non electus. Ex hac causa, priorum comitiorum Mareschalci, iterum se Nuntios creari curant. Illa absente, vicarium eius agit prius illius gentis Nuntius, ex qua proximus Mareschalcus fuit, neque opus est, ut eiusmodi vicarius eligatur. §. X. Mareschalcus electio festinanda, quæ sæpius protrahitur. Leges ut primo comitiorum die electio peragatur. Rupta interdum ante electionem Mareschalci comitia. Exempla electionis, primo die, dimidiæ & paucarum horarum spatio absolutæ. §. XI. Origo Mareschalci. Qui olim Nuntiorum oratores, hodie Mareschalci vocantur. Exemplum mareschalcatu non uni ex Nuntiis, sed singulis palatinatibus per vices mandati. Mareschalco electo suffectus alius, Nuntiorum conclauæ nunquam sine Mareschalco. §. XII. Is ex Nuntiis trium gentium per vices eligitur. Ex quo tempore vices hæc in usu. Si comitia in Lituania, præesse debet Nuntiorum conclauæ Lituanus, ob quam causam vices inter tres gentes non semper seruata. Exemplum Mareschalci ex minore Polonia, cum proximus eiusdem gentis fuisset. Quando



do vices locum habeant. *Exempla Castellano-  
rum qui Nuntiorum Mareschalci fuerunt.*  
 §. XIII. Non licet mareschalcatum sequen-  
 tibus comitiis continuare. Suspicio quasi  
 Mareschalci munus hoc in alteris comitiis  
 retinere voluerit. Comitiam prorogata sub prio-  
 re Mareschalco. Comitiam aliquot interie-  
 ctis, potest idem, iterum & saepius Mare-  
 schalcus eligi. §. XIV. Ad Mareschalci  
 electionem omnium consensu acceditur. Con-  
 tradictio Nuntii supra iustum numerum, ele-  
 cti, cuius ratio habita non est. Ne ullius con-  
 tradictio admittatur nisi Mareschalco electo.  
 §. XV. Suffragia in Mareschalco. Quid  
 sit censere per turnum. Censendi initium  
 per vices a maiore & minore Polonia fit. In  
 electione Mareschalci vincit numerus, qui  
 interdum omnibus sententiis creatur. Can-  
 didati nonnunquam ultro, non nonnunquam  
 rogati desistunt. Electiis par verbum placet.  
 §. XVI. Novus Mareschalci renuntiatur  
 & iurat. Iurisiurandi forma. Quando pri-  
 mum comitorum Mareschalci iurauerit.  
 Post iusiurandum, baculus auctoritatis in-  
 signe, traditur & vetus Mareschalci inter  
 Nuntios confidet. Exemplum baculi ante ius-  
 iurandum traditi. Mareschalci novus munus  
 suum oratione ingreditur. §. XVII. Quae  
 Mareschalci munia & auctoritas. Ad consi-  
 liorum successum dexteritas eius magni mo-  
 menti.

menti, cui tamen pertinax contradicendi studium prævalet. §. XVIII. Mareſchalci honorarium. Idem dignitatem Senatoriam & bona regia in præmium sperare poteſt. §. XIX. Non niſi Mareſchalco præſente conſultatur. Per valetudinem abſens, habet vicarium. Si comitiſſimum tempore Senator creatur, dignitatem hanc ſuſcipit comitiſſimum finitiſſimum, quam Nuntius ſtatim ac ad eam eneſſit, adit. §. XX. Secretarius comitiſſimum, quem Mareſchalcus creat. Quæ illius munitia. §. XXI. Nominat Mareſchalcus qui ſuam electionem Regi deferant. Nuntiiſſimum obicienda. Non poteſt Nuntio controuerſia moueri niſi a Nuntio. Contrarium huic conſuetudini an. 1718. exemplum. Qui fieri poſſit, ut in comitiſſimum Nuntiiſſimum mittantur non legitimiſſimum. Nuntiiſſimum qui iuſſum numerum excedunt, habentur pro non legitimiſſimum. Si incertum ſit num recte arguatur Nuntius, decretum totius conclauis exſpectandum eſt. Nonnunquam conclauis ei qui arguitur, ſuis precibus ſubuenit. Decretum in abſentem Nuntium, cui controuerſia moueri poterat. §. XXII. Numerus eorum, qui Mareſchalci electionem Regi nuntiant, olim minor, iam maior. Quid præter Mareſchalci electionem exponant. Publice in conclauis Senatorio audiuntur. Reſſimum qui priuatim in Regis conclauis audiri voluerunt. §. XXIII. Mareſchalcus cum

Tom. II. Y Nuntius

Nuntiis in Senatum, Regem salutaturus, se confert. Mora interdum ex quorundam interpellationibus. Sub egressu ex Nuntiorum conclavi, lis de priore loco inter Cracouiensis & Posnaniensis palatinatus Nuntios. Quomodo Regem Mareschalcus salutet. Post salutationem & responſionem, Mareschalcus ac Nuntii Regis manum osculo venerantur, nominibus palatinatum & terrarum quibus mittendi Nuntios ius est, a comitorum Secretario citatis. Quod Rex æger decumbebat, solus Mareschalcus eius dexteram osculabatur. Mareschalcus in humili sella sedet, Nuntii post Ministros Senatorios adstantibus. Dum in Senatu est, scipionem suum alteri tradit, quem resumit quando ex Senatu egreditur. §. XXIV. Lectio iurisiurandi regii & pactorum conuentorum. Lex illam præcipiens, a qua in quibusdam usus Æflectit. A quo fiat lectio. Facta a duobus. Cur pacta conuenta legantur. Articulos mareschalcales olim lectos iam non legi. §. XXV. Referuntur ad Ordines de quibus deliberandum. Partes in eo Cancellariorum regni & Lituaniæ, tum in respondendo Nuntiorum Mareschalco & aliis qui Nuntiorum nomine verba faciunt. §. XXVI. Scripta ad archivum, Senatus consulta & mandata legatorum ad externos leguntur. Quæ dicantur scripta ad archivum. Qualia Senatus consulta intellegantur.

*tur. A quo lectio fiat. §. XXVII. Preces ad Regem, ut quæ vacua, aliis conferat. Leges de conferendis vacuis Et Mareſchalci monitione. Redeunt in ſuum conclave Nuntii, ut quæ vacua eorumque candidatos conſignent. Habentur pro vacuis quæ contra leges collata. Vacua Et candidatorum nomina coram Rege leguntur. Rex in conferendis aut non conferendis vacuis iure ſuo utitur. Declarantur a Cancellariis, quibus vacua contigerunt. Pro offenſa habebant Nuntii, cum Rex vacua, poſtquam Senatores cenſuiſſent, conferre vellet. Nuntii non ſemper in eo perſtant, ut vacua aliis ſine mora contingant. §. XXVIII. Senatores cenſent Nuntiis præſentibus. Quomodo ad cenſendum citentur. Modus cenſendi. Regis gratiæ Senatores cenſentes commendant, quos illa dignos credunt. Qui novi Senatores aut altiorem in Senatu dignitatem adepti primum cenſent, Regi gratias agunt Et eius manum oſculantur. Spatium quod cenſendo Senatores abſumunt. Qui ex Senatorum ſententiis fruſtus. Interdum Nuntii vni alterique Senatori ius cenſendi negant. §. XXIX. Rationes a commiſſionibus theſaurorum exhibendæ. §. XXX. Senatores qui conſtitutiones retractaturi declarantur. Illorum numerus Et iusiurandum. Quomodo iam conſtitutiones formandæ, Et illis ſubſcribendum. §. XXXI. Alii Senatores ad ratio-*

nes *Theſaurariorum* & *rei tormentariae* *Praefectorum*, a quibus *iusiurandum* non exigebatur. Quomodo iam a *commissionibus theſaurorum*, & *Praefectorum rei tormentariae* nomine rationes reddendae. §. XXXII. Legati ad exteros miſſi de legatione referunt. Quod ut ſemotis arbitris fiat, lex poſtulat. Exemplum legationis quatrimum memoratae. *Iusiurandum* in legationem. *Peracta* legatio Regis nomine approbatur. Interdum *Ordinum* nomine legato gratia aguntur. §. XXXIII. Regni & *Lituaniae* exercituum oratores, horumque poſtulationes. Quomodo dimittantur. §. XXXIV. Redeunt *Nuntii* in ſuum conclauem ad conſilia. Quid fit ſaluo regressu *Senatum* adire. *Statio* militum *mareschalcalium*, dum *Nuntii* in *Senatorum* conclauem ſunt, ac tempore quo praesentiam illorum in *Senatu* leges exigunt. §. XXXV. Cur *Nuntiorum* conclauem legum officina vocetur. Ex *Nuntiis* aliquot ad formandas conſtitutiones, a quibus *iusiurandum* exigitur. Olim alii ex *Nuntiis*, ad rationes *Theſaurariorum* & *Praefectorum rei tormentariae* nominabantur, quibus iam per legem nouellam opus non eſt. §. XXXVI. De quo in *Nuntiorum* conclauem ante omnia deliberandum. Non poteſt aliud tractari, niſi in quod omnes conſenſerunt. Mora per illorum diſſenſum, qui a diuerſis initium fieri poſtulant. Modus & ordo

ordo censendi. Quando negotium quod agitur pro confectio habeatur. Quam difficile sit omnes ad consensum flectere. §. XXXVII. Nuntiorum libertas, ut non omnia, de quibus ad se relatum, Et ea, de quibus ad se non relatum, constituent. Cuius Nuntio licet relationem egredi. Privati suas preces ad Nuntiorum conclave deferunt. Novus in conclavi Nuntiorum consulendi modus. §. XXXVIII. Confessus provinciales qui sint. Non nisi Rege consentiente habendi. Moxiti Nuntii Regis nomine, ut sine mora eos celebrent. Vbi habeantur. Intercessio Nuntii, quod suae gentis confessus in alium quam placuerat locum translatus. Modus quo habeantur. In confessus Lituanorum non ut in aliis primus Senator, sed illius gentis maior Cancellarius praesidet. Quae gentes singulae inter se constituerunt, cum aliis per legatos communicantur. Finitis confessibus provincialibus, in conclave suum Nuntii redeunt. Confessus eiusmodi ante electionem Marechalli a Rege permitti, quod insolitum Et minus congruens. §. XXXIX. Post confessus provinciales, consilia in Nuntiorum conclavi, sed omnium gentium Nuntiis praesentibus, continuantur. Senatores ad Nuntiorum conclave missi ut consilia maturentur. Nuntii vicissim suas preces ad Regem per Marechallum, aut privatim, aut in Senatu deferunt. §. XL.

*Exercituum oratores nonnunquam in Nuntiorum conclavi audiuntur, & Senatores priuata sua negotia commendant. §. XLI. Iudicia comitialia. Quæ ibi iudicentur causa. Olim ea Rex cum solis Senatoribus exercuit. Nuntii in quibusdam criminibus additi, qui iam omnibus causis adhibendi sunt. Numerus eorum quos Mareschalcus designat, & sine quibus iudicia haberi nequeunt. Monitus Mareschalcus, ne omittat legere Nuntios, qui iudiciis assideant. Quando illis imponendus finis. Decreta post consultationum in conclavi Nuntiorum finem lata, pro irritis habentur. §. XLII. Consilia in Nuntiorum conclauis, quinto die ante finem comitiarum absolui debent, quæ plerumque longius protrahuntur, ut tamen Nuntii consentiant. Regis consensu opus, si Nuntii totis comitiis destinatum tempus, in suo conclavi absument aut excedant. Quæ præsentibus confici nequeunt, in sequentia comitia differuntur. Quid sit in recessum referre. §. XLIII. Absolutis in Nuntiorum conclavi consiliis, Mareschalcus oratione summus finit. Tum Nuntii in Senatum se conferunt, ubi eorum Mareschalcus legit quæ inter ipsos decreta sunt, eademque a Senatoribus probanda, si legis vim habere debeant. Dicuntur a Senatoribus & Nuntiis sententia. Possunt Nuntii iis contradicere, quibus in suo conclavi uiderunt. Omne illud, quod*

quod non cunctis placuit, irritum. §. XLIV. Spatium consultationi Ordinum in Senatu constitutum. Nocte ad candelas deliberare leges vetant. Exempla consiliorum per noctem continuatorum. Tum vero candelæ, præter unam pro Nuntiorum Mareſchaleo, non inferebantur. Iam licet consilia ad candelas continuare. §. XLV. Tempus consultationibus in Senatu destinatum, potest Regis & Ordinum consensu proferri. Ultimus confessus sæpe in noctem & sequentem diem extracti solet, Rege per omne tempus præſente. Abrupta comitia credita, Rege ex nocturno confessu discedente. §. XLVI. Olim comitiis certum spatium constitutum non erat, quæ intra paucos dies tum absoluebantur. Comitiorum per dimidium annum hæditorum vetustius exemplum. Prima lex de comitiorum termino, qui neque proferendus neque contrahendus. Exempla citius absolutorum comitiorum. Septem horarum comitia. Comitia sæpe ultra suum terminum extracta. Comitia sine fructu, quod illorum tempus Nuntii extendi volebant. §. XLVII. Præter alia, in comitiis olim tributa decreta. Cur ab aliquot annis de iis nihil constitutum. Consilia de tributis, tum veteribus augendis, tum novis instituendis, adhuc irrita. Senatores qui circa Regem, in comitiis declarantur. Comititia quomodo finiuntur. Sequitur Ambro-



*si hymnus, Te Deum. §. XLVIII. Quæ in comitiis sanciuntur, vocantur constitutiones. Nonnunquam Vchwała. Peculiare nomen illis, quæ anno 1710. decreto, impostum. Constitutiones comitiis finitis retractantur & in ordinem rediguntur. Querelæ de aliter editis constitutionibus, ac probatæ fuissent. Exemplum constitutionum tertium editarum, quod bis minus recte publicatæ essent. Qui constitutiones retractantur subscribunt nomina. Quot olim, quot hodie subscribant. Antiqua formula ad mandatum Regis proprium, quæ ante integrum sæculum desit. Nomen Secretarii comitorum appositum. §. XLIX. Constitutiones actis castrensibus inseruntur & typis exprimuntur. Suntus in typos. Exempla quibus a Cancellariis subscriptum & sigillum appositum, ad palatinatus & terras dimittuntur. Spatium intra quod constitutiones actis castrensibus exhibendæ. §. L. Constitutionibus Regis nomen præponitur. Constitutiones polonæ & lituanæ separatim prodeunt. Primum exemplum, quod per aliquod tempus omissum, postea repetitum, in hunc diem servatur. §. LI. Comitia extraordinaria. Quibus, cum fuissent duarum hebdomadum, sex constitutæ sunt. Tum duarum tum trium hebdomadum tempus illis concessum. Comitia duarum hebdomadum dicta, cum tamen spatium illud excessissent.*

sent. Nouissimum exemplum comitorum extraordinariorum, intra dies quatuordecim absolutorum. Pacta conuenta in extraordinariis comitiis lecta, quæ alias in iis legi non solent. §. LII. Raro comitia fini. Index comitorum absolutorum. Quomodo comitia irrita reddantur. Ius intercedendi. Ne comitia, nisi circa eorum finem conclauibus iam iunctis, rumpantur. Frustra in ius vocati qui comitia abruperant. Quid sit adiuuitatem sistere, quid passue dicere. Qui intercessit precibus flectendus. Quomodo adiuuitas reddatur, quæ in vris comitiis sapius sisti & restitui potest. Manente intercessione comitia abrumpuntur. Interdum intercessio cum rationibus, actis castrensibus mandatur. Quomodo dimittantur Nuntii, si Mareschalco electo comitia rumpuntur. Comitibus ante Mareschalci electionem irritis, Nuntii Rege non salutato abeunt. §. LIII. Comitibus infructuosa, ubi illorum tempus in Nuntiorum conclau sine fructu absumentum. Eiusmodi comitorum exempla. Comitibus, quod illorum tempus frustra transit, manente confæderatione, in consilium magnum versa. Qua ratione tempus comitorum sine fructu teratur. Comitibus irritis Ambrosii hymnus non canitur. §. LIV. Comitibus interpellata & alio tempore continuata. Interpellatorum comitorum constitutiones. Ex qua causa comitia interpellare placuerit.

Quid de discessu ex eiusmodi comitiis notandum. Comititia ex limitatione, quibus aut ab Ordinibus aut a Rege dies dicitur. §. LV. Hæc nulli præcedebant minores conuentus, nisi in illis palatinatibus, ex quibus nondum erant Nuntii. Num ad comitia illa Ordines regis litteris vocandi. Comitiorum ex limitatione initium & in iis consultandi modus. Ex tribus quæ habita, du rupta & una absoluta. Comititia ex limitatione in posterum lege vetantur. §. LVI. Comititia apertis utriusque conclavis foribus, & polona lingua aguntur.

## §. I.

Conuentus, quos proximo capite descripsimus, habentur, ut Nobilitas suos Nuntios in comitia legat, eosque mandatis instruat. Sequuntur comitia, quæ etiam sunt conuentus, sed omnium terrarum regno iunctarum & Regi immediate parentium. Sunt comitia minoribus conuentibus vetustiora, quæ celebrabantur, cum Rex solos Senatores consuleret, minores vero illi conuentus cæperunt, nobilitate in consilium adhibita. Comititia a Rege indici ac eo præfente haberi *lib. II. c. 12. §. 1. & sequ.* demonstrauius.

## §. II.

Comititia in ordinaria & extraordinaria diuiduntur: quæ diuisio a 1573 orta, cum lex comitia

comitia quouis biennio haberi iuberet, simul Regi intra breuius spatium eadem indicere permetteret, si publicâ necessitas flagitaret\*). Tum enim comitia, quæ confecto biennio celebrabantur, ordinaria, reliqua extraordinaria, vt inter vtraque esset discrimen, vocari debebant. Certo iam comitorum anno, incertus manebat dies, donec an. 1717 feria secunda post Michaëlis festum, quæ est proxima lunæ dies constitueretur. Eadem lex præcipit\*\*), biennium quod comitiis ordinariis curreret, ab anno 1716 numerandum, vt prima comitia in annum 1718 inciderent, & biennium ab anno, quo aut habita, aut habenda fuissent comitia, in posterum computaretur. Si ergo per Regis absentiam, aut ex alia causa, ordinaria comitia suo anno haberi nequeunt, oportet vt aliud biennium intercedat, priusquam indicantur. Anno 1726. 1732. 1736 extraordinaria comitia ordinariis offecerunt, quæ propter illa celebrata non sunt. Anno 1742 sine comitiis transmissio, annus 1744 pro ordinariis expectandus erat, quo etiam habebantur. Indictis a. 1750 mense Augusto extraordinariis comitiis, & ante Marschalci electionem ruptis, differenda erant ordinaria post biennium, quæ a. 1756 indicta sed non habita, quia Rex ob turbas in Saxonia excitatas, iusto tempore in Polonia adesse nequibat. Quod ad tempus ordinariorum comitorum, an. 1752 nonnulli suadebant, vt mense Augusto,

gusto, vel post ascensionem S. Mariz, vel post festum Bartholomzi diem indicerentur, quod tamen plerisque displicebat.

\*) Vol. Constitut. p. 255. 277. §. Szym walny. (II. 899. 919)

\*\*) Constit. an. 1717. p. 54. tit. Regulamen. §. Gwoli czemu. (VI. 280.)

### §. III.

Locus comitorum antiquissimis temporibus non erat certus, sed Reges eadem in variis civitatibus habuisse leguntur, imo Ludovicus duo comitia in Vngaria, altera ad Budam, altera Solii celebravit \*). Ante alias tamen Petricovia placuit, comitorum frequentia olim insignis, ut etiam Ordines xgre ferrent alio vocari, ac Sigismundus I. ad illorum preces a. 1540 decerneret, comitia Petricoviz & non alibi celebranda esse, nisi legitima causa a Rege cum Senatoribus expendenda aliud suaderet \*\*). De comitiis autem, quæ Polonis cum Lituaniis essent communia, prius sanxerat Vladislaus Jagello, ut Lublini, aut Parczoviz, aut alio loco commode peragerentur \*\*\*). Facta arctiori inter Polonos & Lituanos an. 1569 coniunctione, comitiis Varsovia assignabatur, ut tamen, si intercedente aliquo casu, ibi haberi non possent, Senatorum utriusque gentis consilio, in alium commodiorem in Polonia locum indicerentur †). Tum Varsovia ordinaria

stria comitiarum sedes euasit, cui an. 1673  
 Grodnia in Lituania ita iuncta, vt post duo co-  
 mitia Varſauiz, tertia Grodnæ celebrentur,  
 comitiis tamen conuocationis, electionis &  
 post Regis inaugurationem, in numerum  
 eorum inter quæ vices obtinerent, non refe-  
 rendis, vt præter illa, prius duo Varſauiz ha-  
 bēnda, quam ad Grodnam veniat ordo. Si-  
 mul tum sancitum, vt in Grodnensibus comi-  
 tiis, Mareſchalco Nuntiorum ex Lituaniis eſſet  
 ††). Post hanc legem prima comitia Grod-  
 niæ an. 1678 Mareſchalco Lituaño fuerunt.  
 Idem fieri debebat an. 1685 ſed prælata tum  
 Varſauia, lege tamen cautum, ne id iuri Grod-  
 nensis ciuitatis officeret, & vt in illa proxima  
 comitia agerentur †††). Accedebat a. 1699  
 constitutionis anni 1673 explicatio, vt vices  
 inter Varſauiam & Grodnam eſſent, ſi in co-  
 mitiis Mareſchalco electus, comitiis non com-  
 putandis, quæ ante electionem Mareſchalci  
 abrumpērent ††). Postea, ſi iuſtis de cauſis  
 ex Senatorum conſilio nonnunquam Grodna  
 præteribatur, ceſſerunt Lituaui, vt tamen in  
 comitiis voce, & an. 1703 constitutione ius  
 ciuitatis ſuæ aſſerent, ne illi contrariis exem-  
 plis derogaretur †††). Cœpta a. 1718 Grodnæ  
 comitia die 30. Decembris ſequentis anni Var-  
 ſauiz continuari, Lituaniis diſplicebat, inſuri-  
 am ſibi fieri querentibus; & cum an. 1726  
 comitia ex prærogatione Grodnæ haberentur,  
 lege prouiſum, ne id vicibus quibus celebran-  
 da

da comitiâ, noceret, sed vt proxima ordinaria comitiâ an. 1728 Grodnam indicerentur †\*\*\*), quæ indicta quidem, sed ob Regis in Saxonia absentiam, haberi nequibant, neque prius quam 1744 habita, licet Lituani a. 1738 sibi pacti essent, vt id post biennium, scilicet a. 1740 fieret, cum duo ordinaria Varſauiz an. 1738. & 1740 præcessissent. Quod ad Varſauiam, pro illa interdum alia ciuitas placuit. Annis enim 1576. & 1626 Thoruni; a. 1595. & 1603 Cracouiæ; a. 1653 Brestz in Lituania; & a. 1703 Lublini comitiâ celebrata sunt. Vt taceamus comitiâ, quæ Regis inaugurationem excipiunt, quibus Cracouiam esse propriam, *lib. II. c. 5. §. 17.* dictum.

\*) Dlug. X. 48. 67.

\*\*) Prilus. Stat. p. 24. Ianufz. Stat. p. 113.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 127. p. 1. Prilus. l. c. Ianufz. l. c.

†) Vol. Constit. p. 179. §. Mieysce. (II. 777.)

††) Constit. a. 1673. p. 18. tit. Seym trzeci. P. C. Ioannis III. §. Priuilegia y prawa. Constit. Litu. a. 1677. p. 9. tit. Kommissya. (V. 108. 520.)

†††) Constit. an. 1685. p. 3. tit. Vtwierdzenie. (V. 707.)

†\*) Constit. a. 1699. p. 48. tit. Alternata laski. (VI. 58.)

†\*\*) Constit. an. 1703. p. 3. tit. Wårunek alternaty. (VI. 38.)

†\*\*\*) Constit. an. 1726. p. 3. tit. Securitas Seymow. (VI. 404.)

§. IV.

## §. IV.

Præter litteras quibus Ordines ad comitia vocantur, aliæ ad singulos Senatores dimittuntur, *deliberatoriæ* appellatæ, quæ continent de quibus in comitiis agendum, ut iis domi penſitatis, parati ad conſilia, in comitia veniant. His litteris tempus a. 1717 ſtatuitur, ut menſibus tribus comitia præcedant \*).

\*) Conſtitut. an. 1717, p. 54. tit. Regulamen. §. Gwoli czemu. (VI. 280.)

## §. V.

Venientibus in comitia Senatoribus & Nuntiis, gratuita hofpita a Mareſchalcis aſſignari, a regni ſi in Polonia, a Lituaniæ ſi in Lituania habentur, & ab iisdem Mareſchalcis attendi, ne turbæ fiant, aut rerum pretia intendantur, *lib. III. c. 8. §. 14. 17. 18.* memorauimus. Anno 1669 mittebantur ex Nuntiorum conclauſi, qui hofpita luſtrarent, ut conſtaret, num iuſta de iis querela inſtituta eſſet \*): quæ etiam in comitiis Grodnenſibus an. 1678 tum alio tempore mota eſt. In eos, qui in comitiis ferrum ſtringunt, vulnerant & occidunt, leges poenas decernunt \*\*): & Nuntii terreſtres cum ſuo famulitio, vbi cœperunt comitia, coram Mareſchalco & conclauſi Nuntiorum forum habent, ſi autem ante latum decretum ex comitiis profecti, coram iudicio terreſtri \*\*\*). Anno 1722 inter comitia, duo Nuntii ſingulari



lari pugna ad Iazdovam congressi, pro quibus antequam a suo conclavi iudicarentur, Senatores Regem deprecati sunt, & a Nuntiorum conclavi obtinuerunt, ut illis poena remitteretur, ita tamen, ut Regi, Senatui, & suo conclavi supplices fierent, ac supremum regni Mareschalcum veniam orarent, quod eius auctoritatem non reveriti essent. Iniuriæ vero in Nuntios admixtæ, quia publicas personas gerunt, graviter vindicantur, ut a. 1710 militum Tribunus, quia Nuntium fauciauerat, a regni Mareschalco damnatus, glandibus traiceretur. Cum an. 1738 Nuntii de militum, qui intra arcem in statione, immodestia quererentur, regni & Lituanix supremis Mareschalcis iunctum, ut inquirerent, & in reos animadverterent. Solet etiam in conclavi Nuntiorum curis consultationum sisti, donec iniuria Nuntio facta reparata fuerit †). Id ad Senatorum & Nuntiorum iura pertinet, ut cause ipsorum in quibusvis iudiciis, per tota comiti, a conventibus qui ea præcedunt, & duas hebdomades post conventus relationum, quiescant, decretis, si quæ interea ferrentur, irritis ††).

\*) Zavad. Hist. arc. p. 65.

\*\*) Ianusz. Stat. p. 512. 513.

\*\*\*) Constit. an. 1649. p. 6. tit. O Sądach. (IV. 285.)

†) Zavad. Hist. p. 72.

††) Const.

††) Constit. a. 1654. p. 34. tit. Vbepiecie-  
nie. an. 1659. p. 7. tit. Vbepieczenie. an.  
1678. p. 15. tit. Securitas. (IV. 472. 591.  
V. 565.)

## §. VI.

Antequam comitia inchoantur, fiunt sacra. Rex enim Nuntiis & Senatoribus præcedenti-  
bus in templum se confert, vbi *Missa* aut a  
Gnesnensi Archiepiscopo, aut ab vno Episco-  
porum, nonnunquam a Papæ Nuntio celebra-  
tur, & post hanc concio habetur. Finitis sa-  
cris, Regem primum in suum, mox in Sena-  
torium conclauē Ordines deducunt, ibi Rex in  
folio, Senatores ad vtrumque latus in sellis  
confident, Ministri ordinis Senatorii & aulici  
folium circumstant, & Mareschalcus Nun-  
tiorum ex nouissimis comitiis, cum Nuntiis  
aliquot Regem accedit, orans vt Nuntiis liceat  
in suum conclauē discedere, cui Rex ore Can-  
cellarii annuit. Tum Ministri Senatorii ad  
suas sellas se conferunt, ac post breuem mo-  
ram folium regium repetunt, Rex autem sur-  
git, ac Senatoribus illiusque ordinis Ministris  
antecedentibus, in suum conclauē redit, Nun-  
tiis in suo manentibus, vt novum Mareschal-  
cum eligant. Id Augusto III. regnante indu-  
ctum, cum antea Rex post sacra in suum con-  
clauē deduceretur, & Nuntii cum suo Mare-  
schalco in suum se conferrent. Anno 1735

Rex in Senatorio conclaui duas horas moratus, antequam in suum rediret, quod ab Ipso an. 1736. 1738. 1740. & 1748. Senatorium conclaue non ingressus, factum, vt tamen 1740. 1748. & 1754 ex suo in Senatorium veniret, antequam Nuntii in suum discederent. Anno 1764 Rex cum Ordinibus ex templo in Senatorium conclaue se conferebat, ex quo Nuntii suum adibant.

### §. VII.

Sacra, quorum modo præcessit mentio, in præcipua æde peraguntur, in quam Varfauizæ Rex ea arce per porticum qua arci iungitur, descendit, quamque Grodnæ per plateam pedes adit, & prope altare præcipuum sub umbella, vulgo *baldachino*, confidet. Sed si per valetudinem adesse impeditur, sacra ipso absente peraguntur: vt a. 1733 cum Augustus II. in palatio sub vrbe, ex morbo qui ipsi fatalis, decumberet, & a. 1652 Ioanne Casimiro febris ægro, ex qua conualuit. Sacram Missam, cuius §. præcedenti facta mentio, excipit concio, quæ aut a Cantónico, aut ab vno concionatorum regionum, interdum etiam ab Episcopo habetur. In comitiis Lublinsibus an. 1703 de concione, inter concionatorem regionum Kozuchovium, & ordinarium collegii Lublinsis, Kalusium, lis erat, ac hic regio concionatori præferebatur \*). Conclauia, alterum Senatorum alterum Nuntiorum, sunt in arce

arce Varſauienſi & Grodneſi, & vt Senatores & Senatorii Miniſtri, præter minores Caſtellanos, qui in ſcamnis panno rubro tectis, in ſellis holoſerico obductis, ita Nuntii in ſuo conclaui in ſcamnis nudis ſedent, ac a. 1672 nolebant permittere, vt aliquot illorum, in ſellis quas ſibi afferri curauerant, confiderent \*\*). Ideo autem in hoc ſuum conclaue Nuntii ſtatim poſt ſacra diſcedunt, quod ipsis non licitum, niſi Mareſchalco creato, publica negotia aggredi. Verſo a. 1673 in comitia conſilio magno, non itum ad Nuntiorum conclaue vt Mareſchalcus eligeretur, ſed ſub Mareſchalco confœderationis, Nobilitas cum Senatu conſultauit, qui modus deliberandi extraordinarius, iuribus & longæ conſuetudini repugnans, ne in exemplum iret, eodem tempore lege cauebatur \*\*\*). Anno 1717 neque Nuntii ad comitia miſſi, neque Nuntiorum Mareſchalcus electus, ſed conuentione Varſauienſi a. 1716 ſancitum, vt generalis Mareſchalcus confœderationis Tarnogrodensis, Mareſchalcum Nuntiorum, Mareſchalci autem particulares & conſiliarii confœderationis, Nuntios agerent, ſaluſ tamen in futurum legibus, & ne idem vnquam repeteretur \*\*\*\*).

\*) Zalus. Ep. T. III. p. 502.

\*\*\*) Hiſt. Pruff. VIII. 69.

\*\*\*\*) Conſtit. a. 1673. p. 11. tit. Izba poſelska. (V. 100.)

\*\*\*) Conſtit. an. 1717. p. 16. §. Zeby zaſ.  
& principio earundem conſtitutionum.  
(VI. 245.)

### §. VIII.

Hunc vero ordinem in comitiis ſeruandum  
lex præcipit \*): vt primo die Mareſchalcus  
eligatur; eo electo, controuerſiæ, ſi quæ de  
Nuntiis fuerint, componantur; deinde Nuntii  
Regem ſalutent; pacta conuenta recitentur;  
de quibus in comitiis deliberandum proponan-  
tur; ſcriptorum ſuperioribus comitiis ad *archi-  
uum* datorum, & ſenatus conſultorum lectio  
ſequatur; tum Nuntii vacantium dignitatum  
mentionem faciant; Senatores cenſeant; no-  
minatis ex Senatu ad conſtitutiones, & The-  
ſaurariorum ac rei tormentariæ præfectorum  
rationes, legati, ſi qui ad exteros Principes  
miſſi, acta a ſe arbitris ſemotis exponant ac  
iureiurando confirment; his in Senatorio con-  
clauſi actis, Nuntii ſuum repetant, & conſtitu-  
tiones, incipiendo a publica ſecuritate, ſcri-  
bant, Rex vero interea cum Senatoribus &  
Nuntiis a Mareſchalco ſuo nominatis, cauſas  
iudicet; denique Nuntii cum conſtitutionibus  
ad Senatores redeant, cum illis quinque dies  
conſilia conferant, & comitia iuſto tempore,  
candelis non accenſis, finiant.

\*) Conſtit. an. 1690. p. I. tit. Obiaſnienic.  
(V. 763.)

### §. IX.

## §. IX.

Hæc, vt legibus conuenit, breuiter summatimque scripta, vberius explananda sunt, non omiſſis quæ lex ſilet, aut quibus ab ea ſiue vſu ſiue lege poſteriore deſlectitur. Initium ab electione Mareſchalci facimus, quæ exterorū omnium caput eſt, quia poſt illam Nuntii facultatem agendi, *actiuitatem* appellant, nanciſcuntur. Interea dum novus creatur, illorum conclau priorum comitiōrum præſt Mareſchalcus, ſi ad præſentia Nuntius fuerit; quare iam a. 1672 præſidium ipſi negatum, quia in numero Nuntiorum non erat, eadem ea conditione permiſſum, vt lege decerneretur, an vetus Mareſchalcus, ſi Nuntius non electus, ad electionem noui, Mareſchalcatu fungi poſſit \*). Hinc nulla de re illa lata lege, Mareſchalci priorum comitiōrum a. 1688. & 1692 ſequentibus abſtinebant, quia Nuntii electi non erant \*\*). An. 1695 Nuntiorum lituanorū maior pars, noluit hoc munere Kryſpinum, priorum comitiōrum Mareſchaleum, deſungi, quod ipſum pro non legitimo ad præſentia comitia Nuntio haberet, ac in eius locum Dąbrowſcium, Vilenſem Succamerarium, primum ex Lituania Nuntium, ſubſtituebat, Poloniſ ac Lituanoꝝ aliquot Kryſpinum tuentibus, quod olim priorum comitiōrum Mareſchalci, ad electionem noui, Nuntiorum conclau præſuiſſent, licet

iterum Nuntii ad comitia missi haud essent. Sed cum neutra pars cederet, tempus comitiis destinatum per contentiones absumebatur, vt ne quidem Mareschalcus creari potuerit \*\*\*). In comitiis a. 1699 mouebatur Mareschalco priorum comitiorum controuersia, quia in praesentia Nuntius electus haud esset, sed demonstrato esse ipsum Wilkomiriensis terrae Nuntium, contradictio cessabat †). Si vero superiorum comitiorum Mareschalcus ad Senatoriam dignitatem euectus, aut mortuus, aut ex alia causa absens est, vices eius subit primus Nuntius illius gentis, ex qua Mareschalcus fuit, siue minoris, siue maioris Poloniae siue Lituaniae. Mareschalco comitiorum an. 1726 Senatore creato & breui mortuo, aliquot comitiis vsque in annum 1733 primi ex minore Polonia Nuntii vicariam operam praestiterunt, quod ante hunc annum comitia ne quidem ad electionem Mareschalci successerant, & proximus Mareschalcus ex minore Polonia fuerat. Aberat a. 1744 prior Mareschalcus Karvovscius, cuius vicem Wielopolscius, primus palatinatus Cracouiensis Nuntius, subibat. Crediderunt quidem a. 1701 nonnulli, vicarium Mareschalci pariter eligendum esse, sed contra illos vetus mos obtinuit, rogatusque tum Nuntius maioris Poloniae primus, ex qua gente Mareschalcus fuerat, vltro munus illius suscepit ††). In comitiis conuocationis an. 1764 superiorum comitiorum Mareschalcus

ex

ex Nuntiorum conclavi discedens stationem suam deseruit: quo facto munus eius ad electionem noui Mareschalci, Stan. Kossowscio palatinatus Siradiensis Nuntio mandatum est.

\*) Hist. Pruss. VIII. 60.

\*\*) Hist. Pruss. VIII. 284. 314.

\*\*\*) Zalus. Epist. T. I. part. 2. p. 1495. 1496. 1528.

†) Hist. Pruss. IX. 73.

††) Hist. Pruss. IX. 107.

§. X.

Ne sine fructu Nuntii tempus terant, Mareschalci electio festinanda est, quæ per lites & inania, imo & ambitum, sæpe post plures dies ac hebdomades integras peracta fuit. Iam a 1592 quarta demum comitiorum hebdomade Mareschalco creatus \*), & sequentia tempora multa exempla procrastinatæ electionis memorant, cui in posterum occurrere voluit lex a. 1678 creando Mareschalco primum comitiorum diem statuens \*\*): cuius auctoritas annis 1690. 1699 & 1736 firmata est \*\*\*). Sed non semper legi obtemperatum, sæpe electione longius protracta, imo rupta comitia antequam electio peragi potuerit, cuius primum exemplum annis 1688 dedit †). Anno 1677 nona, 1685 vicesima octaua, 1699 decima sexta, 1701 tricesima octaua & 1758 altera comitiorum die Mareschalci electio peracta est. Nonnunquam vt an. 1692. 1736. 1740



& 1764 primo comitorum die, imo a. 1689 dimidiæ ††), a. 1703 & 1744 trium, 1748 duarum horarum spatio, electio absoluebatur. Sed plura sunt exempla comitorum ante Mareschalci electionem ruptorum aut irritorum, ut an. 1695. 1698. 1701. 1720. 1729. 1730. 1732. 1750. 1754. 1760. 1761. 1762. Ut adeo vsus doceat, Mareschalcum modo primo die, modo serius electum, modo electo nullo, comitia rupta & irrita fuisse. Quo igitur priores leges sanctius obseruarentur, in comitiis conuocationis a. 1764 cautum est, ut Nuntii statim primo comitorum die omissa alia quacunque re, semotis arbitris ad electionem Mareschalci accedant, & sententias suo ordine sine interruptione dicant, neque dimittantur nisi Mareschalco electo, etiamsi ad candelas confessus continuandus, non obstante cuiusuis contradictione, quocunque titulo aut prætextu ††). Nouellæ legi, qua veteres firmatæ, in comitiis post Regis inaugurationem obtemperatum est, nouo Mareschalco, semotis arbitris statim electo.

\*) Piafec. Chr. p. 100.

\*\*) Const. a. 1678. p. 1. tit. Jurament. (V. 546.)

\*\*\*) Supra §. 8. Constit. a. 1699. p. 48. tit. Alternata. a. 1736. p. 103. tit. O porządku seymowania. (VI. 48. 666.)

††) Zal. Epist. T. I. par. 2. p. 1070. 1071. Hist. Pruss. VIII. 273.

††) Zal.

†) Zal. l. c. p. 1064.

††) Konfed. gener. a. 1764. p. 26. tit. O porządku.

### §. XI.

Origo Mareschalci potest ab illis temporibus repeti, quibus nobiles comitiis interesse cœperunt, licet tunc eius nomen non occurrat. Erat enim necesse, vt aliquis pro Nuntiis verba faceret, & illorum mentem declararet, quod Mareschalci officium est. A. 1537 nobiles de Republica & iuribus neglectis, apud Senatum per Petr. Zborovium Castellanum Malogostensem expostularunt, ac Splavscii & Thaszycii voce suas preces ad Regem detulerunt \*). Sigismundo Augusto regnante, in comitiis memorantur oratores, qui Nuntiorum nomine verba fecerunt \*\*), quos oratores hodie Mareschalcos appellamus. In comitiis conuocationis a. 1573 contra morem, Mareschalcus non electus, sed singulis diebus singulis palatinatibus, per vices munus eius fuit mandatum, vt eo vnus ex Nuntiis fungeretur \*\*\*). Sed rediit pristinus mos, Mareschalcatu in comitiis post Henrici inaugurationem, Agrippæ, lituano Nuncio, delato, cui, quod minus facundus erat, ex Polonis Stan. Czarncovijs sufficiebatur \*\*\*\*). Ex quo tempore Nuntiorum conclauæ Mareschalco sue non caruit.

\*) Orichov. Annal. VI. Dlugoff. T. II. p. 1563. 1601. 1602.

\*\*) Orichov. Dlug. T. II. p. 1485. 1488. 1504. 1539.

\*\*\*) Heidenst. hist. p. 17.

\*\*\*\*) Heidenst. p. 53. 56.

## §. XII.

Mareschalcus ex præsentibus Nuntiis eligitur, & quidem per vices, ex Polonis maioribus, minoribus & Lituaniis, quod lex a. 1699 firmans voluit, vt cum præsentium comitiarum Mareschalcus ex maiore Polonia fuisset, proximorum ex minore, & tertiorum in Lituania habendorum, ex hac gente esset \*). Hæ vices iam Sigismundo III. regnante in usu erant, & a. 1673 constitutum, vt tertia quæque comitia, Grodnæ in Lituania celebranda, non nisi Lituani Mareschalcum haberent \*\*): qua ex causa a. 1688 quo comitia Grodnam indicta, Mareschalcus ex Lituaniis eligi debebat, licet proximis comitiis Varfaviensibus Mareschalcus eiusdem gentis fuisset \*\*\*). Contra permittunt interdum Lituani, vt in Polonia prætereantur, ac pro Lituano, Polonus eligatur Mareschalcus. Anno 1722. 1724 & 1733 Mareschalcatus Polonis fuit delatus, nullo Lituano intercedente: & cum in comitiis electionis an. 1733 Mareschalcus Polonus fuisset, ipsum in eodem munere an. 1736. 1738 & 1740 Poloni exceperunt, quos an.

1744

1744 Lituanus secutus, comitiis Grodnæ celebratis. Minime tamen existimandum, non posse ex Lituanis Mareschalcos legi, quando in Polonia comitia celebrantur, cum in comitiis intra Poloniam a. 1697 & 1703 ob vices, Lituani Mareschalci fuerint; quæ inter Polonos non semper seruatz sunt, quia an. 1733 Mareschalco ex minore Polonia, alter eiusdem gentis successit. Erat is Georgius Ozarovius, qui quod primus inter minoris Poloniæ Nuntios, nouissimi Mareschalci vicarium agebat, & in quem suffragia, quæ ipse excipiebat, conferebantur. Interregnis, quibus in sola Polonia comitia habentur, pariter inter Polonos & Lituanos vices obseruantur, fueruntque in comitiis electionis Ioannis III. & Stanislai Augusti, ac in comitiis conuocationis post Augustum II. Mareschalci ex Lituania. Cæterum habent hæ vices locum, si comitia ad electionem vsque Mareschalci successerunt, si vero ante illam irrita, manet in eligendo Mareschalco ordo, qui fuit antequam comitia inchoarentur \*\*\*\*). Nec hoc silentio transeundum, a. 1590 Naklensem & a. 1607 Caminensem Castellanos minores, Nuntiorum Mareschalcos fuisse, quod ideo factum, quia illis temporibus interdum etiam Castellani minores in comitia Nuntii mittebantur.

\*) Constit. a. 1699. p. 48. tit. Alternata. (VI. 58.)

\*\*) Constit. a. 1673. p. 18. tit. Seym. (V. 108.)

\*\*\*) Const.

\*\*\*) Constitut. a. 1685. p. 3. tit. Vtwierdzenie.  
(V. 707.)

\*\*\*\*) Constit. a. 1699. l. c.

### §. XIII.

Mareschalcatum in priore Mareschalco, per nouam electionem continuare non licet, sed alius est creandus. Quare, discordantibus a. 1685 de alternata Mareschalci Nuntiis, cum alii ex minore Polonia alii ex Lituania eum eligi vellent, frustra priorum comitiarum Mareschalco commendabatur, vt munus hoc in presentibus continuaret \*). A. 1697 in comitiis electionis, Humiecius proximorum comitiarum Mareschalco, in suspicionem venerat, ac si iterum eligi vellet, quod fieri haud posse demonstrabatur, & Humiecius id sibi ne quidem in mentem venisse asseverabat \*\*). Diuersa fuit ratio in comitiis prorogatis, quae sub eodem Mareschalco continuata, pro vnis comitiis habebantur & de quibus infra §. 53. 54. agetur. Possunt tamen qui olim fuerunt, comitiis aliquot interiectis iterum creari, quo modo qui bis, ter imo quater Mareschalci fuerint, occurrunt.

\*) Hist. Pruss. VIII. 245.

\*\*\*) Zalus. Epist. T. II. p. 329.

### §. XIV.

Electio Mareschalci hoc modo peragebatur.  
Mare-

Mareschalcus priorum comitiorum, quædam de consiliorum successu præfatus, Nuntios interrogabat, num vellent ad electionem noui accedere. Si consensus vel voce vel silentio declarabatur, statim sententias rogabat. Quod si vnus ac alter aut plures contradicebant, alia prius fieri postulantes, flectere laborabat dissentientes Mareschalcus, in quo ipsum adiuuabant, qui consilia retardari nolebant. Inde concertatio, quæ nonnunquam pertinax, vt inter illam comitia aut rumpentur, aut tempus comitorum lite hac absumeretur; interdum cedebant qui contradixerant, vt vnus aut plurium dierum iactura, ad Mareschalci electionem descenderetur. Anno 1733 vnus Nuntius resistebat, vt etiam cum contradictione conclaui excederet, quæ pro nulla habita, quia facta a Nuntio non legitimo, sed supra iustum palatinatus sui numerum electo. Tum pariter inter Nuntios conueniebat, ne vlla contradictio, nisi Mareschalco creato admitteretur: quod legi erat consentaneum, electionem primo die & ante omnia fieri iubenti. Omnibus iam contradictionibus, Mareschalco nondum electo, a confœderatione a. 1764 ad finem §. 10. citata, vetitis, electio Mareschalci tardari nequit, modo legi nouellæ obtinere peretur. Plus erat quam contradictio, cum a. 1762 sententiæ de creando Mareschalco stricto ferro inhiherentur.

§. XV.

## §. XV.

Nuntii suffragia, ordine palatinatum & terrarum, ex quibus sunt Nuntii, quod per *turnum* censere vocant, conferunt, initium per vices, modo minore modo maiore Polonia faciente: quam ob rem maiores Poloni contradicebant, Mareschalco an. 1720 palatinatum Cracouiensem primum sententiam rogante, initium censendi Posnaniensi palatinatui vindicantes, quia Cracouiensis proximis comitiis praecesserat. Absentibus a. 1722 comitiarum initio, ex Posnaniensi & Cracouiensi palatinatibus, Nuntiis, primus rogabatur Vilnensis palatinatus sententiam. Anno 1752 in comitiis Grodnensibus Litvani primam sententiam ante maiorem minoremque Poloniam sibi asserere conabantur, quod quamvis tum frustra, nihilominus postulatum vt in dicenda prima sententia, inter Poloniam maiorem, minorem & Lituaniam vices seruarentur, quod cum Poloni permittere nollet, litem Serenissimus Rex in comitiis post suam inaugurationem ex mente Lituanorum composuit: vt supra *lib. I. c. 7. §. 2.* dictum est. Qui primus censet, nominat candidatum illumque suo suffragio ornat; qui sequuntur, aut consentiunt aut alios commendant, & si in plures suffragia collata, maior numerus vincit. Nonnunquam omnibus sententiis creatur Mareschalculus, praeter ipsius Mareschalei, qui per modestiam

stiam pro alio censet; interdum etiam candidati, dum censetur, rogant, ut in vnum illum conferantur suffragia, cui maximam partem fauere sentiunt. Distractis a. 1697 inter Principem Wisniouiecium & Zawiszam Nuntiorum studiis, prior ultro spe sua cessit, effecitque sua moderatione; ut in Zawiszam suffragia conuenirent \*). Anno 1690 Rex privatim competitores appellans effecit, ut reliquis sponte desistentibus, in vno esset consensus \*\*). In comitiis Grodnensibus 1752 erant præter eum; qui eligebatur duo mareschalcatu competitors, quibus, cum ultro cederent, gratiæ actæ sunt. Est breuior eligendi modus, quando vnus commendat candidatum, & reliqui omnes *zgoda*, quod vocabulum Polonum, assensum significat, seu *placet* acclamant, qui modus, eligere per verbum *placet* dicitur \*\*\*). Anno 1758 primo ex Nuntiis Cracouiensibus pro Regni Incisore Malachovscio censente, omnes statim assentiebantur, Nuntiis suo ordine non rogatis. Noua tamen lex, quam ad finem §. 10. citauimus, sententias de eligendo Mareschalco per *turnum* continuare præcipit. Quo modo cunctis suffragiis in comitiis post inaugurationem, Malachovscius Capitaneus Petricoviensis, Mareschalcus eligebatur.

\*) Zal. Epist. T. II. p. 441.

\*\*\*) Zal. Ep. T. I. part. 2. p. 1161.

\*\*\*\*) Zal. Ep. T. II. p. 441.



## §. XVI.

Electum Mareschalcum vetus renuntiat, ac postquam ei novum munus sermone gratulatus, præit ad mensam mareschalcalem iusiurandum, quo, Deo omnipotenti in Trinitate vni, iurat: se nullam constitutionem, cui contradicendum, & in quam num consentiant omnes, ter interrogare debeat, aut vt volumini legum inseratur, traditurum, aut se ipsum in illo scripturum; nullius nisi totius Reipublicæ voluntati pariturum; constitutiones omnium consensu probatas, si qui ex Senatoribus aut Nuntiis requisierint, describi non negaturum, sed sua manu subscriptas concessurum; ac constitutiones non ultra quartum diem, ex quo finitis comitiis Regi dictum vale, actis castrensibus exhibiturum esse \*). Olim a Mareschalco non iuratum, sed primum Mareschalcus comitiorum electionis a. 1669 se sacramento obstrinxit \*\*): quod exemplum ad comitia a. 1670 transit, in quibus Mareschalcus iuravit, se constitutiones integre scripturum, & nullius arbitrio obnoxium fore \*\*\*). Iuratum ab illo pariter sequentibus comitiis \*\*\*\*), & a. 1678. formula quam initio §. descripsimus, constitutionibus inserta, ad quam ex illo tempore noui Mareschalci iurarunt. Præstito iureiurando, quod an. 1699 & 1752 flexis genibus, alias astante ad mensam mareschalcalem factum, vetus Mareschalcus nouo baculum, auctorita-

tis

tis insignie, tradit, ac inter Nuntios confidet, eo quidem loco, quem Nuntii illius palatina-  
tus aut terræ, ex qua missus, occupant. Cu-  
rat enim, quod §. 9. monuimus, priorum co-  
mitiorum Mareschalcus, vt in sequentia Nun-  
tius eligatur, ne sibi locus in Nuntiorum con-  
clauis ac præsidium, donec declaretur novus,  
negetur: licet lege sancitum non sit, quod  
Mareschalcus priorum comitiorum in sequen-  
tia Nuntius debeat eligi, si velit ad electionem  
successoris sui, conclauis Nuntiorum præesse.  
Anno 1718 vetus Mareschalcus nouo ante ius-  
iurandum baculo tradito, ad suum inter Nun-  
tios locum concedebat: quem tamen errorem  
correxit, cum a Nuntiis monitus statim ad  
mensam mareschalcalem rediens, sacramen-  
tum præiret. Hoc præstito, ac recepto ba-  
culo, novus Mareschalcus munus suum ser-  
mone ingreditur, in quo, actis gratiis quod in  
se collata suffragia, laudatoque priore Mare-  
schaleo, publicis commodis suum addicit stu-  
dium, & successum precatur.

\*) Constit. a. 1678. p. 1. tit. Iurament. (V. 546.)

\*\*) Vid. supra lib. II. c. 4. §. 17.

\*\*\*) Zavadz. histor. arc. p. 105.

\*\*\*\*) Zavad. p. 145.

### §. XVII.

Est Mareschalcus, Nuntiorum Præses, ad  
quos, de quibus consultandum refert, aut eos

Tom. II.

A a

inter-

interrogat de quibus deliberare veliat; censeendi facultatem petentibus largitur; diuersos componit; contradicentes flectit suadendo obtestandoque; vbi strepitus aut clamores, silentium imperat, terram baculo suo feriens; admonet modestiæ si quos fervor abripit; & qui offendunt ad se vocat, vt stantes sub eius scipione totius conclauis iudicium subeant. Ipse confessus soluit ac illis diem horamque statuit; nomine Nuntiorum verba facit; illorum postulata exponit; scriptas probatasque in horum conclauis constitutiones coram Rege & Senatoribus recitat; nec minus si quæ a priuatis ad Nuntios deferenda sunt, ipse defert: vt alia omittam, quæ suis quæque locis memorabuntur. Non quidem diffitemur, magnam ad consiliorum successum afferri momentum, si Marschalcus Reipublicæ sciens, si facundus & opportunitatibus uti nouit; at sæpius contradicendi peruicax studium eius ingenio & industriæ præualere, acta comitorum loquantur.

### §. XVIII.

Quia Marschalcus hoc suum munus magno sudore nec minore patientia exercet, honorarium eius operæ ex Reipublicæ thesauro statuitur, quod ante florenorum quadraginta millium \*), an. 1736 ad sexaginta millia augebatur \*\*). Cum cœpta an. 1724 comitia, a. 1726 continuata finirentur, honorarium duplicaba-

plicabatur, quasi Mareschalcus duobus comitiis præfuisse (\*\*). Principi Czartoryscio, in comitiis conuocationis Mareschalco, centum millia florenorum recusanti, sexaginta millia, ne tamen in posterum par summa Mareschalcis contingat, decreta: quæ nihilominus Mareschalcis in sequentibus electionis & coronationis comitiis assignata fuit, quam posterior abnuuit, quare eius, ubi occasio fuerit, certa habebitur ratio †). Comitiis irritis, solet in sequentibus, quando succedunt, honorarium assignari ††): quod non semper iusto tempore numerari, sed post multos annos adhuc deberi, exempla quorum mentionem leges faciunt, docent †††). De hoc honorario addendum: numerari illud ex Regni, si Mareschalcus Polonus, ex Lituaniæ thesauro, si Lituanus fuerit, & per nouellam legem an. 1764 sancitum esse, ne honorarium, summam olim usitatam excedat \*†), quam quadraginta florenorum millium fuisse initio huius §. memorauimus: cum tamen Senatus consilium a. 1758 hæredibus Karwowskii, comitiorum an. 1740 Mareschalci tantum viginti millia decreuerit, quarum solutio thesauro Regni an. 1764 commendata est \*\*†). Præter pecuniam, sæpe Mareschalci bona regia & dignitates Senatorias in præmium industriæ suæ recipiunt, quo nomine etiam Regis munificentia commendari solent.

- \*) Constit. a. 1690. p. 14. tit. Gratitude. a. 1726. p. 60. tit. Nadgroda. (V. 774. VI. 449.)
- \*\*) Constit. an. 1736. p. 104. tit. Recompensa. (VI. 668.)
- \*\*\*) Constit. an. 1726. p. 59. tit. Gratitude. (VI. 449.)
- †) Konfed. gener. a. 1764. p. 103. tit. Gratitude. Constit. a. 1764. p. 42. tit. Gratitude.
- ††) Constit. a. 1726. p. 60. tit. Nadgroda. Konfeder. 1733. Constit. a. 1736. p. 29. §. Ichmćiom PP. (VI. 449. 600.)
- †††) Constit. an. 1703. p. 24. tit. Recept Wielmoźnego. a. 1718, p. 3. tit. Warunek p. 4. tit. Odłożenie. Constit. a. 1764. p. 43. tit. Wyplacenie. (VI. 113. 394.)
- \*†) Constit. a. 1764. p. 43. tit. Gratitude.
- \*\*†) Constit. a. 1764. p. 43. tit. Wyplacenie.

## §. XIX.

Non male Mareschalcum, confessus Nuntiorum animam diceres, quia ab illo vigorem consultationes recipiunt, quæ cessant, dum abest, ac inchoantur, quando ipse præsens censefendi facultatem concessit. Anno 1738 abibat ex conclavi Mareschalcus, quem statim Nuntii lituani sequebantur, confessum solutum rati: sed cum ille mox rediret, rogabantur Lituani, vt etiam conclauē repeterent. Si vero per valetudinem adesse Mareschalcus impeditur, illius gentis, ex qua ipse est, primus Nuntius eius vicarium agit, cui an. 1689 constitutiones legere Nuntii permittere volebant, quo

quod non in formulam mareschalcalem iurasset \*)); idque minus recte, cum a vicariis iusurandum exigi haud soleat. Si vero Mareschalculus, dum comitia durant, Senator creatur, non adit nouam dignitatem, nisi comitiis finitis aut irritis: in quo a Nuntiis diuersus est, qui statim ac Senatores declarati, vale conclauis suo dicto, in Senatu confident. Mansit Nuntiorum Mareschalculus an. 1676, quamuis in iisdem comitiis Mareschalculus curiae Regni creatus, neque alio, quam Nuntiorum Mareschalci titulo constitutionibus subscripsit. A. 1699 Nuntiorum Mareschalco Lituaniae Procancellariatus ea conditione collatus, vt finitis comitiis novum munus adiret, neque prius in illud iuraret: quod factum postquam Regi Nuntiorum nomine dixisset vale \*\*).

\*) Zal. Epist. T. I. par. 2. p. 1105.

\*\*) Hist. Pruss. VIII. 173. IX. 78. 29.

### §. XX.

Mareschalco ad mensam assidet comitorum Notarius seu Secretarius, quem Mareschalculus creat, non tamen ex Nuntiorum numero: cuius partes sunt, ea quae inter Nuntios conuenerunt litteris consignare, ac tum ea, tum epistolas ad Nuntios datas tum alia, quae scire illorum interest, nec non formatas privatim constitutiones antequam in Senatum deferantur, in ipsorum conclauis recitare, & si

qui Senatorum aut Nuntiorum, vnam alteramque constitutionem, antequam typis expressæ, postulauerint, eas consilio & permitte[n]te Mareschalco describere. Olim Secretarius non iurauit, quod vt fieret a. 1746 postulatum, & 1748 repetitum est. Tum vero iurauit, omnes constitutiones a Reipublicæ Ordinibus probatas, a Mareschalco & Deputatis sibi cum subscriptionibus datas, in volumen legum vt referantur redditurum, & nullas celaturum, & in omnibus fidelitatem seruaturum esse. Iam in constitutionibus comitiorum coronationis eius legitur iusiurandum: quod traditas sibi a Mareschalco scriptas legum formas, vulgo *proiecta*, ita vti scriptæ fuerint, nihil addendo aut omittendo, legere velit, & legum formas a Mareschalco & Deputatis ad constitutiones subscriptas, ad describendum sibi datas, nihil subtrahendo aut aliquid addendo typis exprimendas curare, & ea fideliter obseruare. Debet Secretarius a nouo Mareschalco statim ac iurauit, nominari, & coram Nuntiis iusiurandum præstare \*). Habet etiam Notarius honorarium, decretaque in comitiis conuocationis, electionis & coronationis, florenorum sedecim millia, quod tantum Notariis illorum comitiorum seruiret, successoribus antiquo manente. Recipiunt illud pro diuersitate gentis, vt Mareschalci, modo ex Regni, modo ex Lituaniæ thesauro \*\*).

\*) Const.

\*) Constit. a. 1764. p. 61. tit. Przysięga.

\*\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 103. tit. Gracitudo. Constit. a. 1764. p. 42. tit. Gracitudo.

### §. XXI.

Simulac novus Mareschalculus munus suum ingressus, eos nominat, qui suam electionem Regi deferant, ac deinde olim confessum compellabat, ut qui Nuntiorum quorundam auctoritatem impugnaturi, obicienda proferrent. Sed quia in ipsa Mareschalci electione eiusmodi contradictiones fiebant, & electionem turbabant, in comitiis conuocationis an. 1764 sancitum, ut actio aduersus tales Nuntios, & contradictio siue manifestatio, Mareschalco priorum comitiarum aut eius vicario, sabbato ante comitiarum initium exhiberentur, Nuntii vero, tanquam in iudicio damnati, nisi controuersia composita fuerit, ad electionem Mareschalci ne admitterentur, & si etiam suum suffragium in electionem conferrent, & sub nouo Mareschalco probaretur non legitimos Nuntios esse, ob hoc illorum suffragium pro legitimis ne haberentur, sed semotis arbitris conclauis Nuntiorum excedere iuberentur. Si quis vero electionem Nuntiis minus legitimam male obiecerit, neque actionem quam exhibuerit, probauerit, obiciens carcere duarum hebdomadarum & quingentis marcis multaretur, actione in iudiciis Mare-



schalcalibus instituenda \*). Quia vero omni tempore Nuntiis soli Nuntii controuersiam mouere potuerunt, erat omnino noua res, cum a. 1718 *Officialis Vilmensis*, cui inter Nuntios locus non erat, Piotrovia ex Vielunensi terra misso, obiiceret, quod ob diuersam religionem in Nuntiorum numero esse nequiret. Quæ autem ea sint, quæ Nuntiis obiici queant, quibusque conclauis arceantur, proximi capituli §. 3. ubi de creandis ad comitia Nuntiis actum, memorauimus. Et quamuis videatur, controuersis quæ Nuntiis in comitiis moueantur vix locus relinqui, cum verisimile sit, non alios in conuentibus electum iri Nuntios, quam quos leges probent: potest tamen fieri, vt per errorem negligantur, quibus attendi iubent leges, ac arguendi in comitiis occasio sit, quod in conuentibus ante comitia ignorabatur. Si etiam ex conuentibus plures Nuntii missi quam fas est, id in comitiis corrigitur, vt, qui supra legitimum numerum, pro Nuntiis non habeantur; cuius rei exemplum §. 14. retulimus. Quando Nuntii qui arguuntur se defendunt, vt incertum sit, an recte arguantur, debent suo loco surgere & stantes prope Marschalcum, quod sistere se sub baculo Marschalci appellant, totius conclauis decretum expectare, cui repugnare non licet. Interdum rogabat conclauis arguentem, vt ab obiectis desisteret, & si annueret, gratiæ ipsi agebantur. Quale exemplum comitia an. 1744 dede-

dederunt: quibus simul in Nuntium, illo die quod contradictionem veritus absentem, decernebatur, ne locum haberet si posteris diebus adesse voluerit. Inquisitio autem in Nuntiorum conditionem, iam olim electionem Mareschalci sequebatur \*\*), antequam id lex anni 1690 præciperet; diuersum tamen an. 1718 placebat, quo obiectio Piotrovi facta, cuius præfenti §. meminimus, ante Mareschalci electionem festinabatur. Cum a. 1746 electo Mareschalco ad inquisitionem in Nuntios progrediendum esset, mouebatur quæstio, an post Mareschalci electionem inquisitio locum haberet, multis opinionibus eam ante electionem fieri debuisse. Disceptatum per dies tres, donec in inquisitionem consensus esset. Quid per legem nouellam iam obtineat, paulo ante dictum.

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 26. tit. O porządku.

\*\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1070. 1071.

## §. XXII.

Olim Mareschalcius ex gentibus singulos nominabat, qui suam electionem Regi nuntiarent, a. 1722 ternos, dein quaternos, qui numerus a. 1736 & in sequentibus comitiis placebat. Sed a. 1744 septenos & 1746 senos, a. 1748 quinos, a. 1752 octonos, & in comitiis coronationis an. 1764 ex Polonia maiore

A a 5                      quatuor,

quatuor, ex Polonia minore & Lituania ternos. Anno autem 1733 ipse novus Mareschalcus cum sex Nuntiis Regi in palatio suo ægrotanti, suam electionem nuntiauerat. Nuntii hi publice in conclavi Senatorio, Rege in solio Senatoribus assidentibus, postquam electionem Mareschalei exposuerunt, tempus quo Rex a Nuntiis salutandus stantes rogant, primo illius gentis ex qua Mareschalcus verba faciente ad quæ Regis nomine Cancellariis confectam Mareschalei electionem gratulans respondet, tempus quo Rex ad eundem declarat, & delegatos ad regiam dexteram iauitat: quam osculati, suum conclauem repetunt. Neque omitendum, ex aliquo tempore obtinuisse, vt Nuntiis illius gentis, ex qua ad Regem futurus orator, vnus superadderetur. Quare in comitiis coronationis ex maiore Polonia fuerunt delegati quatuor, cum ex reliquis gentibus essent terni. Auditos a. 1697 in Regis cubiculo delegatos priuatim, ægre tulerunt nonnulli Nuntii, quos edocebant quibus longior vsus erat, fieri hanc denuntiationem non in Senatu, sed in conclavi regio \*). Quod hodie secus se habere, constat.

\*) Zal. Epist. T. II. p. 441.

### §. XXIII.

Reuersi in suum conclauem qui ad Regem missi, tempus quo Rex salutandus docent, estque

que cura Mareschalci, vt id stata hora fieri queat: sed sæpe moræ intercedebant, aliis alia prius postulantibus, aut vt a Mareschalco Regi priuatiim commendarentur exigentibus, vnde contentiones, quibus nonnunquam dies aliquot absumebantur, donec omnium consensu Mareschalculus cum Nuntiis se in Senatuum conferret. Imo an. 1722 electo Mareschalco, sine sextæ hebdomadis irrita reddebantur comitia, Rege nondum salutato. Cum a. 1744 sub egressu ex conclauis, palatinatus & terras suo ordine citaturus Mareschalculus, initium a Cracouiensi palatinatu, faceret, a maioribus Polonis interpellabatur, primum locum ex alternandi iure Posnaniensi asserentibus. Inde vehemens & peruicax inter maiorem & minorem Poloniam contentio, cui interuenerunt Lituani, suo palatinatu Viliensi primum locum deposcentes, quod præsens Mareschalculus ex sua gente esset. Interponebant se liti ambo maiores Cancellarii, cum Senatoribus aliquot. quæ finiebatur, Polonis maioribus Cracouiensi palatinatu primo loco cedentibus, & Lituaniis in antiquo ordine acquiescentibus. Qualis lis etiam postea repetita iam contingere nequit, quia vices inter Poloniam maiorem, minorem & Lituaniam lege constitutæ sunt, vt suo loco dictum. Alia lex longiori moræ in salutando Rege occurrit, præcipiens vt inter electionem Mareschalci & Regis salutationem non longius spatium quam tridui intercedat, non obstante

stante cuiusvis contradictione \*). Ingressus Senatorium conclaue Mareschalcus, Regem stans salutatur sermone, in quo eius Maiestati incolumitatem gratulatus, ac alia pro tempore locutus, comitiorum ad finem successum precatur, & se Nuntiosque ad regis manus osculum admitti orat. Si quæ autem ipsi a Nuntiis iniuncta, quæ Regi commendat, eorum pariter mentionem facit. Respondet ad singula Cancellarius, post cuius orationem, ad osculum regis manus Mareschalcus solus accedit, quem sequuntur Nuntii, singulos palatinatus & terras, non tantum ex quibus Nuntii adsunt, sed etiam ex quibus nulli missi, comitiorum Notario citante. Simul ac auditur nomen palatinatus aut terræ, ex qua Nuntii, hi se loco mouent & vna ad Regis solium accedunt, veneratique eius dexteram osculo, locum suum repetunt, & tunc euocatur alius siue palatinatus siue tractus minor, seruatque citando cuiusvis ordinem Notarius, ac per vias comitiorum, modo a Cracouiensi modo a Posnaniensi palatinatu orsus, in posterum etiam a Vilnensi orsurus. Antea ipse Mareschalcus palatinatum & terrarum nomina citare solebat, quod iam a Notario comitiorum fit, sed an. 1744 a Mareschalco factum inde patet, quia comitiorum Notarius demum a Mareschalco creatus, cum ad consultationes summi conclaue Nuntii repetiissent, quod iam accedere nequit, cum novus Mareschalcus statim ac iurauit.

iuravit, notarium nominare debeat. A. 1652 Nuntii in arce Iazdoviensi, quo se ex Varfaviensi contulerant, & vbi Rex æger ex febris in lecto iacebat, salutationis officio defungebantur, solusque Mareschalcus regiam dexteram osculo venerabatur, Nuntiis ne molesti essent, viro abstinentibus, quamvis & illis Rex suam manum obtulisset \*\*). An. 1699 vnus ex Nuntiis Regis manum prius osculari volebat, quam promitteret, declarationem de militum Saxoniorum ex Polonia discessu, simul ac Nuntii manum osculati, ex folio repetitum iri. Palatinatu Posnaniensi sibi primum locum afferente, Cracovienses & Olivicimenses Nuntii non aderant, cum Posnanienses cum cæteris Regiam manum oscularentur, sed hoc venerationis officium sequenti die ante pactorum conuentorum lectionem præstabant. Hoc loco non erit incongruens de Mareschalco notare, eum quoties cum Nuntiis in Senatum venit, sedere in sella humili, rubro panno obducta, ea forma, vt non habeat quibus brachia & dorsum fulciantur, ante sellas Mareschalcorum regni & Lituaniæ maiorum posita, Nuntios autem post Senatorii ordinis Ministros stare; Mareschalcum etiam quando Senatum introit, baculum suum alteri tradere, qui eum longius post Nuntios stans tenet, redditque Mareschalco dum ex Senatu egreditur: vt constat, Mareschalcum suam auctoritatem qua in Nuntiorum conclavi vtitur, & cuius baculus

~ index

index est, in Senatu posuisse, vbi Mareschalcorum Senatoriorum auctoritas viget.

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. O porządku.

\*\*) Histor. nost. Pruss. T. VII. p. 93.

#### §. XXIV.

Sequitur salutationem iurisiurandi regii & pactorum conuentorum recitatio, idque ex lege anni 1669 iusiurandum illud & pacta in summam contracta, singulis comitiis primo statim die, loco *articulorum* mareschalcalium, coram Senatu legi præcipiente \*): quam ipsa Regum pacta ex illo tempore confirmant \*\*). Non tamen fit lectio coram solo Senatu, sed simul coram Nuntiis, in quo usum secuta Ioannis III. & Stanislai Augusti pacta, quando pro Senatu omnium Ordinum præsentiam exigunt \*\*\*). Neque primo comitiis die lectio peragitur, sed eam præcedunt electio Mareschalci, inquisitio in Nuntios & Regis salutatio, quæ dies aliquot, modo plures modo pauciores, absument. Anno 1740 primo die Mareschalculus electus & quarto demum pactorum lectio secuta. Hinc constitutio an. 1690 §. 8. citata nullum diem exprimit, sed tantum ordinem signat, vt lectio salutationem sequatur, & ne alia negotia in Senatu præcedant. Pacta autem non leguntur in summam con-

contracta, vt habet lex a. 1669 quodque Reges in pactis suis repetunt, sed integra, iis quibus scripta sunt verbis. P. C. Stanislai Augusti exigunt, vt in lectione nullum *punctum* nullumque vocabulum omittatur. Lectio fit a maiore Secretario, aut Referendario aut Rege cancellariæ, qui stantes in gradu solii regii eam peragunt, & quidem memorati Dignitarii regni, si in regno, Lituaniæ si in Lituania comitia celebrantur. In comitiis Grodenfibus an. 1678 Archiepiscopi Leopoliensis Cancellarius Grabovscius pacta legebat, & an. 1738 Secretarius maior & Referendarius hoc munus inter se partiebantur, vt Referendarius lectionem, quam Secretarius cœperat, finiret. In comitiis an. 1689 lectio pactorum vespera interueniente abrupta, & sequenti die absoluta, quia accensus cereus extingui debuit. Ea autem ex causa pacta leguntur, vt monendi Nuntiis occasio sit, si qua in re ab illis deflexum videatur †): quam monendi facultatem P. C. Stanislai Augusti §. c. pariter Senatoribus concedunt. Vsi sunt iure suo in comitiis an. 1748 & 1752. Nuntii monentes, vt, quæ contra pacta, corrigerentur. Non in omnibus comitiis pacta lecta, vt a. 1672. 1677 & 1764. ob temporis angustias. Neque in comitiis a. 1720 & 1726 ex prorogatione continuatis. Contra an. 1736 cum pactis simul iurium confirmatio legebatur. De mareschalibus *articulis*, quæ olim in comitiis recitabantur,



bantur, & pro quibus iam pacta conuenta leguntur, alibi actum ††).

\*) Exorbitancye an. 1669. tit. O początku Seymu. (V. 15.)

\*\*) P. C. Michaëlis, Ioannis III. Augusti II. Augusti III. Stanislai Augusti §. Przysięga nalsza.

\*\*\*) P. C. Ioannis III. & Stanislai Augusti §. c.

†) P. C. Augusti II. Augusti III. §. c.

††) Lib. III. c. 8. §. 15.

### §. XXV.

Recitatis pactis conuentis, Cancellarius Ordinibus proponit, de quibus consultandum, & quidem regni Cancellarius si negotia ad regnum, Lituaniæ si speciatim ad magnum hunc ducatum pertineant, siue in regno siue in Lituania habeantur comitia \*). Cum autem in comitiis Varfauiensibus an. 1688 reliqui Cancellarii abessent, Lituaniæ Procancellarius consultationum capita exponēbat. In Grodnenſibus tamen comitiis a. 1718 post regni, Lituaniæ Cancellarius, de quibus deliberandum repetebat, & in Varfauiensibus a. 1724 idem addebat: quæ regni Cancellarius exposuisset, etiam Lituaniis esse commendata, vt de illis consultent ac constituent. Sed utroque Lituaniæ Cancellario a. 1681 absente, Regni Procancellarius, pariter quæ ad Lituaniam, referebat. Non erit extra orbitam, quando Cancellaria

cellariorum fit mentio, iterum monere, quod monuimus alibi\*\*), in regno regni, in Lituaniæ Cancellarium, Mareſchalco Nuntiorum & Nuntiis ipsis, reſpondere.

\*) Supra L. III. c. 8. §. 47.

\*\*) L. III. l. c.

### §. XXVI.

Postquam Ordines ea de quibus consultandum acceperunt, coram illis scripta ad archivum data & Senatus consulta, cum legatorum ad exteros missorum mandatis legi debent. Sunt scripta ad archivum data, scita secretiora, quæ non publicanda nisi effecta fuerint. Si enim paranda defensio, aut iustis de causis bellum inferendum, a delegatis ex Senatu & equestri ordine clam copiæ & alia quæ aduersus hostes vsui sunt decernuntur, ac litteris mandata, a regni Primate, aut illo absente, primo ex præsentibus Senatore & Mareſchalco Nuntiorum subscribuntur. Hæc quamvis eo tempore cum Ordinibus non communicentur, probantur tamen constitutione \*), non secus acsi ipsis consciis decreta fuissent. Sequentibus autem comitiis, vbi publicata iam non nocent, Ordinibus exponuntur. Non autem interea Cracouiam, vbi regni tabularium seu *archivum*, deferuntur, sed a Cancellariis custodiuntur, vt quando opportunum Ordinibus exhiberi queant. Quod ad Senatus consulta,

Tom. II.

B b

sunt

sunt ea quæ Rex cum Senatoribus, spatio illo, quod proxima & præsentia comitia interce lit, decreuit, de quorum lectione *lib. II. c. 12. §. II.* dictum. Olim debebant legi postquam Senatores censuissent, nunc autem sententias eorum lectio præcedit, quæ fit, vt pactorum conuenientiorum, aut a Secretario maiore, aut a Referendario, aut a Cancellariæ Regente. Omis-  
 in comitiis a. 1752 Senatus consultorum lectio, in manifestatione aduersus hæc comitia iudicio castrensi Grodnensi oblata, inter ea referebatur, quæ legibus aduersarentur.

- \*) Constit. a. 1673. p. 7. tit. Skrypt o obrocie. an. 1676. p. 13. tit. Skrypt ad archiwum. a. 1678. p. 4. tit. Skrypt ad archiwum. a. 1683. p. 6. tit. Approbatio skryptu. an. 1685. p. 7. tit. Approbatio scriptorum. a. 1699. p. 47. tit. O Libragu. an. 1703. p. 12. tit. Approbatio scripti. (V. 94. 340. 550. 660. 711. VI. 56. 99.)

### §. XXVII.

His actis, Marechalculus Nuntiorum Regem orat, vt dignitates & bona regia quæ vacant, conferantur. Exstat vetus Sigismundi I. statutum de vacuis muniis sub comitiorum initio conferendis \*), cui rei lex an. 1588 spatium octo dierum, ex quo cœperunt comitia, permisit ac urgendi facultatem Nuntiis concessit \*\*); addiditque lex posterior a. 1607 vt a Marechalco mentio fiat eorum quæ vacent, du  
 de

de quibus deliberandum proponuntur, & Nuntii ad consultationes ne accedant, nisi vacua collata fuerint \*\*\*). An. 1669 placuit Nuntiis, generalem eorum mentionem a Mareschalco post propositionem fieri, ac singulorum commemorationem in aliud tempus differri †); tandem constitutio a. 1690 id Senatus consultorum lectioni postposuit. Tum vero Mareschalcus simul potestatem redeundi in conclave Nuntiorum petit, ut ibidem quæ vacua consignari, & de candidatis qui Regi commendandi, consilia conferri queant. Reversi in suum conclave Nuntii, memorant quique quæ in suis palatinatibus & terris vacua & candidatos nominant, quos Secretarius cum dignitatibus & bonis quæ conferenda notat. Sæpe etiam de candidatis lis est, arguentibus aliis, quos alii probant, ut diversis his studiis tempus teratur. Neque in solis vacuis subsistunt Nuntii, verum & ad ea digrediuntur, quæ suos iam habent possessores. Si enim quæ olim vacua illis collata, in quibus vel nobilitas, vel religio, vel merita vel aliud quid displicet, non defunt, qui eos tum dignitatibus, tum bonis regiis exui, & ea dignioribus dari velint. Sed cum defendantur quos culpant alii, oritur concertatio, nonnunquam tam acris & vehemens, ut comitia in discrimen adducantur. Vbi iam consensus aut nulla contradictio, conferunt se in Senatorium conclave Nuntii, eorumque Mareschalcus ex scheda

legit dignitates & bona vacua, simul candidatorum nomina, tum ea quæ a Nuntiis aduersus eos nota; qui minus recte dignitates & bona tenere aut exercere visi. An. 1724 non a Marechalco sed Secretario comitali lectio fiebat, & in prorogatis comitiis a. 1726 a Rege, maioris cancellariæ. Deinde vacua a Rege conferuntur, aut omnia aut aliqua, cæteris alii tempori seruatis. Non enim Rex commendationi Nuntiorum ita adstringitur, vt ipsi hæud liceat suum sensum sequi, cum vsus doceat, modo euehi qui commendati, modo quæ vacant, aliis contingere. Quæ autem illis obiiciuntur, qui dignitates & bona regia tenent, solet Cancellarius aut diluere aut silentio transmittere. Quibus vacua collata, eorum nomina voce Cancellariorum declarantur, regni si ad Poloniam, Lituaniæ si ad magnum hunc ducatum vacua illa pertinent, vt *lib. II. c. ii. §. 3.* ostensum. An. 1670. Nuntii indignati, cum monerentur distributionem eorum quæ vacua expectare, ac prius Senatores censentes audire, vt proripientes se in suum conclaue, contra moram illam & leges & consuetudinem citarent ††). Non tamen semper vacua conferri Nuntii vrgent, sed in sola mentione acquiescunt, quod vt antiquiora exempla omittam, ex actis comitiarum an. 1738. 1740 & 1744 patet. Neque semper discedunt in suum conclaue, vt vacua & candidatos

didatos conscribant: quod pariter citata comitia docent.

\*) Prius. Stat. p. 179.

\*\*\*) Vol. Constitut. p. 468. tit. O Wakancyach.  
(II. 1261.)

\*\*\*\*) Vol. Constitut. p. 833. tit. O Wakanyach.  
(II. 1600.)

†) Zavadz. Hist. arc. p. 65.

††) Zavadz. I. c. p. 108.

### §. XXVIII

Tum Senatores, Nuntiis adstantibus, censent, quisque suo ordine, Archiepiscopo Gnesnensi, & si ille abest, primo inter presentes ordiente. Citantur singuli, Poloni a regni, Lituani a Lituaniæ Mareschalco, qui ter scipione terra pulsata, alta voce titulum dignitatis, quam is gerit a quo censendum, nominat. Episcopis vocabulum *Xiądz* quod sacerdotem significat, præmittitur, & Gnesnensi Archiepiscopo super hoc *Iegomość* sua *dominatio*; Senatores reliqui & illius ordinis Ministri Domini dicuntur. Inde audiuntur voces *Iegomość Xiądz Arcybiskup Gnieznienski* (sua *dominatio* Archiepiscopus Gnesnensis) *Xiądz Biskup Krakowski* (Episcopus Cracoviensis) *Pani Woiewoda Poznanski* (Dominus Palatinus Posnaniensis) &c. Dum censent Senatores, sermonem ad Regem dirigunt, quem Regis Serenissimi & Domini clementissimi titulis alloquuntur. Censent autem sedentes, ita quidem,

dem, vt suam ſententiam ad ſingula in deliberationem propoſita, ex charta legant, in quo alii longiores, alii breuitati ſtudent, alii prioribus conſentiunt, non ſine laude tranſiſſis, quæ Rex pro Republica in commodum ciuium egerit. Si Senatoris vox ob ſenectutem fuerit imbecillior, quam vt commode audiri poſſit, dat ſententiam alii legendam, quod a 1748 a Castellano Cracouiensi & an. 1752 a Palatino Plocenſi factum eſt. Licet etiam addere, de quibus ad Ordines non relatum, ſi publice utilia, aut quibus malum quod imminere videtur auerti poſſit. Præter ea, priuatorum merita Regis indulgentiæ commendantur, vt in iuſtum pretium dignitates & bona contingant, tantuſque eſt illorum numerus, cum ab aliis alii laudentur, vt dignitates & bona minime ſufficerent, ſi hoc modo ſingulis gratia referenda eſſet. Inter commendatos, præcipue Mareſchalci Nuntiorum frequens fit mentio. Solent etiam Archiepiſcopus Gneſnenſis & Epicoſopus Cracouienſis, ante alios Præſules commendari, vt *cardinalitia* dignitate exornentur. Qui Senatoriam, aut iam olim Senatores, nouam in Senatu adepti, dignitatem, primum cenſent, a gratiarum actione ſtantes incipiunt, qua finita, ad Regis ſolum dextram eius oſculo veneraturi accedunt, vt *lib. III. c. 4. §. 4.* memorauimus. Cenſent Senatores per triduum aut quatrimum, ſeruantque ſibi ſuum diem huius ordinis Miniſtri,

cum

cum moris non sit, ut in eodem confesso, quo sententias finiuerunt Castellani, ipsi suas adiciant, quod supra *lib. III. c. 8. §. 2.* monitum. Non tamen ideo sententiæ a Senatoribus dicuntur, ut ex illis aliquid decernatur, sed ut Nuntii edoceantur, quid e publica re sit: quod ex antiquis temporibus repetendum, quibus vis consilii penes Senatores erat, quibusque iuniores fratres a senioribus erudiri volebant, ut cognoscerent quid Reipublicæ suæ expediret. Sed hodie suum sensum sequuntur Nuntii, aut silentio transeunt aut in aliud tempus differentes, quæ a Senatoribus commendata & commendatâ sapius, probantque comitia post sententias Senatorum irrita, quam multa ab his frustra dicta sint. Nonnunquam vnus aut plures Nuntii Senatori ius censendi negant, vel iudiciale decretum cui non satisfecerit, vel aliud quid obijcientes: & tum placandi sunt qui contradixerunt, ut desistant. Episcopo Culmensi a. 1690 censendi ius reddebatur, quod ipsi prioribus comitiis negatum; & an. 1738 Palatinus Brestensis Cuiavienlis inhibitam a Nuntiis censendi facultatem, his placatis obtinebat. Annis 1685 & 1689 non permiserunt Nuntii ut Senatores cœptas sententias continuarent, iusto tempore iam transacto. In comitiis an. 1696. 1724. 1726. 1736 & 1764 Senatores non seorsum censuerunt, sed statim cum Nuntiis consilia contulerunt.



## §. XXIX.

Per legem nouellam \*) sententias Senatorum præcedere debent rationes Thefaurorum, quæ coram Ordinibus non a folis Thefaurariis fed fimul a commissione illis addita, & eo modo qui in ordinatione huius commissionis perſcriptus eſt, reddendæ, nulla obſtante contradictione. Exhibitæ ergo in comitiis coronationis an. 1764. rationes theſauri Regni, a Theſaurario & commissione, fimul alia cum Ordinibus communicata, quæ commiſſio in utilitatem theſauri conſtituerat.

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. O porządku.

## §. XXX.

Finitis Senatorum ſententiis, nominabantur ex hoc ordine qui futuras conſtitutiones retractarent. Anno 1588 placuit, vt Senatores & Nuntii terreſtres ad hoc delegati, conſtitutionibus ſua nomina ſubſcriberent \*): non alia ex cauſa, quam vt maior eſſet fides, ita publicari conſtitutiones, vt ab Ordinibus probatæ. Repetita lex a. 1613 addito, vt inter ſubſcribentes etiam Nuntiorum Mareſchalcus eſſet \*\*): & a. 1661 numerus Senatorum ad duos redigitur, a Rege nominandos \*\*\*). Sed vſus poſterior pro duobus quatuor induxit, vt eſſent vnus Epifcopus & ſinguli ex gentibus Senatores ſæculares. Nomina eorum, ex Regis arbitrio,

bitrio, a suæ cuiusque gentis Cancellario declarantur. Iurant illi, præeunte Cancellario, Deo omnipotenti in Trinitate vni, se diligenter attenturos, ne vlla constitutio volumini legum inferatur, & subscriptione approbetur, nisi in quam omnes Ordines consensissent. Quæ formula, quamvis an. 1678 pro illis saltem, qui ex Nuntiis ad constitutiones designantur, instituta †), nihilominus tamen ad illam etiam Senatores obligabantur, cum antea vtriusque ordinis delegati iureiurando immunes essent. Iam debent constitutiones a Mareschalco & delegatis formari, in conclavi Nuntiorum legi, & iis quæ ibidem ab omnibus probatæ manu Mareschalci & Nuntiorum delegatorum subscribi, & si Senatorum consensus accesserit, a Mareschalco & omnibus delegatis subscribendum est ††), quod factum in comitiis post Regis inaugurationem, & secuta subscriptio postquam Ordines probassent.

\*) Vol. Constit. p. 457. tit. O Konstytucyách.

\*\*) Constit. a. 1613. p. 7. tit. Q Konstytucyách.

\*\*\*) Constit. an. 1661. p. 15. tit. O podawaniu Konstytucyi.

†) Constit. a. 1678. p. 1. tit. Iurament.

††) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. O porządku.

### §. XXXI.

Olim ex Senatu ad rationes Thesaurariorum & rei tormentariæ Præfectorum excipien-

das, quæ singulis comitiis ordinariis reddi debebant, legebantur: & quidem pro Thesaurario regni, vnus Episcopus & singuli ex generibus Senatores sæculares; pro Lituaniæ, singuli ex regno & Lituania sæculares Senatores; pro vtroque rei tormentariæ Præfecto vnus Episcopus & Senatores ex regno & Lituania sæculares singuli: quorum nomina eodem modo, quo illorum qui ad constitutiones designati, declarabantur, nullo autem iureiurando obstringebantur. His tamen delegatis hodie opus non est, quia thesaurorum rationes coram Ordinibus reddendæ, quod ex §. 30. constat. Idem de supremis rei tormentariæ Præfectis alibi dictum est.

### §. XXXII.

Post hæc, legati si qui ad externos missi de sua legatione voce referunt, quod scripto fieri Regum pacta conuenta \*) volunt. Scripti non meminerunt P. C. Stanislai Augusti, volunt tamen vt relatio fiat secundum iura & consuetudinem \*\*). Addit lex anni 1690 vt referatur semotis arbitris, qua ex causa Mareschalcus regni alta voce monet, vt secedant quibus adesse non liceat: quamuis ex his multi maneant, quod facile permitti potest, quando peracta legatione ea exponuntur, quæ iam omnibus nota, aut quæ Reipublicæ nullum damnum afferunt, si propalantur. Memorabilis erat legationis an. 1689 commemoratio, quæ

quæ quatuor dies absumsit, ut sine tædio au-  
diri non potuerit \*\*\*). Addunt legati iusiur-  
andum, se ad præscriptum mandati, cum ex-  
teris ad quos missi, egisse †). Anno 1718 in  
Grodenibus comitiis legatus iusiurandum  
præmittebat, se de sua legatione ex veritate re-  
laturum esse. Reduces a. 1679 ex Russia le-  
gati, acta legationis exhibebant, quibus lectis,  
nullum ab iis iusiurandum exactum est. An-  
tea nempe a. 1670 Episcopus Culmensis, fa-  
cta de legatione Viennensi relatione, surgens,  
demto interiori capitis tegumento, loco iuris-  
iurandi, sancte affirmauerat, præter ea quæ  
exposuisset, se nihil tractasse ††). Si legatus  
Senator, sedens in sua sella, si equestris ordi-  
nis, stans contra Regis solium, de legatione  
refert. Cancellarius Regis nomine laudat le-  
gatum, quod munus recte obierit, ac ex mu-  
nificentiâ regia præmia sperare iubet. Non-  
nunquam, raro tamen, Ordines Primatis &  
Nuntiorum Mareschalci ore gratias agunt, le-  
gatumque Regis clementiæ commendant.  
His iungi possunt quæ infra c. 10. §. 5. de per-  
actæ legationis expositione memoramus.

\*) P. C. Michaelis & Regum successorum  
§. To też waruiemy.

\*\*) P. C. Stanisłai Augusti §. Posłow.

\*\*\*) Zal. Epif. T. I. part. 2. p. 1104.

†) P. C. Michaelis, Ioannis III. Augusti II. §. c.  
vid. sup. §. 8.

††) Hist. Pruss. VIII. 179. 32.

§. XXXII.

## §. XXXIII.

Eodem tempore quo legati ab exteris reduces, regni & Lituaniæ exercituum oratores audiuntur, nam & hi venire solent, vt coram Rege & Ordinibus exponant, si quæ milites grauent, ac sago bene meritos aut longa militia fessos commendent, quo bona regia ipsis contingant, non silentio transmissis Ducum suorum laudibus. Olim crebræ erant de non solutis stipendiis querimonix, quæ cessarunt, quod iam illa in futurum prouisa, statis temporibus præstantur. Vtriusque exercitus oratores seorsum dicunt, & Polonis regni, Lituaniis Lituaniæ Cancellarius respondet, ac ad regix dexteræ osculum inuitat.

## §. XXXIV.

His coram Rege & Ordinibus actis, Nuntii ad consultandum in suum conclaue redeunt, Rege ad Mareschalci preces consentiente. Tum Mareschalcus surgens, recepto prope ianuam baculo suo ex Senatu excedit, Nuntiis sequentibus. Hoc modo Ordines, qui aliquot dies vna fuerunt, separantur, intra quod spatium tamen Nuntii semel ac iterum repetere suum conclaue possunt, si ipsis ita visum, sed Regis consensu, quem sibi Nuntii inter se quasi paciscuntur, antequam in Senatum se conferant, quod Senatum *saluo regressu* adire vocant, quamque conditionem, eorum Mare-  
schalcus

schalcus Regi declarat. Anno 1724, salutato Rege repetebant Nuntii suum conclaue, idem fiebat, lectis Senatus consultis, & tertium, cum dignitates quæ vocabant collatz essent. Ad externam comitiorum faciem pertinet, quod die quo primum Nuntii conclaue suum ad electionem Mareschalci ingrediuntur, vsque dum peractis, quæ coram ipsis in Senatu peragenda, ad consultationes suum repetunt conclaue, in gradibus quibus quibus ad vtrumque conclaue ascenditur, statio militum mareschalcalium excubet, quæ quinto die ante finem comitiorum, quo iterum iungenda sunt conclaui, redit, medio tempore gradibus a milite vacuis.

## §. XXXV.

In Nuntiorum conclaui hoc præcipuum est negotium, vt conueniant, quæ in comitiis discernenda, vt ipsum conclaue concinne legum officina vocetur, quia ibidem tanquam in aliqua officina leges cuduntur. Si a Nuntiis, alia atque alia postulando, nulla mora iniicitur, statim & ante omnia a Mareschalco delegantur qui futuras constitutiones forment aut retractent, bini ex singulis gentibus. Nominatis an. 1673 quaternis \*), reuocabatur in iisdem comitiis mos prisctus, quo ultra binos delegari non solebant \*\*). Iurant ad eandem formulam, ad quam Senatorii ordinis, quamque §. 29 retuli. His ad constitu-  
tiones

tiones delegatis, lex nouella Mareschalcum ipsum addit \*\*\*), vt sit delegatus perpetuus. Antea post delegatos ad constitutiones, alii ad Thesaurariorum & supremorum rei tormentariæ Præfectorum rationes nominabantur, quod iam se aliter habet, vt §. 31. monuimus.

\*) Zavad. histor. arc. p. 360.

\*\*) Constit. an. 1673. p. 11. tit. Izba poselska. (V. 100.)

\*\*\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. O porządku.

### §. XXXVI.

Post hæc, Mareschalcus ad ea de quibus deliberandum accedit, commendatque primo loco lex anni 1690 securitatem publicam, si ea aut per domesticas turbas, aut per externa bella laboraret; vbi vero & domi & foris satis tranquilla omnia, de securitate consilia conferre iam opus non est. Potest ergo initium fieri ab aliis, quæ publica & moram minus patiuntur. Interrogat autem Mareschalcus totum conclaue, num placeat ab illa re, de qua refert, ordiri. Si omnium consensus, dicuntur sententiæ; sed consensum illum plerumque præcedunt voces diuersa postulantes, & quæ ab aliis postulantur redarguentes, vt integri diés terantur, interdum progressus consiliorum aliquoties sistatur, imo ipsa comitia abrumpantur, antequam omnes conspirent,  
a quo

a quo consultationes inchoandæ sint. In cen-  
 sendo hic seruatur modus, vt a palatinatu, seu  
 tractu, qui per vices quæ olim inter maiorem  
 & minorem Poloniam nunc pariter inter  
 vtramque Poloniam & Lituaniam obtinent,  
 primus est, prima dicatur sententia. Si ac-  
 clamatur *zgoda* i. e. placet, scribit sententiam  
 comitorum *Secretarius*, ac scriptam alta voce  
 legit: quo facto, Mareschalculus ter quærit,  
 num omnes consentiant, & contradicente ne-  
 mine, negotium illud de quo actum, in Nun-  
 tiorum conclauis pro confecto habetur. Ve-  
 rum illa consentiendi facilitas raro contingit;  
 plerumque sententia primi consentis aut aliqua  
 ex parte mutatur, aut reiicitur, aut ei aliquid  
 additur, quæ disceptationum larga materies,  
 Mareschalco moderatore vt in vnum sensum  
 flectat, qui inter se dissident: cuius opera si  
 vana, desistendum illo de quo disceptatur, se-  
 cus comitia per contradictiones irrita euadunt.  
 Sententiæ non dicuntur palatinatum ordine,  
 sed promiscue, vt etiam plures vna hanc fa-  
 cultatem sibi a Mareschalco petant, cuius ve-  
 nia illis opus est, qui non rogati, censere vo-  
 lunt, & si plures simul, adducendi precibus vt  
 ceteri vni cedant. Iam olim postulabant Li-  
 tuani tertium locum, vt post duos Polonos  
 vnus censeret Lituanus; quod nunc iure exi-  
 gent, quia in comitiis post Regis inauguratio-  
 nem constitutum, vt inter vtramque Poloniam  
 & Lituaniam vices seruentur \*).

\*) Const.



\*) Constit. a. 1764.

§. XXXVII.

Quæ a Rege Ordinibus proposita, pertinent quidem ad Nuntiorum deliberationem, in quo tamen ea vtuntur libertate, vt non de omnibus, sed tantum de nonnullis constituent, alia vero omittant, aut in aliud tempus differant. Hinc a Rege Ordinibus multa commendantur & commendantur sæpius, quorum in constitutionibus nulla fit mentio. Contra Nuntii ad ea digrediuntur quæ proposita non sunt: si quid in regimine corrigendum, si prospiciendum iuribus ac quæcunque alia publice vtilia videntur, ea omnia consiliis suis vindicant, etiam priuatorum desiderijs annuentes, si iusta creduntur. Ex qua causa, multa in constitutionibus leguntur, quorum mentio inter ea quæ Regis nomine proposita, facta non fuit. Habet enim hoc ius Nuntiorum quilibet, vt quæ extra *propositionem* regiam, in medium proferre possit, ad mandatum sibi a fratribus datum prouocans, quæ si consensu probantur, inter decreta locum obtinent, secus reiiciuntur, & si, qui in medium protulit, in iis perstat, actum est de comitiis. Priuati suas preces aut mandatis Nuntiorum inseri curant, aut per libellos Mareschalco traditos ad conclaue deferunt, qui consensu Nuntiorum recitantur: licet tamen tum Mareschalco tum Nuntiorum cuius, priuatorum causam vltro commendare.

Quæ

Quæ de consultandi modo in Nuntiorum conclavi dicta sunt, antea obtinuerant. In ordinatione comitali \*), quæ nuper placuit, quæque prioris, quam anno 1690 debemus, supplementum & emendatio dici potest, alia ratio perscripta est: scilicet vt primum locum habeant, quæ Ordinibus ad deliberandum proposita, de quibus constitutiones à Mareschalco & delegatis formentur, quibus in Nuntiorum conclavi lectis & ab omnibus probatis à Mareschalco & Nuntiis delegatis subscribatur. Deinde, vt desideria palatinatum, terrarum & tractuum minorum ad bonum totius Regni pertinentia, Nuntii secundum sua mandata Mareschalco exhibeant, vt cum delegatis constitutiones formet, iisque si probatae ab omnibus fuerint, cum delegatis subscribat. Denique vt singulorum palatinatum, terrarum & minorum tractuum, tum priuatorum desideria simili modo tractentur, nullus vero Nuntius aliam rem aggrediatur, nisi prior aut probata aut reiecta fuerit, & si consensu non probata, tum alia sequi debeat.

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. O porządku.

### §. XXXVIII.

Si inter Nuntios magna est dissensio in rebus grauioribus, quas perfici Reipublicæ utile est, confessus prouinciales ad concordiam effi-

caces putantur. Sunt autem confessus seu *sessiones*, vt appellantur, prouinciales, singularum gentium, extra Senatorium & Nuntiorum conclaue, in loco alio conuentus, qui sine Regis consensu haberi nequeunt, quia nisi ipso annuente, alio transferre consilia haud licet. Consensum rogat Mareschalcus, aut publice Ordinibus presentibus, aut priuatim apud Regem. Anno 1718 missus ad Regem Mareschalcus, consensum Nuntiis referebat, quod contra veterem usum esse dicebatur, quia consensus e folio regio, ore Cancellarii, Ordinibus coram declarari consueuisset: qui modus etiam an. 1720 & 1726 obseruabatur. Contra an. 1738 & 1740 consensus priuatim impetrabatur; anno autem 1744 Nuntiis, cum in eo essent vt ad deliberationes conclaue suum repeterent, nomine Regis iniungebatur, vt sine longiore mora confessus prouinciales ordirentur. Habentur hi confessus in *monasteriis*, vt si comitia Varfauix, maiores Poloni apud *Bernhardinos*, minores apud *Patres reformatos*, Lituani apud *Patres Soc. Iesu*; si Grodnæ, apud *Patres* eiusdem instituti, præter minores Polonos, qui apud *Dominicanos*, conueniant. Eadem *monasteria* ad prouinciales confessus in comitijs Grodnensibus a. 1744 placuerant, quia autem Archiepiscopus Gnespenfis apud *S. I. Patres* hospitabatur, permouit ille maiores Polonos, vt in horum *monasterium*, in aliud quam Lituani conclaue, conuenirent.

nitent. Quod tamen vni ex Nuntiis ita displicuit, vt consultationi intercederet: quæ in sequentem diem dilata, sine contradictione inchoabatur. Minores vero Poloni tum *Berkardinorum* monasterium, *Dominicanorum* præferabant. Ad sunt cuiusque gentis Senatores & Nuntii, ac apud Polonos qui inter Senatores primus, apud Lituanos gentis huius maior Cancellarius, hoc absente, Procancellarius præsidet, auctoritate Mareschalci interca cessante, qui inter suæ gentis Nuntios locum habet. Præses, postquam ipse censuit, rogat sententias, quæ si diuersæ, Præses & Senatores alii, rationibus dissentientes in vnum sensum flectere conantur, qui finis si obtinetur, fructum fert Respublica. Si in vnius gentis confessu res ad concordiam iam deducta est, ea per legatos quid apud se decretum reliquas edocet, & vt exemplum sequantur hortatur. Interdum vnus aut plures ex alia gente hospites adsunt, vt censentes audiant, non vt ipsi censeant. Siue autem coalauerint animi, siue maneant discordes, post dies aliquot Nuntii in suum conclaue redeunt. Anno 1695 Rex in prouinciales confessus ante Mareschalci electionem consensit \*), quod vt insolitum, sic minus congruens videbatur, alio consilia transferri, antequam in conclaui Nuntiorum cœpissent. Idem tamen an. 1701 factum est \*\*). Num vero in posterum eiusmodi confessus futuri,

turi, consultationibus in conclavi Nuntiorum aliter ordinatis, dies docebit.

\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1495.

\*\*) Zal. Epist. III. 44.

### §. XXXIX.

Post confessus prouinciales, consilia in conclavi Nuntiorum continuantur, non tamen prius, quam omnium gentium Nuntii adsint. Finierant a. 1740 suos confessus Poloni ante Lituanos, redierantque in conclaue, cum Lituani seorsum deliberarent, quare consultationes ad horum præsentiam differebantur. Quodsi consilia lente procedunt, ac vltra iustum tempus protrahuntur, Rex missis Senatoribus maturari monet. Solent illorum tres mitti, singuli ex gentibus, qui sedentes primo loco verba faciunt. Sequitur altera, imo & tertia legatio, si Nuntii exitum consiliorum controuersis morantur. Quando vero Nuntii aliquid expetunt, antequam consultationes finiant, aut Mareschalcus nomine eorum Regem priuatim adit, aut omnes in Senatum, saluo in suum conclaue regressu, se conferunt, vt Regi ibidem Mareschalci ore suas preces exponant.

### §. XL.

Quando serius adsunt exercituum legati, cum iam in suum conclaue Nuntii concesserunt,

runt, coram illis seorsum audiuntur: neque Senatorum desunt exempla, qui priuata sua negotia equestri ordini ibidem verbis commendarunt.

## §. XLI.

Dum in suo conclau Nuntii consultant, lex sancit, vt a Rege iudicia comitialia cum Senatoribus & Nuntiis, a suo Marechalco ad ea nominatis, exercentur. Pertinent ad hæc iudicia multæ causæ, quarum aliæ publicæ aliæ priuatæ, aliæ criminales, aliæ ciuiles, quæ in ordinatione iudicaria an. 1611 enumerantur \*), quasque repetere superuacuum existimamus. Interdum etiam causæ a tribunalibus ad comitia remittuntur. Iudicia illa Rex iam antiquis temporibus, solis Senatoribus assidentibus, exercebat, & cum regnante Stephano Nuntii peterent, vt in maiestatis crimine aliquot ex suis legerentur, qui vna cum Senatoribus sententias dicerent, hæc illorum postulatio tanquam noua reiiciebatur, quia cognitio ad Regem & solos Senatores pertineret \*\*). Id a. 1588 lege mutatum, qua in maiestatis & perduellionis criminibus, octo Nuntii Senatoribus additi sunt \*\*\*). Intentato a. 1655 Palatino Smolenscensi & aliis ob deditum Moscis Smolenscum perduellionis crimine, pro illa saltem causa, exemplo in posterum non repetendo, viginti quatuor Nuntii, ex gentibus octoni, decernebantur †).

ad iudicia perduellionis a. 1670 Mareschalculus nominabat, quem non ferebant, qui lege anni 1588 standum esse arbitrabantur, a qua tamen discessum, cum duodecim Nuntios, quater-nos ex gentibus, maiestatis & perduellionis criminibus iudicandis adhiberi placeret ††). Lex posterior præcipit, Nuntios ad causas a tribunalibus remissas, post Senatorum sententias a Mareschalco delegari †††), & tandem constitutio a. 1690 generatim de causis comitialibus loquens, Mareschalco iniungit, Nuntios ad eos, simul ac in conclave suum redierint, nominare \*†): nominatique a. 1748 seni ex gentibus. Non tamen in omnibus comitiis Nuntii ad iudicia delegantur, aut si delegati, semper iudicia habentur, cum sæpe illa cessent. Nuntiis a. 1738 postulantis ut comitialia iudicia habeantur, nomine Regis responsum, non quidem esse causas quæ iudicaretur, ut tamen legi satisfiat, edictum iri iudicia. Anno 1740 nonnullorum contradictione impediatur, quo minus iudices ex Nuntiis nominarentur, unde iudicia exerceri nequibant, quæ a. 1744 exercita, Mareschalco Nuntiorum Regis nomine antea monito, ut deligeret qui assiderent. Quando autem iudicia hæc habentur, statim desinunt, ubi Nuntii in suo conclavi consilia finierunt, aut comitia abrumpuntur. Hinc merito de iniuria queerebatur supremus regni Mareschalculus, Ge. Lubomirscius an. 1664 maiestatis & perduellionis

lionis damnatus, cum comitia per contradictionem iam irrita fuissent \*\*†). Contra valent decreta ante consiliorum in conclaui Nuntiorum finem lata, etiamsi post ea comitia abrumpantur.

\*) Postępek prawny, constit. a. 1611. adiectus p. 2. (III. 68.)

\*\*\*) Heidenst. p. 233.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 456. tit. De crimine læsæ maiestatis. (II. 1207.)

†) Constit. a. 1655. p. 2. tit. Spráwá Smolenska. (IV. 479.)

††) Zavadz. histor. arc. p. 161. 168. 171. Constitut. an. 1670. p. 16. tit. Postępek prawny. (V. 53.)

†††) Constitut. an. 1678. p. 7. tit. O remissach. (V. 553.)

\*†) Constit. a. 1690. p. 2. tit. Obiáfnienie. (V. 763.)

\*\*†) Geor. Lubomirscii publicæ innocentiz manifestum. p. 79. Hist. nost. Pruss. T. VII. p. 305. 306.

## §. XLII.

Vt autem comitia certo spatio circumscribuntur, ita quinto die ante horum finem, a Nuntiis in suo conclaui consultationes absolvendæ, & Senatus ad peragenda comitia repetendus est \*). Sed raro Nuntii sua consilia illo die terminant, plerumque ea protrahunt longius, vt etiam ultimo comitiorum die, imo post illud tempus quod finem statuit comitiis,



se demum in Senatum conferant, Rege vt maturius adsint, missis Senatoribus frustra eos hortante. Non tamen possunt protrahi consilia nisi Nuntiis approbantibus, vsusque iure suo Nuntius ille, qui an. 1740 asseuerabat, se vltra legitimum spatium moram non concessurum. Regis pariter consensu opus, præsertim si tempus totis comitiis destinatum, in Nuntiorum conclauis absumitur, qui vt inpetretur, Nuntii aliquot ad Regem ablegantur. Si a Nuntiis in suo conclauis non omnia consilii possunt, quæ restant in proxima comitia differuntur, & ne memoria excidant, in constitutionibus sub titulo *Recess* indicantur, vt si publica negotia fuerint, in sequentibus comitiis, ante omnia alia in deliberationem veniant, si priuata, priuatis aliis tum præferantur. Verum neque hoc vsu seruetur, sæpe de illis in posterioribus comitiis nihil constituitur, quæ prioribus in *recessu* locum habuerunt, neque constitui potest, si posteriora illa comitia irrita sunt. Qua de causa non desunt, quorum aliquoties in *recessu* & tamen frustra mentio facta est. Vnde cognoscitur, quid sit in *recessum referre*, quæ locutio in comitiis frequens est, ac in *recessum* relatorum exempla, in constitutionibus passim occurrunt \*\*).

\*) Constit. an. 1633. p. 14. tit. Konkluzya. an. 1678. p. 2. tit. O Seymach. a. 1690. p. 2. tit. Obiásniemie. (III. 786. V. 547. 763.)

\*\* ) Vt antiquiores omittam, videantur constitut. a. 1699.

an. 1699. p. 61. 71. an. 1703. p. 24. 25. 31.  
 32. a. 1710. p. 77. inter Lituan. p. 6. a. 1717.  
 p. 75. 77. a. 1726. p. 69. 70. 71. inter Lituan.  
 p. 40. a. 1736. p. 110. 118. an. 1764. p. 69.  
 (VI. 70. 80. 112. 113. 123. 195. 214. 302.  
 303. 456. 457. 497. 673. 680.)

## §. XLIII.

Nuntios, vbi in suo conclavi consilia fini-  
 erunt, Mareschalcus oratione dimittit, in qua  
 studio eorum in Rempublicam laudato, quod  
 bene successerit opera gratulatur, se illorum  
 beneuolentiæ commendat, munusque suum  
 posito scipione finit. Legitimo tempore in  
 conclavi Nuntiorum an. 1692 finito, Mare-  
 schalcus se conferebat in Senatum, sed nemi-  
 ne ex Nuntiis ipsum sequente, solus horum  
 conclauē repetebat \*). Postquam Senatum  
 Nuntii ingressi, idem Mareschalcus sermonem  
 ad Regem dirigens, acta transactaque in Nun-  
 tiorum conclavi esse omnia edocet, vt quæ ibi  
 constituta in Senatu probentur. Tum alta  
 voce ex charta recitat quæ Nuntiis placuerunt,  
 præter quæ alia legere ipsi non licet \*\*). Ne-  
 que possunt aliæ constitutiones legi, quam  
 quibus Mareschalcus & delegati subscripserunt.  
 Vbi vna constitutio lecta, nec est qui contra-  
 dicat aut aliquid moneat, pergitur ad aliam:  
 qui vero contradicturus aut aliud quid in me-  
 dium allaturus, facultatem dicendi Mareschal-  
 cum Senatorii ordinis rogat, vt in Nuntiorum

conclauī horum Mareschalcum rogari, antea memorauimus. Dicunt sententiam qui volunt, Senatores & Nuntii, ac contendunt inter se qui diuersi, licetque Nuntiorum cuilibet a constitutione dissentire, quam in suo conclauī vel voce vel silentio probauit: quod quidem olim licuit, an vero in posterum fuerit licitum, subscriptis sub oculis Nuntiorum, a Mareschalco & delegatis constitutionum formis, id suo tempore constabit. Si discordantes componi nequeunt, omittenda est constitutio, secus comitia rumpuntur, quæ exitum fortiuntur felicem, quando Ordines, ne quidem vno intercedente, constitutiones ratas habuerunt.

\*) Hist. Pruss. VIII. 315.

\*\*) Constitut. an. 1633. p. 14. tit. Konkluzya. (III. 786.)

#### §. XLIV.

Consultationi Ordinum in Senatu quinque dies dantur, quo spatio comitia, sine Nuntiorum ad suum conclauē regressu, absoluenda sunt \*): debebantque consilia esse diurna, non nocturna, quia leges nocte ad candelas deliberare vetabant \*\*). Iam a. 1591 finis comitiorum in multam noctem extrahebatur \*\*\*): quod & postea factum sæpius, reperimus. A. 1670 vltimus confessus comitiorum hora decima matutina cepit & sexta hora matutina sequentis diei finiit, illisque comitiis conclauibus

lus iam iunctis aliquoties per integras noctes  
 consultatum, sed a. 1672 Gnesnensis Archie-  
 piscopus confessum ad candelas dissuasit, vitæ  
 discrimen caussatus, quod adessent qui pugio-  
 nibus succincti \*\*\*\*): at a. 1676 vnus confes-  
 sus per duos dies totidemque noctes continuus  
 fuit, & sequenti anno diei nox adiecta, cuius  
 finis comitia terminauit †). In comitiis an.  
 1678 confessus fuerunt nocturni, protractique  
 in diem sequentem sole iam orto, quod in  
 posterum fieri in iisdem comitiis lege vetaba-  
 tur, cui, quamuis a. 1690 repetitæ vsus po-  
 sterior derogauit. Hoc ipso enim anno ab-  
 sumta tota nocte, sexta hora matutina finem  
 comitiis attulit. Anno 1699 ab hora octaua  
 matutina per noctem vsque ad horam quar-  
 tam matutinam diei sequentis, & a. 1703 ab  
 hora decima matutina, ad sequentis diei se-  
 cundam post meridiem, vltimus comitiarum  
 confessus protractus fuit ††). Iuncta manse-  
 runt a. 1712 conclauia a media nocte ad sex-  
 tam mane; a. 1718 Nuntii Senatum circa me-  
 diam noctem ingressi, decima sequentis diei  
 discesserunt, quorum aduentus in Senatum a.  
 1720 vsque ad secundam post noctem medi-  
 am expectabatur; an. 1724 per tres horas in  
 Senatu manserunt Nuntii, cum nocte media  
 venissent; a. 1726 vltimus confessus fuit per  
 totam noctem, vsque ad decimam sequentis  
 diei ante meridiem, quem in comitiis anni  
 1736 quinta hora matutina finiit. Dum hoc  
 modo

modo nocte consultaretur, candelæ non inferbantur, præter vnam pro Mareschalco Nuntiorum, vt constitutiones ex charta legere, & si quid tollendum mutandumque corrigere posset. Idiam in comitiis coronationis a. 1764 mutatum, lege tum lata, vt in comitiis tam ordinariis quam extraordinariis consilia ad candelas continuare liceat †††). Præiuerunt ipsa illa comitia, futuris exemplo, in quibus vesperi candelis accensis consultatum est.

\*) Constit. an. 1633. p. 14. tit. Konkluzya. an. 1678. p. 2. tit. O Seymach. a. 1690. p. 2. tit. Obiásnienie. (III. 786. V. 547. 763.)

\*\*) Constit. a. 1678. & 1690. l. c.

\*\*\*) Heidenst. p. 291.

\*\*\*\*) Zavad. hist. arc. p. 287.

†) Zal. Epist. T. I. p. 599. 693.

††) Zal. T. I. part. 2. p. 1165. T. III. p. 507.

†††) Constit. p. 48. tit. Obiasnienie.

## §. XLV.

Quinque illi dies, quos leges iunctis in Senatu Ordinibus ad finienda comitia statuunt, in totidem confessus diuiduntur, vt singulis diebus conueniant & dimittantur. Si ex hoc spatio Nuntii in suo conclauis aliquid subtrahunt, ac serius ad Senatum accedunt, breuius redditur quod ibi transigendum tempus, nisi Regis & Ordinum consensu, vnus aut plures dies adiiciantur. Comitiis in exitu laborantibus, vltimus confessus vt modo dictum, per noctem

noctem in posterum diem extrahi solet, ut hæc mora lætum finem adferat. Quod sane molestum est, manere per triginta & plures horas in eodem loco, fame, siti & vigiliis lassari, ut alias corporis necessitates taceam. Vincit tamen has molestias, ut nostri loquuntur, Reipublicæ studium, quas Rex cum civibus paterno plane animo paritur, qui non discedit, cum Ordines vna consultant, quibus nisi illo præsentem, consilia conferre haud licet. Discedebat a. 1668 ex nocturno confesso Ioannes Casimirus, & actum de comitiis credebatur \*). Anno 1677 Rex post meridiem, se conclave suum repetiturum, brevi tamen rediturum per Procancellarium Ordinibus indicavit, ut interea deliberationes suas continuarent, quas tamen interrumpabant, & post Regis reditum resumebant \*\*). Discedebat Rex a. 1699 ad prandium confesso non prorogato, quem Senatores & Nuntii sequebantur, & post prandium cum Rege redibant. Neque Senatoribus & Nuntiis exeundi est potestas, confesso durante, datumque an. 1718 senectuti Gnesnensis Archiepiscopi, cum ipsi hora secunda post mediam noctem abire permetteretur, consultatione nondum finita. Sed a. 1677 nocte Senatores & Nuntii clam se subducebant, ut Rex solus fere relictus confessum solvere cogeretur.

\*) Histor. nost. Pruss. T. VII. p. 332.

\*\*\*) Hist.

\*\*\*) Histor. Pruss. VIII. 153.

§. XLVI.

Ex iis quæ de tempore, quo Senatus a Nuntiis repetendus & ibidem consilia finienda, diximus, patet, esse comitiis legitimum suum spatium, quod ante annum 1573 non erat. Cum Reges solos Senatores consulere, vnus alterque dies sufficiebant, adhibitis autem Nobilibus, longiore tempore opus erat. Anno 1453 nouem dierum fuerunt comitia, quod exemplum notatu dignum annalibus visum \*): sequenti tamen anno, extra comitia, de recipiendis in deditioem Prussis ultra dies quindecim, totidemque diebus in comitiis a. 1472 de tributo consultabatur \*\*). Creuit sensim comitorum tempus, vt regnante Sigismundo Augusto medius annus illis infumeretur \*\*\*), quibus anno 1573 lex sex hebdomades statuebat †); ex qua causa comitia ordinaria, sex hebdomadam comitia dici consueuerunt. Hunc comitorum terminum, leges quidem contrahere aut proferre vetant ††), vsus tamen docet, consilia ultra illum sæpius continuata, neque citius absolutorum exemplis plane destituimur, comitiis a. 1652. 1654. 1655 & 1668 ad minus spatium reductis †††). Id sane extra ordinem accidit, cum an. 1717 septem horis comitia absoluerentur, quod fieri poterat, quia omnis solennibus constitutiones  
quæ

quæ iam inter eos, qui intestinas turbas composuerant, cõnuenerant, solum recitabantur. Ex prolatis comitiis, ante reliqua memoranda sunt anni 1681 quæ post vndeiginti hebdomades abrumpebantur. Siue contrahendum siue extendendum tempus comitiõrum, Regis & Ordinum auctoritate opus est, ac sigillatim Nuntios ad proferenda comitja consentiendi necessitate lex absoluit \*†), nisi sponte velint, constatque experientis, potissimum ex illis pendere, si comitiis spatium aliquod adiciendum. Comitia a. 1692. 1696. 1701. 1738 & 1740 irrita reddebantur, quia Nuntii ea proferri noluerant, qualem exitum ex eadem causa comitia a. 1744. 1746 & 1748 habuerunt. Comitiis coronationis a. 1764, quibus duæ hebdomades destinatæ, consensu Ordinum, aliquot dies fuisse additas, illõrum comitiõrum constitutio memorat \*\*†), cum in constitutionibus superiorum temporum, comitiõrum protractorum mentio non occurrat.

\*) Dlug. XIII. 116.

\*\*) Dlug. XIII. 131. 479.

\*\*\*) Biels. p. 398.

†) Vol. Const. p. 255. §. Seym walny. (II. 899.)

††) Constit. a. 1633. p. 14. tit. Konkluzya. an. 1678. p. 2. tit. O seymach. a. 1690. p. 2. tit. Obiásnienie. (III. 786. V. 547. 763.)

†††) Constit. a. 1652. 1654. 1655. 1668. p. 1. (IV. 361. 443. 478. 1016.)

\*†) Constit. a. 1678. l. c.

\*\*†) Constit. p. 60. tit. Przedłużenie.



## §. XLVII.

Olim in comitiis ultimo loco de tributis agebatur, & declarabant Nuntii nomine suorum palatinatum ac terrarum, quantum conferre vellent: quod fieri desit, postquam a. 1717 tributa pro militibus in futurum decreta, tam diu præstanda, donec Ordinibus aliter visum fuerit. Si ergo tributa illa augenda, aut pro illis alia inducenda essent, noua de tributis lege opus foret, quando vero adhuc placuerunt, quæ memorato anno 1717 sancita, Ordines ab illo tempore de tributis haud quidquam constituerunt. Collata quidem in comitiis a. 1738. 1740 & 1742 de intendendis præsentibus ac inducendis nouis tributis consilia, quia exercitus augeri placuit, nihil tamen Augusto III. regnante decretum est. Quæ mortem huius Principis exceperunt comitia conuocationis, vectigal generale, auctiorem quartæ ex bonis Regiis & tributis Iudæorum decreuerunt. Vbi consultationi Ordinum in comitiis nihil restat, nomina Senatorum, qui circa Regem ad proxima ordinaria versaturi, & post hæc, decreta iudiciorum comitialium, si habita, leguntur. Tum Marschalcus Nuntiorum Regi finem comitorum gratulatur, ac post vota pro eius salute ac felicitate, manus osculum sibi & Nuntiis orat. Respondet Cancellarius, & Nuntii præcedente Marschalco, eodem ordine quo comitorum initio,

initio, regiam dexteram venerantur. Finitis hoc modo comitiis, Ordines Regem in templum deducunt, ubi Ambrosii hymnus, *Te Deum laudamus*, canitur, tormentis interdum displolis. Quia autem comitia coronationis a. 1764 hora tertia matutina finiebantur, hymnus Ambrosii in sequentem diem differebatur. Caterum quod ad modum quo in comitiis consilia finiuntur, attinet, insunctum fuit Nuntiis, ut in novissimis comitiis convocationis novam constituerent, quod cum fieri non posset, ad proxima post coronationis comitia differebatur \*).

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. 9 porządku.

### §. XLVIII.

Quæ in comitiis sancuntur, constitutionum nomen habent, quo titulo etiam publicantur, de cuius origine *lib. I. c. 2. §. 7.* dictum, Sunt tamen superiore ætate exempla quædam, in quorum fronte *Vchwata* \*), quod scitum seu decretum nominares, imo *Constitucie y Vchwata* \*\*), constitutiones & scitum, leguntur; ac diuersitas est in solis vocabulis. Quæ in magno consilio Varfauienti an. 1710 placuerunt. *Poparcie generalney Sandomirskiey Konfederacyi*, confirmatio & quasi corroboratio generalis Sandomiriensis confœderationis, inscribuntur, reuera tamen sunt constitutiones,

Hæ constitutiones statim ac coram Rege & Ordinibus lectæ, ac ab iis probatæ, delegatis ad retractandas illas traduntur, vt descriptas in formam ordinemque redigant, ne tamen sensum illarum mutant, aut illis immisceant, quorum in comitiis nulla facta mentio, vel quibus omnium consensus non accessit. Nonnunquam querelæ auditæ, prodiisse aliter in lucem constitutiones, ac in comitiis conuenissent, suntque insigne exemplum constitutiones anni 1658 quæ bis typis minus recte exscriptæ, tertium ad mentem Ordinum exscribendæ erant \*\*\*). Constitutionibus a. 1672 obiectum, illarum alias plane non sancitas, alias prædiisse aliter ac sancitæ, neque omnia exempla typis descripta inter se conuenire †). Constitutiones retractaturi, vt ex fide agant, iureiurando quod §. 29. inseruimus, obstringuntur, & peracta retractatione cum Nuntiorum Mareschalco nomina sua subscribunt. Hoc vt a delegatis ex Senatu & equestri ordine fiat, iam a. 1588 præcipitur ††), illisque a. 1613 lex Nuntiorum Mareschalcum addit †††), qui anno 1618 primum solus apposuit nomen. Secuti an. 1649 Nuntii, quorum duo, ex Polonia & Lituania singuli, post Ioannis Casimiri inaugurationem; quatuor, ex Polonia & Lituania bini, comitiarum iterum illo anno habitorum constitutionibus subscripserunt: additi an. 1653 duo, vt ex singulis gentibus bini essent. Cum vero nullus adhuc Senator nomen  
suum

suam apposuisse, a. 1661 lex a duobus, quos Rex ad constitutiones nominaturus, id fieri iubebat \*)), cui etiam obtemperabatur, ita quidem ut Mareschalci nomen primum locum teneret, quod ex illo tempore usus servavit. Anno 1667 trium Senatorum, duorum Polonorum & unius Lituani; postea interdum duorum tantum Senatorum, & an. 1703 primum quatuor Senatorum nomina leguntur, qui numerus & sub sequentibus constitutionibus visitur, solis anni 1710 exceptis, quibus & Senatores & Nuntii numero longe maiore subscripserunt. Quod ad Nuntios, illorum post annum 1653 interdum pro sex; quinque aut quatuor nomina sua addiderunt, nisi quod a. 1673 ab undecim; a. 1676 a duodecim id factum legimus. Antiquis temporibus, in constitutionum fine ponebantur verba: *ad mandatum Regis proprium*, quæ post annum 1637 in usu esse desierunt. Nec silendus est comitorum *Secretarius*, qui suum nomen anno 1620 ultimo loco, eoque inferiore, adscribere cœpit; cuius subscriptio in hunc diem continuata est. Constitutionibus comitorum post Regis inaugurationem an. 1764, subscripserunt post Mareschalcum, Episcopus unus, ex singulis gentibus unus Senator secularis & Nuntii bini, ac post hos comitorum *Secretarius*.

\*) Scilicet an. 1613. 1625. 1626. 1640. 1661. 1668.

\*\* ) A. 1642. 1650. 1653. 1655.

\*\*\* ) Constitut. an. 1659. p. 2. tit. Constitucye seymu. (IV. 585.)

†) Hist. Pruss. VIII. 63.

††) Vol. Constit. p. 457. tit. O Constitucyách. (II. 1208.)

†††) Constit. a. 1613. p. 7. tit. O Constitucyách (III. 169.)

\*†) Constit. an. 1661. p. 15. tit. O podawaniu. (IV. 706.)

### §. XLIX.

Constitutionum duo exempla Nuntiorum Mareschalcus describi curat, alterumque actis castrensibus eius loci ubi comitia habentur, offert, alterum ut typis excudatur tradit, sumtus Thesauto regni, si in Polonia, Lituania, si in magno ducatu comitia peracta, erogante. Quando typis expressæ, tot exemplis, quot ad palatinatus & terras deferenda, Mareschalcus Nuntiorum iterum sua manu subscribit, ac subscripta Thesaurariis, regni, quæ per Poloniam, Lituaniæ, quæ per Lituaniam dimittenda, tradit, a quibus, postquam a suæ gentis Cancellario subscripta & sigillo munita, sumtibus publicis ad conuentus relationum palatinatum & terrarum mittuntur. Hæc fieri iubet lex recentior \*): antiquiores volunt, ut constitutiones, postriedie quam finita comitia, actis castrensibus, & si castrum clausum, regni metricæ exhibeantur, typographo autem intra triduum tradantur, & non solum ad conuentus

ventus relationum, sed etiam ad castra palatinatum & terrarum dimittantur \*\*). Spatium tamen, quo post finem comitiorum actis castris offerendæ constitutiones, mutatum, ut intra quatuor dies offerri possint \*\*\*).

\*) Constit. a. 1690. p. 2. tit. O dawánin. (V. 763)

\*\*.) Constit. an. 1613. p. 7. tit. O constitucyácl. a. 1661. p. 15. tit. O podawániu. (II. 169. IV. 706.)

\*\*\*.) Constit. a. 1678. tit. Iurament. p. 2. (V. 546.)

§. L.

Vt autem ex recentiore instituto, Marschalco & delegatorum ad constitutiones nomina, in earum fine scribuntur, ita ex antiquo obtinet, quod Regis titulus præmittatur. Ipsæ constitutiones in duas partes dividuntur, quarum prior polonas, posterior lituanas complectitur. Primum exemplum comitia anni 1590 dederunt, quod usque ad annum 1607 omissum, neque ab illo tempore semper usurpatum, sed ab anno 1659 continuo usu, exceptis comitiis an. 1668 in quibus de sola Regis abdicatione actum, servare placuit.

§. LI.

Quæ de comitiis hæcenus dicta, quanquam præcipue ad ordinaria pertineant, etiam extraordinariis sunt communia, quoniam in his eodem modo consultatur. Esse Regi ius ex Sen-

natorum consilio indicendi extra ordinem comitia, *lib. II. c. 12. §. 2.* demonstraui-  
 mus, quæ cum spatio duarum hebdomadum absol-  
 verentur, id fieri in posterum an. 1637 veti-  
 tum, sex hebdomadibus ad ea constitutis, salua  
 tamen Regis facultate, minuendi solennia,  
 quæ in ordinariis obseruantur \*). Sequenti  
 anno in certum casum, scripto ad archi-  
 uum dato nominatum, Regi pernitebatur, comitia  
 duarum hebdomadum sine solennibus celebra-  
 re, vt sola publica tractentur, & conuentus  
 minores tribus hebdomadibus præcedant, con-  
 stitutione anni 1637 quam modo citauimus,  
 salua \*\*). Anno 1646 Ordines in comitia  
 extraordinaria trium hebdomadum, sequenti  
 anno agenda, consenserunt \*\*\*). Ex Sena-  
 tus consulto a. 1748 Rex Sibi potestatem ser-  
 uauit indicendi comitia extraordinaria, tem-  
 pore & loco opportunis. Quæ cum a. 1761  
 Senatoribus non consultis indicta fuissent, id  
 ægre tulerunt Nuntii, ruptisque ante electio-  
 nem Mareschalci comitiis, in Senatorum con-  
 silio Regi permissum, alia indicare extra or-  
 dinem comitia. Differunt ergo in hoc extra-  
 ordinaria ab ordinariis comitiis, quod non vt  
 his, perpetua lege certum spatium est statu-  
 tum, quæ vsu in hoc cum ordinariis conueni-  
 unt, vt modo longiora modo breuiora eua-  
 dant: deditque annus 1735 exemplum extra-  
 ordinariorum post sex hebdomades, Mare-  
 schalco ne quidem electo irritorum. Comi-  
 tia

tia extraordinaria a. 1703 minus proprie duarum hebdomadum inscribuntur, quia ab vndecimo Junii ad vndecimum Iulii habita, dies viginti duos confecerunt †). Rectius duarum hebdomadum titulus, extraordinariis a. 1736 comitiis conueniebat, quæ die 25 Junii cœpta, decima Iulii, hora quinta matutina, finiebantur. In extraordinariis pacta conuenta non legi, alibi diximus ††), quod de omnibus affirmare iam non licet, cum in extraordinariis ad. 1736 lecta sint, & lecta ideo quod nondum post Regis inaugurationem lecta fuerant. Quæ ratio in comitiis *coronationis* an. 1764 non valuit, sed omissa lectio breviori comitiis spatio excusabatur. In extraordinariis comitiis an. 1703 rogauit Cancellarius in fine propositionis Nuntios, ne in suum conclaue regrederentur, sed vt in Senatu manerent, ibique vna cum Senatoribus consultarent, comitiaque finirent. Sed Nuntii nihilominus conclaue suam repetebant. In iisdem comitiis Senatores non censuerunt, verum cum Nuntiis post reditum in Senatum vna consultarunt. In comitiis *coronationis* a. 1764, quæ in numero extraordinariorum habentur, Senatores non seorsum censuerunt, neque Nuntii postquam Mareschalco electo Senatum primum ingressi, in suum conclaue redierunt, sed ad comitiis finem cum Senatoribus deliberarunt.



\*) Constit. a. 1637. p. I. (III. 912.)

\*\*) Constit. a. 1638. p. 5. tit. Seym. (III. 927.)

\*\*\*) Constit. a. 1647. p. 7. tit. Seym.

†) Videatur ipse constitutionem comitiis illis scriptarum titulus.

††) Commentar. ad P. C. Augusti III. p. 38.

### §. LII.

Non autem omnia comitia, siue ordinaria, siue extraordinaria, rite absolvuntur, sed recentiore tempore multa, imo pleraque, irrita fuerunt, vt hodie habeatur res notatu digna, si vsque ad finem succedant. Numerum eorum quæ ab anno 1550 ad annum 1726 peracta, exhibet *Ladoui index constitutionum continuatus* p. 473-477. & index *Zeglicianus* p. 596. & seq. vbi comitia an. 1736 adduntur, suntque constitutiones editæ certa absolutorum aut prorogatorum comitorum documenta. Fiunt irrita comitia, vel intercessione, vel vbi frustra absumto comitorum tempore, rebus infectis disceditur. De Nuntiorum intercedendi potestate *lib. III. c. 9. §. 4. 5. 6.* egimus. Valet hæc intercessio omni tempore & loco; ante & post electionem Mareschalci; initio, medio & sub fine comitorum; in Senatu & in Nuntiorum conclavi; iunctis iam Ordinibus & antequam iungantur: vt quilibet ex Nuntiis, hoc suo iure totis comitiis libere uti queat. Hæc olim obtinebant, nunc per legem in conuocationis comitiis a. 1764 latam, comitia

mitia ante Mareschalci electionem rumpere non licet, legemque supra ubi de Mareschalci electione actum, citauimus. An. 1670 con-  
 senserunt Nuntii inter se, ne comitia nisi circa finem, iunctis conclauiibus, in totius Reipublicæ faciæ, rumperentur: quod in præsens solum non instar legis perpetuæ simul in posterum valere debebat \*): & an. 1672 frustra propositum iusiurandum, ne ex priuata causa comitia rumperentur. Golembiensis *confœderatio* eos in ius vocabat, qui contradictionibus superiora comitia infructuosa reddiderant, sed suscipientibus horum causam qui se contra Golembiensem *confœderationem* iunxerant, parata erat venia \*\*). Non omnis tamen contradictio comitia abrumpit, sed tantum progressum consiliorum suspendit, quod nostri *sistere adiuuitatem* appellant, vt interea nihil constitui, neque cum effectu aliquo censi queat, sed quæ dicuntur sententiæ, *passiue*, hoc est nihil decernendo, sed suadendo, docendo & explicando, dicantur, eo potissimum tendentes, vt contradicens flectatur, quo ab intercessione desistat. Tum illum Mareschalcus Nuntiorum, per salutem Reipublicæ, per patriæ amorem obtestatur, vt reddat consiliis liberum cursum; addunt preces Nuntii, imo & Senatores, si coram illis contradictum. Quando qui intercessit, ex conclau aut Nuntiorum aut Senatorio abiit, mittuntur in hospitium eius, qui reditum persuadeant, si frustra

illorum opera, mittuntur iterum. Accedit nonnunquam & Regis auctoritas, ostentantur præmia, quæ moueant peruiçacem animum & impellant. Vbi flecti se patitur, reditque in conclaue ex quo discessit, manent ipsum laus & gratiarum actio, ac consultationes quæ cesarunt repetuntur, quia *adhiuitatem* contradicens *restituit*. Fit hoc ab ipso vel simpliciter, vel sub conditione, quæ implenda nisi illa sponte cedat. Potest in vnis comitiis sæpius fieri *adhiuitas* & reddi, idque tum ab vno, tum a pluribus. Quando vero contradicens immotus perstat, & ex loco comitorum proficiscitur, actum est de comitiis, infectumque redditur, quod ante intercessionem iam placuit, cum nihil ratum habeatur, nisi comitiis rite finitis. Interdum contradicentes, rationes suæ intercessionis litteris mandant, & actis castrensibus, siue illius loci vbi comitia, siue alibi exhibent, vt demonstrent, se non ex libidine, sed iustis de causis egisse. Ruptis comitiis, dolet coram Rege & Ordinibus casum Nuntiorum Mareschalcus, & Reipublicæ salute Regi commendata, ora vt Nuntiis ad manus osculum accedere liceat. Quod ipsis conceditur, postquam nomina Senatorum, quibus circa Regem vsque ad proxima comitia versandum recitata, & ad sermonem Mareschalci a Cancellario responsum est. Dum vero ante Mareschalci electionem, irrita redduntur comitia, Rege non salutato, Nuntii ex suo con-

clau

clauī discedunt: quod præter alia, exempla annorum 1720. 1730. 1732. 1750. 1754 docent.

\*) Zal. Epist. T. I. p. 234. Hist. Pruss. VIII. 68.

\*\*) Zal. Epist. T. I. p. 408. 449.

### §. LIII.

Alter, quo infructuosa redduntur, comitia, modus est, quando illorum tempus, in Nuntiorum conclauī sine vllō Republicæ fructu absumtum, Nuntii proferri nolunt: qualia comitia sine §. 45. citantur. Tum vero Nuntii cum Mareschalco suo Regem non adeunt, vt vale dicant, sed ex conclauī suo dilabuntur, Mareschalco binis verbis periisse tempus significante. Anno 1735 sex hebdomadam spatio ante Mareschalci electionem absumto, Mareschalculus confœderationis cum Nuntiis Senatū repetebat; vbi manente confœderatione, ac comitiis in magnum consilium versis, dignitates conferebantur, & dictis sententiis, ea quæ ex publica vtilitate constituebantur. Facile autem potest tempus comitiorum sine fructu perire, vbi aliena inducuntur; vbi de priuatis quasi de publicis disceptatur; vbi aliæ ex aliis mouentur controuersiæ; vbi modo sistitur, modo redditur *actiuitas*; ac his dies vsque ad vltimum teruntur. Quando siue per intercessionem, siue tempore frustra transacto, comitia fiunt irrita, in templum, vt canatur. *Te Deum*

*Deum laudamus*, non itur, quia *hymnus* ille solis finitis comitiis seruatur. Anno 1701 comitia Ordinum consensu sublata, cum antea in alia consensissent \*).

\*) Hist. Pruss. IX. 102.

§. LIV.

Quamuis nullæ possunt leges ferri, nisi comitiis absolutis, nostra tamen ætas dedit constitutiones comitorum non finitorum. Annis enim 1712. 1718 & 1724 placuit Ordinibus comitia interpellare, & eadem alio tempore continuare, constitutionibus non minus probatis, ac si comitia tota peracta fuissent \*). Ratio huius instituti, insoliti & plane noui erat, quod Ordines, cum omnia absoluere non poterant, & tamen cunctis infectis discedere nolabant, non incongruens crederent, vna comitia in duas partes scindere, & singulis partibus eandem auctoritatem tribuere, quam habent integra. Igitur memorata comitia non finita, neque osculum regis manus, neque in templo solennis *hymnus* excipiebat, sed vtrumque in proximum tempus, quando comitiis imponeretur finis, differebatur; quod pariter de conuentibus relationum, qui alias comitia sequuntur, dicendum. Quæ citatorum annorum comitia exceperunt, poterant priorum posteriores partes appellari, illisque nomen comitorum ex *limitatione* seu prorogatione inde-

indēbatur. Anno 1712 constitutione decretum, ut ad continuanda comitia Ordines ultimo Decembris die adessent; an. 1718 Regi permissum, comitia ex prorogatione autumnū sequentis anni repetere, quibus Rex diem tricesimum Decembris statuit; anno autem 1724 Ordinibus placuit, comitia Varsavię cępta, Grodnę continuari, tempore Regis arbitrio relicto \*\*): qui diem vicesimam octavam Septembris a. 1726 edixit.

\*) Constit. an. 1712. 1718. 1724. tit. Odłożenie Seymu. (VI. 223. 395. 398.)

\*\*\*) Constit. eorum annorum tit. cit.

### §. LV.

Comitia ex prorogatione, nulli præcedebant in palatinatibus conventus, nisi in illis, ubi convenibus raptis Nuntii eligi non poterant, in cæteris ideo novis conventibus opus non erat, quod comitia iam cępta, iisdem Nuntiis & Mareschalco eodem continuari debebant. Quare in prorogatis a. 1726 comitiis ex nonnullis terris Nuntii aderant, ex quibus, cum a. 1724 comitia inchoarentur, nulli fuerant. Et poterant Ordines an. 1712 sine regiis litteris confluere, quod diem, quo in consultationibus pergendum, constitutio continebat, sed a. 1719 & 1726 convocari debebant, quia dies antea ignoratus a Rege edicebatur. Illo autem die, quo inchoanda comitiorum

tiorum continuatio, sola *missa*, non concio, vt alias, habebatur, post quam se Nuntii cum Marechalco in suum conclaue conferebant, ex quo in Senatum venientes, Regem salutabant, ac in suum conclaue regressi, de iis quæ in illud vsque tempus dilata, consultabant, eo quidem modo, quo in conclau Nuntiorum consultari antea docuimus. Quod tamen ad sacram concionem, illam in prorogatis an. 1726 Grodnam comitiis, a Wlodzimiro, Vlnensi Canonico habitam legimus. Nec in cæteris, quæ hanc consultationem sequebantur, comitiis ex prorogatione diuersi quid habebant a comitiis reliquis, suntque ex tribus, quæ nostra ætate celebrata, priora duo rupta, sola tertia finita: vt vnorum comitiorum, anno 1724 cæptorum & an. 1726 absolutorum, duplices legantur constitutiones, ac anni 1712 & 1718 dimidiorum comitiorum leges exhibeant. Tempus quousque durare deberent comitia prorogata, lege definitum non erat: inde in comitiis a. 1726 orabant Regem Nuntii, vt comitia certo spatio circumscriberet, & Rex quatuor hebdomades, a die quo comitia repetita essent, numerandas, constituebat: postea ad novas Nuntiorum preces duæ aliæ hebdomades a Rege adiectæ sunt. Sed possunt eiusmodi comitia ex prorogatione continuata, iam inter abrogata referri, quia an. 1726 lex ea in posterum haberi plane vetuit \*), quæ a.

1724

1724 semel adhuc & alias nunquam permittebantur \*\*).

\*) Constit. a. 1726. p. 3. tit. Securitas seymow. (VI. 404.)

\*\*\*) Constit. a. 1724. tit. Odłożeniu seymu. (VI. 398.)

§. LVI.

Duo, quæ de comitiis notanda, supersunt: haberi ea apertis cum Senatorii tum Nuntiorum conclavis foribus, ac aditu arceri neminem, nisi quod per nouellam legem Marschalci electio, & inquisitio in Nuntios, qui quod non legitimi, incusantur, semotis arbitris fieri debeant \*); alterum est, quod omnia polona lingua agantur, cuius gnarum esse oportet, qui quæ agantur, intelligere velit.

\*) Konfed. gener. an. 1764, p. 27. tit. O porządku.

CAP. III.

De Conuentibus post comitia.

§. I. *Conuentus post comitia cur relationum dicantur. Horum vetustas. Dies illis olim a Nuntiis in constitutionibus statuebatur. Iam Regis arbitrio permittitur. Ruptis comitiis, Rex conuentus ex Senatorum consilio indicebat. Quomodo Nobilitas ad conuentus*



*tus vocata, si dies in comitiis constitutus.*  
 §. II. *Quibus locis habeantur & quid in illis agatur. Lecti olim in his conuentibus tributorum exactores. Non posse in iis irrita reddi, quæ in comitiis decreta. Inducuntur conuentus relationum etiam illis palatinatibus & terris, ex quibus Nuntii comitiis non interfuerunt, ut probentur quæ in comitiis sancita.* §. III. *Conuentus in Prussia post comitia generalis, huiusque a conuentibus relationum diuersitas. Quæ in illo fiant.* §. IV. *Conuentus deputationum æconomici & ad creando dignitarios & officiales singularum terrarum.*

## §. I.

**V**t comitia conuentus in palatinatibus & terris præcedunt, ita & sequuntur, appellanturque *relationum*, quia Nuntii, quid in comitiis actum, nobilitati referunt. Iam annus 1472 tributi ex comitiis ad maioris minorisque Poloniæ conuentus remissi, exemplum in memorat \*). Diem his conuentibus Nuntii in comitiis, quique suo palatinatui aut terræ, nec omnes eundem, sed alii alium statuere solebant, ac declarationi tributorum iungere \*\*), eundem seorsum in constitutionibus significantes, si nulla sciscebantur tributa \*\*\*). Anno 1710 in fine constitutionum, conuentuum in Lituania dies legitur \*\*\*\*), quando in regno habendi,

habendi, silentio transmissum, & an. 1717 omnibus palatinatibus & terris in regno & Lituania, conuentus eodem die celebrandi, in constitutionibus indicebantur †); post quem annum dies horum conuentuum in constitutionibus non reperitur, sed Senatores in consilio post comitia rogati, eundem Regis arbitrio permiserunt: quo iure & olim Rex vsus si ruptis comitiis, tempus conuentuum in constitutionibus a Nuntiis statui nequiuerat. Veterem morem reduxerunt comitia coronationis an. 1764, in quibus ex desiderio præsentium Nuntiorum conuentus relationum constituti: quem Prussiarum palatinatus in generali suo conuentu boni ordinis, Regiis litteris indicendo habere debebant †): qualem tamen conuentum *boni ordinis* adhuc ignorarunt, quia celebratus nunquam. Quando Rex diem statuit, omnibus conuentibus vnum in suis litteris edicit ††): solet tamen vbi comitia irrita fuerunt, ex Senatoribus quærere, an conuentus plane indicendi, cum nihil actum quod nobilitati referendum sit. Hi vero, alias id Regis voluntati relinquentes, tum vt indicantur consulunt, si monenda de periculis nobilitas, quibus Nuntii in comitiis occurrere noluerant, quo proximis, publicæ salutis maiori cura prospiciatur. Cum vero Nuntii conuentibus diem in comitiis staterant, domum reuerfi, de suo reditu loci Palatinum aut Capitaneum iudiciale certiorerem reddebant, quo is nobilitatem, per *mini-*

*berialem* ad conuentum vocaret. Quod quidem de Lituanis, horum statutum sancit ††††), simul tamen apud Polonos viguisse videtur, Prussi semper Regijs litteris vocati sunt.

\*) Dlug. XIII. 479.

\*\*\*) Vid. Declarationes palatinatum & terrarum (Declaracye woiewodztw y ziem) in fine constitutionum.

\*\*\*\*) Constit. 1699. 1703: tit. Declaracye woiew. y ziem.

\*\*\*\*\*) Constit. a. 1710, lituan. p. 8. (VI. 216.)

†) Constit. a. 1717. p. 76. tit. Seymiki. (VI. 302.)

††) Constit. a. 1764. p. 67. 68. tit. Deklaracya.

†††) Zal. Epist. T. I. p. 240. part. 2. p. 1072. 1079. 1087. 1119.

††††) Stat. Lituan. c. III. art. 9.

## §. II.

Conuentus post comitia iisdem locis, quibus conuentus ante comitia, habentur, ac pariter illis cum Nobilitate Senatores interfunt, coram quibus, acta in comitiis a Nuntiis exponuntur, ac missæ ad palatinatus & terras constitutiones leguntur. Olim solebant in his conuentibus exactores tributorum ex nobilibus creari, quod ab anno 1717 fieri desit, quo decreta in milites tributa, alio modo conferri & recipi placuit, ac ex illo tempore alia tributa ab Ordinibus constituta non fuerunt. Id potissimum de his conuentibus notandum, non fas esse in iis mutare aut tollere, quæ in comitiis sancita. Inde res pessimi exempli habita, cum an. 1590 maiores Poloni in suo conuentu,

conuentu, tributa quæ in comitiis decreta, irrita declararent \*): eo quamuis effectu, vt in sequentibus comitiis, tum tributa, tum alia in prioribus, ob bellum quod metuebatur turcicum, sancita, abrogarentur \*\*). Contra habent palatinatus & terræ, ex quibus Nuntii in comitia profecti non sunt, facultatem, suo assensu probandi, quæ ipsis absentibus in comitiis constituta sunt, quoniam & illis a Rege conuentus relationum indicuntur, quorum nomine Nuntii comitiis non interfuerunt.

\*) Heidenst. p. 290. Piafec. p. 81.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 618. tit. Zniczlenie. (II, 1377.)

### §. III.

Celebrant etiam Prussi post comitia conuentum generalem, sed alio modo quam suos Poloni & Lituani, ac eodem, quo conuentum suum, qui comitia præcedit. Inde ante eum conuentus palatinatum & terrarum habentur, quem generalis excipit, a Rege indictus, non vt de actis in comitiis referatur, sed vt decernantur, quæ in comitiis decerni non poterant: vt ex hac causa ipsum relationis nomen Prussi auersentur, quo conuentus suos post comitia appellari nolunt. Hoc enim eorum iuribus consentaneum, nihil statuere nisi in generali prouinciæ conuentu, ac tributa a Polonis & Lituanis in comitiis probata, a Prussis ad suum conuentum remitti, vt Ordines consultant, nun quid omnino, &

quantum in publicas necessitates conferendum sit. Hinc in eiusmodi conuentu, de nouis tributis tanquam de re integra agebatur, & priorum rationes excutiebantur. Nec minus ad normam legum reuocabatur, si quid, quod his aduersum, in comitiis contra Prussos decretum, ac per publicum scitum irritum declarabatur, tum alia omnia, quæ ex vsu provinciarum, ac moram non ferrent, sanciebantur \*). Hæc in conuentibus post comitia a Prussis fieri solebant, qui toto hoc, quod currit, sæculo peracti non sunt. Saluis ergo suis legibus, Prussi ad ea obligari nequeunt, quæ in se sine suo consensu in comitiis sancita sunt.

\*) Hod. Reip. prut. facies §. 54. Ius pub. Pruss. Polonæ §. 72.

#### §. IV.

Præter conuentus comitia aut præcedentes aut sequentes, Nobilitas alios celebrat, quos Rex non indicit, sed qui tum legibus, tum consuetudine nituntur. In horum numero sunt, conuentus *deputationum* ad nominandos iudices tribunalitios; conuentus œconomici (Gospodarskie) ubi quæ ad usum palatinatus aut terræ cuiusuis domesticum, constituentur, simul delegati ad tribunal Radomienſe creabantur, cum tribunal illud vigeret; & conuentus illi, in quibus *dignitarii & officiales* singularum terrarum seu terrestres, aut illorum candidati, ex quibus Rex, vnum nominet, eliguntur.

CAP.

## CAP. IV.

## De Senatus consiliis.

§. I. *Senatus consilia post comitia non ita necessaria, ut non possint omitti. Tempus quod comitia & Senatus consilium intercedit. Senatus consilium post comitia longius dilatatum. Ea de quibus deliberandum, antea cum Senatoribus communicantur, & in ipso consilio a Cancellario voce repetuntur. De quibus in consilio agendum. Comitibus irritis, expenditur num alia extra ordinem indicenda.* §. II. *Tempus quod censendo insumitur. Absentes Senatores scriptam mittunt sententiam, quæ legitur. Decreta ex plurimorum sententia.* §. III. *Præter ea, quæ comitia excipiunt, alia cum Senatoribus consilia instituuntur. Senatus consilia hebdomadalia.*

## §. I.

**A**ntequam Senatores post comitia discedunt, Rex cum illis consilium agit, quod tamen ita necessarium haud est, ut non omitti possit, si Rex non habeat, de quibus Senatores consulat, dederuntque, ne altius repetamus, anni 1736. 1740. 1746 & 1754 exempla, quibus comitia Senatus consilium non exceptit. Tempus, quod comitia & senatus consilium intercedit, est paucorum dierum, quorum nume-

rus incertus, quia leges nullum præcipiunt: ac erat res sine exemplo, cum comitia an. 1738 Nouembri irrita, senatus consilium decemum Aprili mense sequentis anni sequeretur, Regis valetudine minus commoda, tum aliis hanc moram adferentibus. Inter comitia post Regis inaugurationem a. 1764 & Senatus consilium dies viginti transferunt. Ea de quibus deliberandum, ex cancellaria ad ædes seu hospitia Senatorum mittuntur, vt expensis secum singulis, parati ad censendum veniant. Vbi dicto die adsunt, Rege in solio præsidente, Cancellarius voce repetit, quæ iam scripto cum illis communicata, suntque eius conditionis, vt auctoritate Senatorum constitui queant: quæ enim consensu Ordinum in comitiis discernenda, de iis ad Senatus consilia referre haud licet \*); & cum a. 1670 ruptis comitiis, de iis referretur, id contra leges fieri, notabatur \*\*). Solent ergo Senatores consuli, de indicendis relationum conuentibus; de modis quibus in comitiis decreta efficiantur; de legatis in rebus momenti leuioris ad externos mittendis; de sumptibus in legationes; de colenda cum exteris amicitia; de instaurandis tuendisque ædificiis publicis, ac aliis eius generis, quæ nihil noui Reipublicæ imponunt, aut illis quæ ab Ordinibus olim sancita aduersantur. Comitii irritis, Rex ante omnia cum Senatoribus expendit, num extra ordinem indicenda alia, an tempus ordinariorum expectandum,

ac

ac in quantum fas est, publicæ salutis & tranquillitati prouidet.

\*) Constitut. an. 1662. p. 3. tit. de reddenda ratione. an. 1717. p. 67. tit. Reassumptio. (IV. 830. VI. 294.)

\*\*\*) Zavad. Hist. arc. p. 130. 132. Zal. Epist. T. I. p. 238. 239.

## §. II.

Censent Senatores suo ordine, soletque dicendis sententiis triduum infumi, quod legi congruit, statim & e vestigio absoluerè consilia vetanti \*). Si qui ex Senatoribus, quibus cum ante Senatus consilium deliberanda communicata, per morbum coram adesse nequeunt, licet illis suam sententiam scriptam in confessum mittere, quam aut Referendarius, aut cancellariæ Regens legit. Cum an. 1670 præsentibus censuissent, Posnaniensis Episcopi, quem morbus domi detinebat, sententia, a minoris cancellariæ Regente recitabatur, supremi autem Regni Cancellarii, ex eadem causa absentis, ab illius familiari, posteriusque contra veterem morem fieri notatum est \*\*). Postquam Senatores censuerunt, fiunt decreta ex sententia plurimorum \*\*\*), quæ olim ipse Rex voce sua declarabat \*\*\*\*), hodie vero Regis nomine leguntur, & sub sigillo Regni aut Lituaniæ publicantur. Senatus consulta non solum polonica, sed interdum vt



1748. 1762 & alias, Latina lingua perscripta sunt. Nouissima a. 1765 polonice prodierunt.

\*) Constitut. an. 1717. p. 67. tit. Reassumptio. (VI. 294.)

\*\*) Zavad. Histor. arc. p. 134.

\*\*\*) Constit. a. 1717. l. c. Zal. Epist. T. I. p. 338.

\*\*\*\*) Zavad. Hist. arc. p. 99. 134. 235. Zal. Epist. T. I. p. 339. part. 2. p. 783. 1069.

### §. III.

Præter Senatus consilium quod comitia sequitur, cum Senatoribus ad aulam residentibus, spatio quod comitia intercedit, consilia aguntur, de quibus alibi \*) memorauimus. Interdum extra comitia, præter residentes, etiam cæteri Senatores conuocantur, vt Rex cum iis de rebus, quæ incidunt, deliberet, quod eodem modo, quo in consiliis post comitia, peragitur. Mentio eiusmodi consiliorum *lib. II. c. 12. §. 6.* a nobis facta. In comitiis a. 1729 Regi obiectum, proximum Senatus consilium, paucis Senatoribus præsentibus iisque stantibus, non dimissis vt plures adessent, litteris, habitum fuisse. Sunt alia consilia, quæ non cum solis Senatoribus, sed simul cum delegatis ex equestri ordine habentur, & quæ ad differentiam aliorum magna vocantur, quorum tractationem sequenti capiti seruaui-  
mus. Nuper novum consiliorum Senatus inductum est genus, cum Serenissimus Rex optime curari, publica quæ inciderent negotia, ac  
futuris

futuris prouideri posse ratus, si singulis hebdomadibus cum Senatoribus & huius ordinis Ministris, Varſauiz præſentibus deliberaret: quæ conſilia apte hebdomadalia dicuntur, quibusque Ipſius dies deſtinatus eſt. Primum die vndecima Octobris an. 1765 ſemotis arbitris habitum, ſolo, præter Senatores & dictos Miniſtros Secretario Regni maiore *eccleſiaſtico* admiſſo, cum ex Statuto Alexandri oſtendiſſet, Secretarium maiorem omnium ſecretorum debere eſſe arbitrum, non ad cenſendum, ſed vt quæ decernerentur perſcriberet. Neque dubitandum, abſente *eccleſiaſtico*, Secretarium maiorem ſæcularem, qui primum an. 1764 creatus, admiſſum iri, cum ambo dignitate pares ſint.

\*) Lib. II, c. 12. §. 13.

## CAP. V.

### De Confœderatione & conſilio magno, modis conſultandi extraordinariis.

§. I. *Confœderatio quid ſit. Eius varia genera.* §. II. *Quando & in quem finem ineatur. Confœderationis exempla. Modus quo iungi ſoleat. Pruffi confœderationi morem conſultandi ordinarium prætulere. Illorum tamen pars, ad confœderationem acceſſit.*

E c 5, ceſſit.

cessit. §. III. Confœderationis Mareſchal-  
 cus qui equeſtris ordinis. Exemplum Sena-  
 toris. Eius poteſtas, ſecuritas, præmia,  
 conſiliarii & notarius. §. IV. Modus con-  
 ſultandi & decernendi. Quod plurimis pla-  
 cet conſtituitur. Litteris mandantur quæ  
 ſancita, ſed inter comitiarum conſtitutiones  
 locum non habebant. Nouiſſima confœdera-  
 tio inter conſtitutiones. Titulus & ſubſcri-  
 ptiones ſancitorum. Iuſiurandum in confœ-  
 derationem. Quid Reges Michael & Augu-  
 ſtus II. iurauerint. §. V. Quouſque con-  
 fœderatio maneat. Ordinum conſenſu tolli-  
 tur, qui ea ſublata, ad ordinarium delibe-  
 randi modum redeunt. §. VI. Confœdera-  
 tionis tempore, etiam armis agitur, unde  
 belli incommoda. De non ineundis con-  
 fœderationibus, quomodo intelligenda. §.  
 VII. Quid de confœderationibus Varſavi-  
 enſi priore & Dziricoviendi ſentiendum. §.  
 VIII. Rokofz quid. Abuſi hoc vocabulo,  
 qui Regi contumaces turbas excitauerunt. §.  
 IX. Confœderationis tempore Regi cura  
 Reipublicæ commendatur, Senatoribus & no-  
 bilibus adhibendis. Inde magnum conſilium.  
 §. X. Quomodo illud habeatur. Eius de-  
 creta vt publicentur. Exemplum in magno  
 conſilio decretorum, quæ inter conſtitutiones  
 comitiales relata. Conſilium magnum aucto-  
 ritate comitiis par. Exemplum conſilii ma-  
 gni in comitia mutati, quæ alio tempore in  
 magnum

*magnum consilium versa fuerunt. §. XI. Potest consilium magnum haberi, etiam si nulla confœderatio fuerit.*

### §. I.

**C**onfœderationis vocabulum Polonis est proprium, qui illo utuntur, quando ciues se certo vinculo iungunt, vel tempore interregni, vel viuente Rege. De utroque singulari libello, cui *de confœderationibus Polonorum* titulus, egimus, in quo peritèr militaris confœderatio, a ciuium diuersa, legitur. Nec minus confœderationem interregni tempore, *lib. II. c. 3. §. 21.* exposuimus, hic quantum præsens locus fert, confœderationem, Rege regnante, describemus, confœderationis militaris mentionem facturi, quando de militia agemus.

### §. II.

Cum Rex & Respublica in magno discrimine versantur, quod Ordines in comitiis amoliri nequeunt, vel quia comitia habere impediuntur, vel quia comitiis infructuosis, futurorum non melior successus speratur, ciues scripto fœdere, pro Regis & Reipublicæ salute, animos & vires iungunt. Eiusmodi fœdera fuerunt *Tyszouecense* sub Ioanne Casimiro, *Golembiense* sub Michaële, *Sendomiriense* ac *Tarnogrodiense* imperante Augusto II.

*Varša-*

*Varsaviense* primum electo Augusto III. initum ac primis regni annis continuatum, & *Varsaviense* alterum an. 1764 finitis comitiis conuocationis decretum, quibusque nomina a locis, vbi coaluerant, imposita fuerunt. Eiusmodi fœdera leges non præcipiunt, multo minus modum ad quem constituenda docent, vt adeo ex sola priorum temporum historia cognosci debeant. Non semper præsentem Rege contrahuntur, neque vnquam vt contraherent, ciues a Rege conuocati sunt. *Tyszouecense* enim & *Tarnogrodense*, Rege extra regnum absente; *Varsaviense* prius, cum Rex nondum regnum adiisset, & posterius ante Regis electionem, *Lituaniam* exemplum præbente, scriptum; *Golembiense* & *Sandomiriense* Rege quidem præsentem, sed nobilitate non ad fœdus, verum in bellum aduersus hostes excita, quæ cum adesset, sponte vinculo se constrinxit. Non statim ac vno tempore, a toto regno & *Lituaniam* fœdus initur, sed fit initium ab vno aut pluribus palatinatibus, accedunt reliqui, qui habitis conuentibus, confœderationem probant ac in eam iurant: imo qui primi illam ineunt, exigunt vt accedant omnes, secus publici hostes habendi. Inde eiusmodi fœdus breui per totum regnum ac *Lituaniam* se diffundit, vt quod initio nonnullorum fuit, generale euadat. *Prussia* tamen suum consulendi modum, confœderationibus illis prætulit, & recepto more ea in suis conuentibus genera-

generalibus constituit, quæ Regi & patriæ suæ salutaria essent. Varſauienſem tamen nouiſſimam Pruſſorum pars minis territa amplectebatur, eligebatque ſibi Mareſchalcum confœderationis Pomeraniæ Palatinum, receptæ confœderationis auctorem præcipuum, reliquis ad exemplum maiorum recuſantibus, vt in provincia hæc alii eſſent confœderati, alii confœderatione non iuncti, habitusque conuentus generalis ante comitia *coronationis*, more veteri, ex quo ad eadem comitia miſſi Nuntii, dato iſtis nomine totius prouinciæ mandato, Pomeraniæ Palatino confœderationis Mareſchalco, abſente.

### §. III.

Dum fœdus inire placuit, eligitur ante omnia Mareſchalcus, qui conſultationibus præſideat, quod tamen in Tyſzovecenſi factum non eſt, ſed exercitus regni Ducibus præſidium mandatum, vt quoties manente fœdere conſilia haberentur, & alteruter illorum tantum adeſſet, iſ duobus ſuffragiis gauderet. Mareſchalcus ille, quamuis ſimul Senatoribus præſideat, quia totius confœderationis caput eſt, antea ex equeſtri ordine electus fuit, placuitque vt Golembienſi Notarius campeſtris Regni; Sandomiriienſi Lituaniæ Venator; Tarnogrodienſi Sudcamerarius Krzemienſenſis; & Varſauienſi priori Inſtigator Regni præponerentur. Poſterioris Varſauienſis Mareſchalcatuſ,

tus, Senatori, Principi Czartoryscio, Russiæ Palatino & generali exercitus Regni Regimentario delatus est. Mareschalci auctoritas est præcipua, cum non tantum in consiliis ea quæ Præsidis sunt exerceat, sed extra consilia ea quæ ex fœderatorum mente sunt, effici curet, ac quæ fieri debeant, edicat: qua ex causa, quantum licet, circa Regem versatur, ne consilium & opera eius desiderentur. Durat eius auctoritas quousque confœderatio, & si inter illam comitia celebrantur, sine noua electione Nuntiorum Mareschalcus est. In comitiis coronationis a. 1764 sub vinculo confœderationis habitis, alius electus, quia Mareschalcus confœderationis quod Senator erat, conclauis Nuntiorum præesse nequibat: vt in comitiis electionis, quæ pariter vigente confœderatione celebrata, more consueto Mareschalcus ex Nuntiis fuerat. Ipsum violare, grande est nefas, receptus inde a fœderatis in tutelam vt securius agat. Pro nauata opera non tantum Rex dignitatibus & bonis gratiam refert, sed etiam pecunia decernitur. Habet Mareschalcus consiliarios & Notarium, quos fœderati legunt \*).

\*) Dissertat. de confœderationibus. §. 20. 21.

#### §. IV.

Mareschalco electo deliberatur, ac ea constituantur, quæ pro tempore publice conducere

cere existimantur, estque consulentium tam ampla auctoritas ac Ordinum in comitiis, faciliusque succedunt consilia, quod cessat quæ in comitiis viget contradicendi auctoritas, ac maior sententiarum numerus ad decreta sufficit. Qua de causa, nullum confœderationis per contradictiones irritæ exemplum existere potest. Olim quæ sancita, causa & scopo confœderationis expositis, litteris mandabantur, & actis castrensibus, non tamen constitutionibus comitorum inferebantur. Sed confœderatio Litwana, quæ nouissimam Regni Varsaviensem præcessit, locum obtinuit in generali confœderatione comitorum conuocationis, inter constitutiones Lituanas, & coniunctio confœderationum Regni & Lituanæ in constitutionibus comitorum *coronationis* \*). In fronte, Ordinum, Senatorum, *Dignitariorum, Officialium terrestrium & castrensiū* ac Nobilitatis titulus legitur, & in fine, primo loco Mareschalcus, post hunc Senatores & nobiles nomina sua scribunt. Nouissimæ confœderationi Varsaviensi, quæ post finem comitorum conuocationis coaluit, Primas & Senatores qui in comitiis præsentés fuerant, tum Nuntii terrestres ac Nobiles plures, & coniunctioni vtriusque confœderationis Regni & Lituanæ in comitiis *coronationis*, ambo Mareschalci, Senatores & Nobiles subscripserunt. Iurant in confœderationem præter Senatores & Nobiles, Mareschalcus, Consiliarii, Secretarius,



tarius, & quidem ad diuersas formulas confœderationi tum insertas tum adiectas. In Tyf-fovecensi confœderatione, aliud iusiurandum Ducibus, aliud Commissariis, aliud exercitui & ciuibus scriptum. Habet Sandomiriensis cum ciuium simul Regis iusiurandum, ab ipso latinis verbis dictum, quo per Deum & sancta euangelia præter alia promisit, salua fore iura, nec se per omnem vitam regnum deserturum, aut confœderatione in imminutionem iurium ac consuetudinum vsurum, aut cum hostibus pacem seorsum sine Republica, ac cum provinciatarum iactura, compositurum. In Golembiensi confœderatione\*\*), Rex Michaël tum ad iura, tum ad veterem Reipublicæ formam tuendam, iureiurando se obstrinxit. Nouissima Varfauiensis confœderatio, duas iurandi formulas continet, pro Mareschalco alteram, alteram pro Consiliariis & Secretario simul. Lituanæ quæ præcesserat, habet præter formulam ad quam omnes sacri & ciuilibus ordinis iurent, pro Mareschalco, Consiliariis simul Secretario, Magistratibus in ciuitatibus, & publicorum cursuum Præfecto, seu postarum Magistro, singulas. Lituanam & Poloniam confœderationes, quæ mense Septembri an. 1764 in vnâ coaluerant, Rex in comitiis post suam inaugurationem constitutione approbavit\*\*\*).

\*) Konfed.

\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 27. tit. Generalna Konfed. Conttit. com. it. coron. p. 18. tit. złączenie.

\*\*) Constit. a. 1673. p. 4. tit. Diploma. Zal. Epist. T. I. p. 404 (V. 91.)

\*\*\*) Conttit. p. 16. tit. Acta interregni.

§. V.

Manet confœderatio, donec id effectum ob quod coaluit, nisi citius eam dissolui, Ordinibus placeat. Finit Golembiensis proximo anno, ex quo cœpit, cum intestina concordia restituta esset. Sandomiriensis a. 1704 contracta, vna cum Tarnogrodienſi per *Tract. Varſav.* an. 1716 tollebatur \*). Tyſzovecenſis confœderatio, sine an. 1655 conflata, desit cum post Regis in regnum reditum, hoste intra Prussiam compulso, a. 1658 more ordinario consilia haberentur. Varſaviensi autem a. 1733 cœptæ comitia an. 1736 imposuerunt \*\*). Contra Varſaviensis confœderatio posterior, quæ interregno cœperat, post Regis inaugurationem haneque secuta comitia continuabatur, quia nondum omnia ob quæ inita, confecta credebantur. Sublata confœderatione, statim ordinarius consuliandi modus redit. Quare in proximis comitiis non ex omnium sed plurimorum consensu decernebatur, confœderatione adhuc manente.

\*) Constitut. an. 1717. p. 15. 42. tit. (VI. 243-266.)

Tom. II.

F f

\*\*) Const.

\*\*\*) Constit. a. 1736. ipso initio. (VI. 573.)

§. VI.

Quia vero in confœderatione, non solis consiliis, sed pariter armis res agitur, quæ in hostem, aut externum aut domesticum, aut utrumque expediuntur, mirum non est, ea tum fieri quæ turbarum tempore solent, cædes, populationes, prædationes, alia, quæ bellius excular. Ideo boni ciues non facile confœderationis necessitatem optabunt, neque sine hac necessitate confœderationem amplectentur, si publica salus ordinario consulendi modo curari potest. Hæc est mens legis, quæ dum an. 1716 Tarnogrodiensem tollit, aliam in posterum confœderationem fieri vetat \*): neque secuta fuisset a. 1733 Varsaviensis, nisi salus publica, quæ lex suprema habetur, iussisset. Eadem ratio pro Varsaviensi posteriore allegata est.

\*) Constitut. an. 1717. p. 15. §. Dla czego. (VI. 244.)

§. VII.

In numerum expositarum confœderationum non referendæ, *Varsaviensis* antiquior sub Augusto II. Rege Sueciæ Carolo XII. incitante, & *Dzicoviensis* Augusto III. regnante institutæ. Fuerunt enim paucorum, contra Regem & Rempublicam, pro hostibus, tum  
externis

externis tum domesticis. Et Varfauienſem illam ſtatim Sandomiriens, & poſtea lex a. 1710 \*) damnarunt; Dziouiens in comitiis a. 1736 æternæ obliuioni mandata eſt.

\*) Conſtit. a. 1710. tit. Vbeſpieczenie p. 3. Vid. Diſſertat. de Conſederationibus §. 37. & ſeq. (VI. 138.)

### §. VIII.

Neque conſociationes, quibus vocabulum *Rokofz* inditum, ad fœdera pro Rege & Republica referri debent. Definitur enim *Rokofz*, quod ſit Nobilitatis coniunctio aduerſus Regem & Senatum, pro tuendis iuribus, qualem in Polonia nunquam fuiſſe alibi oſtendimus \*): quamuis ſemel ac iterum turbas ab aliquot Senatoribus & Nobilitatis modica parte, aduerſus Regem, iurium tutela obtentui ſumta, excitatas, illasque *Rokofzii* nomine inſignitas fuiſſe, non diſſitemur, quibus immorari inſtituti noſtri non eſt, cum illis non in publico iure, ſed inter ea, quæ contra publicum ius fiunt, locus debeat.

\*) Diſſert. de conſœderat. §. 31. f.

### §. IX.

Quoniam fœderati, conſtituti quæ in præſens vtilia, diſcedunt, futurorum cura Regi permittitur, vt illis, etiam extra comitia, Senatorum & Nobilitatis conſilio prouideat. In

Tyſzovecenſi confœderatione, quia Rex extra regnum aberat, exercitus Ducibus mandabatur, vt cum Senatoribus & nobilibus ſingulorum palatinatum ſingulis, Reipublicæ conſulerent. Fœderati ad Golembium, conſilium haberi a Rege voluerunt, cui cum Senatoribus nobiles, quique in conuentibus palatinatum & terrarum a Rege indicendis eligendi, intereſſent. Eiuſmodi conſiliũ, ad differentiam eorum, quæ cum ſolis Senatoribus habentur, magnum vocatur, cui vt & conuentibus minoribus iidem Golembienſes fœderati diem ſtaſuebant, vt tamen Rex illum ſuis litteris ediceret, ac ea de quibus deliberandum publicaret \*).

\*) Zal. Epist. T. I. p. 410.

### §. X.

Tempore Golembienſis confœderationis, vnum tantum fuit magnum conſilium, idque in comitia verſum: quod Sandomiriænſi & Varſauienſi vigentibus aliquoties celebratum, Rege illud ad certum diem cum minoribus conuentibus indicente. Poſtquam conſilium ſermone Mareſchalcus confœderationis orſus, exponebat Cancellarius de quibus conſultandum, dictisque a Senatoribus ſententiis, cenſebant Mareſchalcus & qui nobilitatis nomine aderant, idque quod plurimis viſum, decernebatur, ac decreta ſub ſigillo, pro diuerſitate terra-

terrarum, vel regni vel Lituaniz, ad palatinatus dimittebantur. Non tamen hæc decreta, inter comitiarum constitutiones locum habent, præter sola consilii magni a. 1710 quæ constitutionibus annumerata, vt constitutiones citantur, in hoc solo a constitutionibus diuersa, quod eorum nomina, quibus præsentibus consilium habitum, adscripta leguntur. Cæterum possunt consilia illa magna, comitia nupus solennia dici, quia us auctoritate decernendi paria habentur: & iam confœderatio Tyzovecensis eiusmodi potestatem consiliis largiebatur, quorum ratio a consulturis soli Deo reddenda esset \*). Vt vero ante finem Golembiensis confœderationis consilium magnum in comitia versum, ita vigente priore Varfauensi, a. 1735 comitia quæ terminare confœderationem, debebant, in magnum consilium mutabantur, vt comitiis irritis & confœderatione manente, extraordinario hoc modo decerneretur, quod ex usu Reipublicæ esset. Sub nouissima Varfauensi confœderatione, interregno inita, non consilium magnum, sed electionis & inaugurationis comitia habita, Nuntiorum Marschalco in singulis electo.

\*) Zal. Epist. T. III p. 769. 770.

#### §. XI.

Potest etiam, quando nulla est confœderatio, auctoritate comitiarum, magnum consi-

lium haberi, nominatique in comitiis a. 1678 ex Senatu & Equestri ordine, quibuscum Rex deliberaret. Quod mense Ianuario anni 1680 Varſaviæ factum, ea quidem facultate, ac ſi Ordines in comitiis adessent \*). Nihil tamen conſtitutum, & ſequentibus comitiis an. 1681 a nonnullis monitum, ne eiusmodi conſilia magna in poſterum haberentur.

\*) Conſtit. a. 1678. p. 6. tit. Deputaci. Za-  
lus. Epist. T. I. p. 707. (V. 551.)

## CAP. VI.

### De Iuribus quæ Rex vna cum Ordinibus exercet.

§. I. *Non ſolus Rex potiora in Polonia iura exercet. Ordines in communionem recepti. Quæ huius communionis occaſio, & qua ratione arctior, evaſerit.* §. II. *Iura quæ vna cum Ordinibus Rex exerceat, enumerantur.*

#### §. I.

**P**ertractatis, quæ ad Ordines & conſultandi modos, iam exponenda ſunt, de quibus Rex cum Ordinibus deliberet & conſtituat. Si Rex omnia iura Principis ſolus exerceret, alio loco de iis egiſſemus, neque expectandum fuiſſet, donec Ordines deſcripti; imò non eſſent

sent Ordines, si Rex solus Rempublicam moderaretur. Cum vero is in Polonia vigeat mos, vt Rex præcipua ad Ordines referat, ac illorum consensu peragantur, sunt Ipsi cum Ordinibus communia iura. Olim quidem aliter se res habuit, solo Principe omnium arbitro, sed venerunt in societatem Ordines, & quo archius in iurium exercitio iuncti, eo minor Regis reddita potestas. Initium & progressum huius mutationis *lib. II. c. 1. §. 2.* ostendimus, ac iura quæ soli Regi adhuc supersunt, *eiusdem libri c. 11. §. 12.* describuntur.

## §. II.

Ordinum igitur consensu, Rex bellum indicit ac propulsat; militem scribit; pacem componit; fœdera sancit; legatos in rebus grauioris momenti ad externos mittit; tributa imperat; rem monetalem ordinat; leges fert; iudicia instituit; ac ex religionis diuersitate controuersias dirimit. Hæc sunt, quæ Rex adhibitis Ordinibus ex illorum sententia peragit, & quæ sigillatim ad mentem legum explanabimus, exempla quibus leges illustrantur, non omiffuri.

## CAP. VII.

### De bello.

§. I. *Antiquis temporibus Princeps suo arbitrio*

F f 4

trio



tyrio bellum decernebat. Prima lex, quae illam potestatem restrinxit. Ex quo tempore in minoribus conventibus & comitiis de bello deliberatum. Belli a solis Lituaniis gesti exemplum, quia Poloni non consenserant. Bellum & generalis nobilitatis expeditio, non nisi in comitiis decernenda. Hinc bellum Ordinum consensu indici debet, in quo leges priores, pacta conuenta Regum sequuntur. Cæptum sub priore Rege bellum, a successore continuatum. Fœdus bellicum in comitiis initum, ac consensus Ordinum ad bellum continuandum repetitus. §. II. Bellum cum copiis Saxonibus ex Senatus consilio Suecis illatum. Eorum in Regem iniquitas, qui belli auctores fuerant. Pace frustra oblata, bellum ex Senatus consilio cæptum, omnium Ordinum decreto continuatum. Ne bellum inconsulta tota Republica inchoetur, cui ut attendant Cancellariis commendatur. §. III. De bello propulsando. Hostium progressus, Polonis in bellum minus paratis. Importunitas hostis, ut crimen obiiicientis, quod Regem niles, & possessiones suas ciues tuerentur. §. IV. Bello decreto, consilium bellicum. Ex quibus legatur. Consilii auctoritas. Omnes Senatores ad consilium admissi. §. V. Ne exteris in bellum auxilia mittantur. Quid Stephanus hanc in rem sponderit. Missa a Sigismundo III. & Vladislao IV. auxilia

ac

*ac reuocata. Mitti eadē, Ordinibus non consentientibus, pacta conuenta vetant. Leges & poenae in eos, qui apud exteras stipendia merent. Missa auxilia ex fœdere, ac Rex cum integro exercitu in subsidium profectus.*

## §. I.

**B**ella gesserunt Poloni omni tempore, quae modo inferebant, modo propulsabant, ut ex finitimis nulla gens, quae illorum armis intacta fuerit. Solus Princeps bella decernebat, cuius in hoc potestatem primum lex an. 1454 restrinxit, consulendam prius in conuentibus terrarum nobilitatem praecipiens, antequam in bellum euocetur: quae a. 1496 repetebatur \*). Illis enim temporibus, bella sine generali Nobilitatis expeditione geri non solebant, quam cum antea vltro ad bellum exiissent Reges, iam conuentus terrarum praecedere debebant, ut prius de necessitate consilia conferrentur. Hinc factum, ut tum in conuentibus terrarum, tum in comitiis, quo conuentus sequebantur, de bello ageretur: quod regna Sigismundi I. & Sigismundi Augusti, docent, cui cum solis Lituani pro Lituani bellum aduersus Moscos suscipiendum erat, quia Poloni in illud non consenserunt. Post Sigismundi Augusti mortem & Henrici electionem, bellum & generalis nobilitatis expeditio, ad omnium Ordinum in comitiis consen-

sum noua lege referebantur \*\*): cui obtemperaturus Stephanus, ob bellum in Moscos comitia an. 1578 indicebat \*\*\*). Sigismundus III. anno 1601 impetrabat Ordinum in bellum Suecicum censensum, in quo proximo anno frustra laborauerat \*\*\*\*): qui memor legum, a. 1611 fatebatur, sibi sine consensu Ordinum omnium non licere, vicinis bella inferre †). In eundem sensum etiam posteriores leges ††) loquuntur, & ipsi Regis a Vladislao IV. in suis pactis, se eiusmodi bella sine scitu & consensu Reipublicæ non suscepturos, promiserunt †††), vocantque Augusti III. pacta plenam Reipublicam, qua conscia bella sint inchoanda ††††); Ioannis III. vero nullam inferendi belli mentionem faciunt: quo regnum capeffente, bellum Turcicum feruebat, quod ipsi ex superiore Ordinum decreto continuandum erat. Cum, eo regnante, post annos aliquot, aduersus Turcos novum bellum suscipiendum esset, res in comitiis a. 1683 agitata, & fœdus bellicum cum Cæsare, delegatis ad id Regis & Reipublicæ nomine ex Senatorio ac equestri Ordine, sancitum est \*†), cuius belli continuatio a. 1685 & 1690 constitutionibus declarabatur \*\*†). Antea, nempe a. 1679 Rex in comitiis de bello Turcis inferendo frustra egerat \*\*\*†).

\*) Lasc. Stat. f. 95. p. 2, f. 105. p. 1. Herb. Stat. tit. bellum p. 24.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 254. 275. §. O'woynie. (II. 898. 918.)

\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 342. tit. Vniuersał po-  
borowy. (II. 980.)

\*\*\*\*) Piafec, Chr. p. 187. 192.

†) Const. a. 1611. tit. Poparcie p. 2. (III. 1.)

††) Constit. an. 1613. p. 1. tit. O podnoszeniu  
woien. an. 1638. p. 7. tit. O supplementách.  
(III. 163. 929.)

†††) P. C. Vladislai IV. Ioannis Casimiri,  
Michaelis, Augusti II. §. Woysk cudzo-  
ziemskich. Stanislai Augusti §. Woysk.

††††) P. C. Augusti III. §. Avulsorum recupe-  
rationem.

\*†) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 804. 805.

\*\*†) Constit. a. 1685. p. 3. an. 1690. p. 4.  
tit. Poparcie woyny. (V. 707. 763.)

\*\*\*†) Hist. Pruss. VIII. 179.

## §. II.

Turcico hoc bello finito contigit, ut Augu-  
stus II. primis regiminis sui annis, ex Senato-  
rum consilio, ea quæ contra pacem Oliuen-  
sem a Suecis acta, exercitu Saxonico in Livo-  
niam immisso vlcisceretur, quod bellum, cum  
minus ex sententia succederet, in magnam in-  
vidiam adductum est, ac si Rex illud contra  
leges & pacta conuenta intulisset, qui Senato-  
rum consilium secutus, pactorum religione de  
avulsis recuperandis, arma mouerat \*). Id  
grande erat nefas, quod iidem qui consulendo  
belli auctores fuerant, Principem argue-  
rent,

rent, quasi culpam admisisset, quod externus & polonicarum legum non doctus, eorum sententiam secutus erat, qui in patriis iuribus consenuerant. Tuija optimi Regis innocentiam Respublica, offerebat honestam pacem nec hosti indecoram, qui cum nisi polono nomine indignissimam dare vellet, bellum in ipsum in magno consilio Mariaeburgensi ac in comitiis Lublinsibus a. 1703 decretum\*\*), vt quod ex Senatus consilio coeperat, iam omnium Ordinum consensu continuaretur: Rege vicissim spondente, se in posterum nullum bellum inconsulta tota Republica inchoaturum\*\*\*); quod ab illo in consilio magno Varsauiensi a. 1710 repetitum, addito, se nullo colore aut prætectu aduersus hanc suam declarationem vsurum esse †): cui vt diligenter attenderent, Cancellariis in *Tractat. Varsav. a. 1716.* iniungebatur ††): Augustus III. *plenam Rempublicam* in pactis suis vocat, vt proximus §. docet, quam *Pars* olim totam appellauerat.

\*) Zal. Epist. T. III. p. 67. 396. Commentar. de vlt. motib. Pol. p. 8. 9.

\*\*) Comment. de vlt. mot. Pol. p. 28. Constitut. an. 1703. p. 6. tit. Obrona. (VI. 91.)

\*\*\*) Constit. a. 1703. p. 6. tit. Diploma. (VI. 90.)

†) Popar. gener. Sandom. Konfed. a. 1710. p. 7. tit. Diploma regium. (VI. 143.)

††) Constit. an. 1717. p. 10. §. Niemiocy. (VI.

## §. III.

Si autem ex improviso Polonis bellum inferretur, antequam de propulsando in comitiis deliberari potnerit, Rex Senatoribus consultis, ea quæ sunt in promptu, in defensionem adhibet. \*) , ac Ordines de periculo edocens, comitia indicit, ut constituentur eorum consensu, quibus hostis reprimi queat. Ioannis Casimiri tempore, Mosci, Sueci, Transilvani; & regnante Michaelæ, Turci Poloniam bello aggrediebantur, cum nondum Ordines prouidissent, quæ defensionis vsui essent. Inde hostibus non poterat resisti, nisi cum illis copiis, quæ olim paratæ & resistendo imparæ erant. Idem nostra ætate accidit, cum Sueci in Lituaniam Poloniamque se infunderent, Republica ab iis, quæ necessaria defensionis, imparata, imo pacis studium profitente: & cum exercitus qui in promptu, Regem suum in aciem sequeretur, ac priuati contracta manu possessiones suas defenderent, id graue crimen ab hoste habitum, non nisi sanctissimo iurisiurandi vinculo rupto, desertoque Rege suo expiandum. Sed Deus causæ nostræ victæ & prostratæ adfuit.

\*) Constitut. an. 1611. p. 2. tit. Poparcie woyny. a. 1613. p. 1. tit. O podnoszeniu woien. (III, 1. 163.)

## §. IV.

## §. IV.

Decreto in comitiis bello, constituitur consilium bellicum, nominatque Rex ex Senatu & equestri ordine, quibuscum præter Senatores residentes & exercituum Duces deliberet, quorumque ea est potestas, ut constituentur quæ bello utilia, tributis tamen exceptis ac aliis quæ Reipublicæ oneri, aut veteribus iuribus aduersa sint. Qui equestri ordinis, iureiurando ad certam formulam obstringuntur, quæ a. 1590 scripta, etiam posterioribus temporibus se approbavit: nec minus potestas, quæ dicto anno 1590 bellicis his consiliariis data, in exemplum abiit \*). In comitiis Lublinsibus an. 1703 omnibus Senatoribus locus in bellico consilio datus, quicumque adesse potuerint \*\*).

\*) Vol. Constit. p. 563. tit. Deputáci. Constit. a. 1620. p. 1. tit. Deputáci. p. 2. tit. Z Koła. a. 1634. p. 3. tit. Commissarze. a. 1673. p. 12. tit. Deputáci. a. 1676. p. 20. tit. Deputáci. a. 1690. p. 12. tit. Deputáci. (II. 319. III. 363. 832. V. 101. 351. VI. 772.)

\*\*\*) Constit. a. 1703, p. 14. 15. tit. Deputáci. (VI. 101. 102.)

## §. V.

Est bello confine, quando exteris in illorum

rum hostes auxilia mittuntur, quod aliis subueniendo, facile regnum bello aut aliis molestiis inuolui queat. Hoc cum olim Regi liceret, promisit Stephanus in suis pactis, se militem stipendiarium extra regnum insciis Ordinibus non missurum \*). Sigismundus III. qui nihil tale pollicitus, Cæsari Ferdinando II. aduersus Transiluanos, Hungaros, Bohemos & Germanos auxiliis subuenit \*\*): quod Ordines non parum offendit, cum illa auxilia Turcos in bellum concitasse dicerentur, & ex eadem causa periculum ex Germania metueretur. Inde a. 1624 perduelles declarati, qui exteris militaturi aut si militent, intra certum tempus in patriam non reuersuri essent \*\*\*). Est lex recentior, in merentes apud externos stipendia, infamiam & bonorum confiscationem decernens, nisi trium mensium spatio patriam suam repetant †). Filius Sigismundi III. Vladislaus IV. ad Stephani exemplum in pactis suis spondit, se inscia & non consentiente Republica, militem extra fines non ducturum, aut ut ab alio ducatur permissurum: quod Reges successores, quisque in suis pactis, confirmarunt ††). Passus tamen idem Vladislaus IV. ut Cæsari aduersus Regem Galliarum sex millia equitum armaturæ leuioris militarent, qui, Senatoribus id non ferentibus, breui reuocabantur, erantque ad reditum promptiores, quod stipendia non soluerentur ††). Alia erat ratio auxiliorum, a Ioanne Casimiro Regi Daniæ aduer-



aduersus Suecos a. 1658 inissorum: erant enim missa contra communem hostem, ex fœdere cum Rege Daniæ sancito, ac ab Ordinibus probato \*†). Idem dicendum cum Ioannes III. ipse integrum exercitum ad liberandam obsidione Viennam duceret: quod fœdus cum Cæsare Leopoldo Ordinum consensu a. 1683 ictum, vtriusque exercitus coniunctionem exigebat, si vel Vienna vel Cracouia obsideretur \*\*†).

\*) Vol. Constit. p. 252. (II. 896.)

\*\*\*) Piafec. Chr. p. 323 326. 329.

\*\*\*†) Piafec. p. 368. 369. Constit. a. 1624. p. 4. 5. tit. Połtánowiemie. (III. 463.)

†) Constit. an. 1676. p. 28. tit. O swawolnych. (V. 362.)

††) P. C. Vladislai IV. & Successorum. §. Woysk cudzoziemskich. Augusti III. §. Woysk żadnych. Stanisłai Augusti §. Woysk.

†††) Piafec. p. 488.

\*†) Kochov. Annal. Clim. II. p. 319. Vid. sup. Lib. I. c. 5. § 6.

\*\*†) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 807.

## CAP. VIII.

### De Militia.

§. I. *Milites Ordinum consensu legendi, quod iam Sigismundi I. tempore, usu receptum erat. Leges de militibus comitali decreto scribendis, idque pacta conuenta Regum fieri præcipiunt. Scripti milites ex Senatus consilio,*

confilio, quod in comitiis probatum. Milites ne Senatorum auctoritate, sed omnium Ordinum consensu scribantur. Regi augendi exercitus facultas in comitiis concessa.

§. II. Miles sine Ordinum consensu scriptus dimitti debuit, veteri Ordinum iure noua lege firmato. Propter domesticos motus miles a Rege conductus, quod in posterum pacta conuenta vetant. Hostes patriæ habendi, qui Republica ignara militem scripturi.

§. III. Inde de augendo militum numero in comitiis agitur. Noua exercituum ordinatio extra comitia, in comitiis probata. De augendo milite, eiusque disciplina in comitiis actum iri, Rex in pactis promittit. Colloquium eum in finem inter Senatores & nobiles extra comitia habendum, idque sine fructu habitum. Ut auquantur exercitus, Ordines in comitiis frustra moniti sunt.

§. IV. Quod antiquis temporibus stipendiarius perpetuusque miles non fuerit. Quomodo & quibus copiis tum in hostem itum. Generalis nobilitatis expeditio antiquæ militiæ imago. §. V. Auxilia ab exteris acta. Militis stipendiarii origo. Potius apud exteros quam domi, stipendiarii conducendi. Postea maior popularium quam exterorum numerus. Decreta in mercenarium militem pecunia, ne Nobilitas exciretur.

Militis stipendiarii Sigismundo I. regnante ordinatio. §. VI. Quo tempore

miles stipendiarius cœperit esse perpetuus. *Milites curienses.* Perpetuus miles in Lithuania, ad cuius exemplum pariter in Polonia institutus, ac quartanus appellatus. Leges recentiores, ne quartanorum militum numerus sine Reipublicæ consensu augeatur.

§. VII. Præter quartanos etiam alii milites scripti. *Milites in equites & pedites diuisi.* Equestris militia honoratior. Germani & Hungari in pedestrem lecti. *Pedites iugerales.* Pro quibus pecunia præstanda, ut milites scribantur. Lex, de hoc milite & pecunia in eum conferenda, nouissima.

§. VIII. Equestris militia eiusque diuisio. *Cosaci equites.* ne cum Cosacis Zaporovianis confundantur. *Lissouiani Cosaci* regnante Sigismundo III. *Cosaci Zaporoviani.* *Reitari & Dragones.* *Tattari lituani.* *Vlanorum vocabulum.*

§. IX. *Militis a privatis in publicum usum lecti.* Mos ille iam Casimiri M. ætate, Copiæ sub priuatorum signis in Vladislai Jagellonis exercitu. Idem posteriore tempore seruatum, lege morem illum probante. *Milites ex ordinatione Myszkoviana & Ostrogiana præstandi.*

§. X. *Omnes copiæ in duos exercitus, polonum & lituanum, diuiduntur.*

§. XI. *Vtriusque exercitus noua constitutio.* *Dies a qua militiæ tempus inchoandum.* *Milites duplicis auctoramenti.* *Eorum qui poloni auctoramenti diuisio.* *Quales dicantur auctoramenti*

*Etiam* *externi. Rei tormentariæ ad-*  
*scripti. §. XII. Militum in regni exercitu*  
*numerus. Equites & pedites prætoriani.*  
*Centuriæ Hungarorum, in quibus una Ma-*  
*reschalci regni. §. XIII. Exercitus lituani*  
*numerus. Lecti ex equitibus & peditibus qui*  
*magni ducatus prætoriani. Centuria Hun-*  
*garorum pro tribunali. §. XIV. Stipen-*  
*dium quod stato tempore confertur. Tribu-*  
*tum in poloni exercitus stipendium. Eius*  
*summa. Vnde stipendium pro lituano milite*  
*redigatur. Remanens ex summa exercitui*  
*polono destinata. Cura stipendii nouæ com-*  
*missioni thesauri mandata. Stipendium ex*  
*uicigali generali, in quantum suffecerit,*  
*colligendum. Legis huius explanatio. Sti-*  
*pendium augendum. Quid Lituani placue-*  
*rit. §. XV. Quæ olim stipendii ratio,*  
*quod militi sæpe debebatur. Inde exactiones*  
*violentiæ & disciplina laxior. Militares*  
*confæderationes, legibus frustra eas vetanti-*  
*bus, contra quas iam efficax est remedium,*  
*dum stipendium stato tempore repræsentatur.*  
*Lex nouissima in militum confæderationes.*  
*§. XVI. De pecunia hiberna. Vnde &*  
*quando orta. Ecclesiasticorum pro ea subsi-*  
*dium caritativum. Commissio ad pecunias*  
*hibernas distribuendas, quæ sublata. Sum-*  
*ma hibernarum in regno. Quantum ecclesi-*  
*astici titulo subsidii caritatiui præsent. An-*  
*nuua hiberna in Lituania. §. XVII. Miles*

suo stipendio uiuat. nec aliquid exigat. Hospitia in bonis regis. Lustrationes singulis annis, ut in vexillis & regiminibus numerus integer sit. Tribunal thesauri in regno & Lituania, ordinationis militaris custos erat, cui utriusque exercitus nomine, quidam affidebant. Iam commissioni militari attendendum, ne militum numerus minuatur, thesauri tribunalibus sublatis. §. XVIII. Ordinatio militaris pacis conuentis firmata. Vexilla & regimina bene meritis vendantur. Militum portionumque numerus ne augeatur. Ne exteri, qui ordines ducant, indigenis præferantur. §. XIX. Vniuersa Nobilitas quando in hostem exciatur. Ordinum ad id consensu opus est. Quousque facultas euocandi Nobilitatem Regi concessa duret. Quando decreta Nobilitatis expeditio non suscipiatur. Litteræ restitutum. Quæ sub sigillo regni aut Lituaniæ ter dimittendæ. Litteræ unæ pro duabus. Post tertias litteras, conuentus in palatinatibus & terris expeditionem ipsam præcedunt. §. XX. Pertinet generalis expeditio ad omnes nobiles, nec non ad oppidanos, quibus terrestria bona sunt. Qui ex nobilibus ab expeditione immunes sunt. Lustrationes ante expeditionem. Poena in absentes. Morbus excusat, & Ordinum consensu abesse licet. §. XXI. Dux in expeditione generali ipse Rex. Semel permis-  
sum

sum ut alteram Nobilitatis partem Rex duceret, altera supremum exercitum Ducem sequeretur. Expeditio generalis sine divisione belli. Quis interregni tempore Nobilitatem duceret. §. XXII. Quam diu Nobilitas in loco, in quem evocata, detinenda. Ne extra regni fines ducatur. Quid olim promissum, si fines transferat. Consensu Ordinum suaque sponte Nobiles extra fines duci possunt, ac tum expeditio certo spatio circumscribitur. Leges ut expeditio intra fines peragatur. §. XXIII. Quomodo finita expeditione nobiles domum redeant. §. XXIV. Lituani & Prussi suos fines generalis expeditione non excedunt. §. XXV. Ex quo tempore Nobilitas in expeditionem generalem non ierit. Non est expeditio generalis, quando unius aut plurimum palatinatum nobiles in hostem confluant. Num ex generali expeditione magnum commodum. Quantum per eam exercitus confici possit. §. XXVI. Lustrationes nobilium, quæ defuerunt. §. XXVII. Regis Prussiae & Ducis Curlandiae auxiliares copiae. Tattarorum auxilia, indeque illis constitutum donativum, quod sibi non praestitum, Tattari olim aliquoties questi. Post Ioannis Casimiri regnum, auxilia eorum non accita, neque illis iam donativum exhibetur, postulatione Tattarorum per Carolovicensem pacem irrita. Legationes Tattarorum, quæ munera,

non tanquam debita, sed ex benevolentia, reportant. §. XXVIII. De Polonorum munimentis, ac Cameneco, propugnaculo S. Trinitatis, & Zamoscio sigillatim. Gedani munitiones. Quid de Elbingæ operibus sentiendum. Thorunium quondam propugnaculum. §. XXIX. Ordinum consensu vetera munimenta instauranda aut noua excitanda. Quid de munimentis in pactis conuentis legatur. Constitutio nouissima de Cameneco & S. Trinitatis propugnaculo. §. XXX. Externum militem sine omnium Ordinum consensu accire haud licet, qui si niki-  
 depinus regnum ingressus fuerit, pro hoste habendus. §. XXXI. Licitum externo milite, probantibus Ordinibus, in hostem uti. Quid de eo in quorundam Regum pactis habeatur. Auxilia Austriaca Sigismundi III. & Ioannis Casimiri temporibus. Saxonica & Russica nostra ætate.

## §. I.

**B**ellum sine militibus non geritur, qui Ordinum consensu scribi debent. Iam Sigismundi I. ætate, cum Senatoribus & Nobilibus in comitiis, de scribendis, sustentandis ac locandis militibus consultatum decretumque fuisse, reperimus \*). Henrico electo, eius & Successorum nomine fuit sancitum, ne milites absque Senatorum vtriusque gentis consilia

lio conducerentur \*\*): quod cum sine pecunia fieri non poterat, quæ Ordinum consensu conferenda, simul militares delectus ex horum pendebant arbitrio. In alteris comitiis a. 1629 prouocatur ad antiqua iura & constitutiones, quibus sine consensu comitali militem parare haud liceat, quæ noua lege firmantur, vt de militibus ad minores conuentus referendum, & in comitiis ab Ordinibus decernendum sit \*\*\*). Pariter Vladislai IV. & Regum, qui ipsum exceperunt, pacta conuenta, militum delectus sine Reipublicæ consensu vetant †). Cum ob metum periculorum, monente supremo exercitus Duce, an. 1636 ex Senatus consilio numerus militum augetur, Ordines id in sequentibus comitiis probabant, & stipendio prouiso, supplementum ad certum numerum & ad certum tempus, per quod militaret, redigebant: Rex vero auctum militem necessitate excusans, in posterum a iuribus se non deflexurum promittebat; cui Ordines ob increbrescentia pericula, maiorem numerum conduendi facultatem largiebantur ††). Antiquum ius rursus an. 1638 firmabatur, vt Rex nulli permissurus sit, sine omnium Ordinum consensu militem scribere †††).

\*) Statuta Sigismundi I. p. 45. 47. 61. Prius. Stat. p. 952. 953.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 253. §. A w sprawách. (II. 897.)



\*\*\*) Constit. poster. an. 1629. p. 2. tit. O  
zaćiągu. (III. 647.)

†) P. C. §. Woysk Cudzoziemskich.

††) Constitut. a. 1637. p. 2. tit. Przyczynienie.  
(III. 913.)

†††) Constit. a. 1638. p. 7. 8 tit. O supplemen-  
tách. (III. 929.)

## §. II.

Scriptus tamen post aliquot annos miles, solius Regis iussu, fœdere clam cum Venetis, aduersus Turcos composito, quo Ordines offensi obtinuerunt, vt miles dimitteretur, ac Rex pro se & successoribus promitteret, eiusmodi delectus non institutum, aut litteras regias ad delectus habendos sub sigillo cubiculari editum iri, fama & bonis multandos, quicunque litteris illis muniti, sine Reipublicæ consensu milites lecturi sint \*). Ioanni Casimiro domestici motus occasionem dederunt, sua auctoritate scribendi militem, pecunia tum aliunde conquisita, tum, vt ferebatur, ex Gallia missa: ad cuius exemplum pacta Michaëlis respiciunt, quando etiam propter ciuiles turbas Regi facultatem augendi copias negant: quod a Ioanne III. & Augusto II. repetitur \*\*). In horum pariter vt Augusti III. & Stanislai Augusti pactis, infames, perduelles, hostes patriæ habentur, qui militem, Republica ignara, vt Rex illo in Polonia utatur, scripturi sint \*\*\*).

\*) Const.

\*) Constit. a. 1646. p. 1. 2. tit. O zaciagu.  
(IV. 83. 84.)

\*\*) P. C. Michaëlis; Ioannis III. Augusti II.  
§. Woysk Gudzoziemskich.

\*\*\*) P. C. §. citato.

### §. III.

Præter memorata exempla, & alio tempore de supplendis augendisque exercitibus, Rex in comitiis cum Ordinibus egit, quod constitutiones demonstrant, quarum nonnullas citamus \*), soletque copiarum numerus in scripto ad *archivum* dato exprimi, ne vires Reipublicæ, quæ sint in promptu, evulgentur. Anno 1716 Rex & Ordines, per *Varsaviensem Tractatum*, exercitus regni & Lituaniæ, tum quoad numerum, tum quoad conditionem, tum quoad stipendia, in scripto ad *archivum*, aliter ordinarunt, quod in comitiis sequentis anni probatum \*\*). Cum vero miles neque sic satis placeret, sed numero augendus, aut seueriore disciplina continendus esse videretur, spondebat in pactis suis Augustus III. se in comitiis post inaugurationem, cum Ordinibus deliberaturum, & quod tum e re esse visum fuerit, curaturum \*\*\*). Propter turbas intestinas, hoc negotium usque ad comitia an. 1736 differri debebat, in quibus placuit colloquium, post sex hebdomades ex quo conventus relationum finiti, Varsoviæ habendum,

quo praeside Archiepiscopo Gnesnensi, inter Senatores & eos, quo ex relationum conuentibus Nobilitas missura, & de numero in quem augendi exercitus, & de modo, quo pro illo numero stipendium conferendum, ageretur, ac quod placuerit, in proximis comitiis approbaretur \*\*\*\*). Sed ruptis plerisque relationum conuentibus, ob paucitatem delegatorum a Nobilitate, colloquium tum haberi non poterat, habitum tamen paullo ante initium comitiorum a. 1738 continuatumque comitiorum tempore, sine omni quamuis fructu, ipsis etiam comitiis irritis. Inde in sequentibus anni 1740 caput deliberationis erat auctio exercituum, & in eam rem tributorum, terebaturque tempus, donec Ordines rebus infectis discederent. Neque in comitiis a. 1741 negotium successit, sed ob id, vt in prioribus, etiam tum instituti prouinciales confessus, verbis nihil decernentibus absunti sunt. In sequentibus comitiis totum hoc negotium, dum regnauit Augustus III. silentio transmissum est.

\*) Constitut. an. 1659. p. 10. tit. Ordynácy woyfká. a. 1667. p. 11. tit. Ordynácy woyfká. an. 1670. p. 16. tit. Przyczynienie. an. 1673. p. 5. tit. Obroná. an. 1676. p. 13. tit. Skrypr. ad archivum. tit. Auctia. p. 24. tit. Ordynácy. a. 1677. p. 3. tit. Ordynácy. a. 1703. p. 6. tit. Obroná. (IV. 596. 995. V. 55. 92. 340. 356. 453. VI. 91.)

\*\*) Tractat. Varšav. art. 3. §. 3. Constitut. an. 1717. p. 17. Eadem constit. p. 53. tit. Regulamen.

lamen. Constit. Lituan. eiusd. anni. p. 1. tit. Regulainen. (VI. 245. 279. 306.)

\*\*\*) P. C. Augusti III. §. Powinni też będziemy.

\*\*\*\*) Constit. 1736. p. 101. tit. Kommissyja du włożenia. (VI. 665.)

#### §. IV.

Quod ad ipsos milites, de quibus iam agendum, attinet, primis temporibus non erant stipendiarii neque perpetui, sed ad morem aliarum gentium, omnis Polonia militabat, quoties incolæ a Principe excibantur, siue ab hostibus defendenda esset patria, siue vicinis bellum inferendum. Tum enim nobiles constitiebant, suos quisque adducens colonos, ut ommissa rei familiaris cura, qualis illa ætate erat, secundas in bello obirent partes, nobilibus primas sibi seruantibus. Hi, quod in equis militiam exercebant, *equites* in hunc diem dicuntur, & cum in illis militiæ esset robur, aliquando *ordo militaris* appellati \*). Coloni minora peragebant ministeria, quæ ipsis a nobilibus, tanquam dominis suis, mandabantur, neque iustis armis instructi, numerus potius quam miles haberi poterant. Omnes de suo uiuebant, suum existimantes quicquid in agris, siue domi siue apud exteros, reperirent, iure illius potiore, qui primus occupasset. Pecunia ignorabatur: tantum aberat ut in stipendium flagitari potuerit, & si qua merces speraretur,

raretur, ex hostium præda petenda erat. Quisque Palatinus suis palatinatus ducebat incolas, & Princeps, qui nisi ætate aut valetudine impediretur, expeditioni aderat, totum regebat exercitum: vt generalis nobilitatis motus, quem leges in nostra tempora feruant, antiquissimæ militiæ imaginem sistat.

\*) Priluf. Stat. p. 73. 868.

### §. V.

Miles stipendiarius serius adhiberi cœpit, & incerta sunt, quæ de illo ante sæculum quartum decimum nonnulli memorant. Potuerunt a vicinis auxilia acciri, præda ex hostibus ostentata, ac bello confecto præmiis dimitti, qualia aduersus Marchionem Brandenburgensem, ex Russis, Valachis & Lituanis, Vladislaus *locticus* a. 1326 contraxisse, vt vetustiora tempora fileam, legitur \*): quæ cum stipendiario milite confundi haud debent. Rectius ad eum referantur, quos Vladislai *loctici* filius Casimirus M. contra Ducem in Silesia Saganensem eiusque fratres, mercede conduxit \*\*). Vladislaus Iagello an. 1410 aduersus Equites Teutonicos in Prussia, non tantum generalem expeditionem regni incolis indixit, sed etiam exteros stipendio comparauit, disceptatumque inter Senatores, vtum præstaret, ciues ad militiam non obligatos, an exteros mercede conducere, eorum sententia vincente, qui exteros præfe-

præferebant: ex quibus Bohemi & Moravi sub peculiari vexillo militabant, Silesii autem Viennensis tractus incolis admiscebantur \*\*\*). Mansit ex illo tempore in vfu stipendiaria militis, ita tamen, vt maiore numero populares, quam exteri legerentur: & a. 1464 pro expeditione Nobilitatis generali, pecuniam in militem mercenarium decerni placuit †). Sigismundo I. regnante, varia de militibus in singulis palatinatibus legendis, de eorum præfectis, stipendijs ac disciplina constituta sunt ††), quæ iam dudum exoleuerunt.

\*) Dlug. IX. 989.

\*\*) Dlug. IX. 1068.

\*\*\*) Dlug. XI. 216. 240. 241.

†) Dlug. XIII. 331. 332. Biels. p. 433.

††) Stat. Sigismundi I. p. 41. 47. 48. 67. Prilus. Stat. 951. 952.

## §. VI.

Non tamen, vsque in Sigismundi Augusti tempora, miles stipendiarius erat perpetuus, sed vt in bellum conducebatur, ita dimittebatur vbi bellum confectum erat: nisi velimus excipere *curienses* milites, quibus a curia seu Regis aula nomen, & ad aulam pro eius securitate agebant, vt tamen etiam in hostem ducerentur. - Casimirus M. a. 1339 Russiam ex improviso inuadens, ex *curiensibus* & Baronibus copias contraxit \*), & Vladislaus Iagello a. 1410 dimisit eos, quemque domum suam,

VI

vt se in expeditionem prussicam pararent \*\*). Facit stipendiariorum *curiensium* mentionem Alexander, Thesaurarii curæ eos commendans \*\*\*), in quorum locum postea prætorianus miles successit, de quo *lib. II. c. 7. §. 4.* tractatum. A. 1551 Lituani pro securitate finium suorum, aduersus Moscos & Tattaros militem ordinarium seu perpetuum, ac in eius stipendium, tributum decreuerunt †), ad quorum exemplum Poloni pariter in eiusmodi militem consenserunt, qui per Russiam & Podoliam locatus, regnum ab incurfionibus Tattarorum tutum præstaret, quarta redituum ex bonis regis parte a. 1562 in stipendium destinata ††), vnde ille miles *quartanus* appellabatur. Facit *quartanorum* militum mentionem in pactis suis Augustus III. se illorum numerum sine Reipublicæ consensu nouis supplementis non aucturum, secutus in hoc priores Reges qui idem polliciti †††): quod documento est, adhuc *quartanos* vigere, licet in numero illo non habeantur, in quem exercitus regni, ordinatione anni 1716 descriptus est.

\*) Dlug. IX. 1058.

\*\*) Dlug. XI. 216.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 114. p. 1. Prilus. Stat. p. 951.

†) Koialow. Hist. Lituani. part. II. p. 416.

††) Vol. Const. p. 21. tit. O pozwoleniu czwartey. (II. 616.)

†††) P. C. Vladislai IV. & Successorum §. Woystk cudzoziemskich.

## §. VII.

Cum vero *quartanus*, non omnibus periculis sufficeret, alii scripti milites, quoties maiori numero hostibus occurrendum, quibusque ex tributo comitorum auctoritate imperato, stipendium pendebatur: qui non omnes, ubi pax restituta, dimittebantur, sed pars, si ita Ordinibus placeret, retinebatur, ut præter quartanos, etiam alii aduersus vim in promptu essent. Milites, aliarum gentium more, in equites & pedites diuidebantur, sed pedestris militia fere neglecta, cum in eam homines ex infima plebe ac minus idonei reciperentur, equestrem vero nobiles sibi seruarent. Quare Stephanus, ut peditatum meliorem redderet, ac numero augetet, non tantum in Germania ac Hungaria militem scribi, sed etiam in bonis regiis legi iussit \*): qui miles ex bonis regiis lectus, quoniam ex certo iugerum numero, vnus sistebatur pedes, peditatus *iugeralis*, *piechota tanowa*, neque perpetuus fuit, sed legi solebat, quoties illo aduersus hostem opus esset. Pro quo milite, iam perpetuo, a. 1649 Capitaneis & Tenutariis pecunia imperabatur, sexagenis florenis in singulos pedites computatis, qui quouis anno Rauam deferrentur, ut miles stipendiarius conduceretur \*\*). Aucta est pecunia a. 1726 ad centenos florenos, qui ex Polonia maiore Petricouiam, ex minore Lublinum, dimidium huius summæ ad quintum



tum decimum Martii & Septembris, compor-  
tari debeant. Tum simul decretum, ut miles  
ille ad morem exterorum institueretur, ac qui  
ordines ducerent, nobiles, catholici & inueneri  
huic idonei essent, possessionesque in palati-  
natibus & terris haberent \*\*\*). Paret hic mi-  
les, ut reliquus omnis, supremo poloni exer-  
citus Duci, sub quo suum habet Præfectum,  
qui ingrediente Regnum Augusto III. fuit Io.  
Tarlo, Sandomiriensis Palatinus, quique in  
comitiis an. 1744 questus, se de suo in pedi-  
tem hunc *iugeralem* non modicum pecuniæ  
erogasse, quod pro illo ex bonis regiis, minus  
quam sufficeret, collatum esset. Palatino San-  
domiriensi mortuo, Antonius Kossovscius cu-  
riæ Regni Thesaurarius successit. Quod ad  
memoratos Germanos & Hungaros, a Step-  
hano conductos, attinet, etiam post Stephanum,  
ex his nationibus supplementa pedestrium co-  
piarum scribebantur, & si non essent ex Ger-  
mania & Hungaria acciti, more tamen Ger-  
manorum & Hungarorum vestiebantur arma-  
banturque.

\*) Vol. Constit. p. 342. tit. Pieszcy. Heidenst. p.  
145. (II. 979.)

\*\*) Constitut. an. 1649. p. 2. tit. Włoki.  
(IV. 280.)

\*\*\*) Constitut. an. 1726. p. 10. 11. tit. Ordyna-  
cya. (VI. 410, 412.)

§. VIII

## §. VIII.

Pedestri, equestris militia longe præstantior habita est, quæ præcipuum robur exercituum, equis, armis, vestibus, ad splendorem vsque se conspicuam reddebat, ut famulitium & impedimenta sileam, quibus nobiles, copiis illis adscripti, opes suas ostentabant. Dividebantur equites ex armorum differentia, in grauioris & leuioris armaturæ, & ad priores hastati & loricati, polona lingua, *vsarsæ* & *panterny*, ad posteriores *cosaci*, *tekki* aut *petyhory* dicti, referebantur. Dicti tamen *cosaci*, non cum *Cosacis Zaporouiensibus* confundendi sunt, quibus in Ucraina sedes, & qui olim excursionibus in Turcos, Tattaros & Moscos celebres & formidolosi, arma sua tandem in Polonos verterunt, ut post Vladislai IV. mortem, iustum cum illis bellum gerendum esset, & ex quibus modicus admodum numerus in Polonorum ditione mansit, reliquis cum maxima Ucrainæ parte, sub Russicum imperium cedentibus. Ab his plane diuersi, quos diximus, leuis armaturæ equites erant, ex quibus apud exteros clari euaserunt *cosaci*, *lisouiani*, a suo præfecto *Lisouio*, appellati, tempore Sigismundi III. Casari Ferdinando II. aduersus Ungaros & Bohemos auxiliares militantes \*). Quod ad Zaporouenses, isti olim sub suo Duce a Rege imposito & suis tribunis, gratis militabant, agris ideo in Ucraina & priuilegiis

Tom. II. H h donati,

donati, ac spe prædæ illecti, vt tum Cosacorum illorum copix, Polonorum sociæ vocari potuerint. Fuèrant etiam in polono & lituano exercitu equestres turmæ ad Germanorum morem vestitæ & armatæ, qui *reitatorum* & *dragorum* vocabulis insigniebantur. Per Tattaros vero, quorum etiam in exercitibus fit mentio, non alii intelligendi sunt, quam quorum maiores, Vitoldi, magni Lituaniæ Ducis, tempore, sedes ibidem nacti erant, qui integris turmis, sub suis præfectis, publico stipendio, in lituano exercitu militare consueverunt. Erat, Stephano aduersus Moscos bellum gerente, Tattarorum præfectus Vlanecius\*\*), quod inter ipsos vsitatum nomen procul dubio causa est, ob quam Tattari milites etiam Vlani vocentur.

\*) Lubien. oper. 225, 226.

\*\*) Heidenst. p. 152.

### §. IX.

Præter stipendiarium, quem memorauimus, militem, procerum nobiliumque locupletissimi, integras turmas centuriasque suis sumptibus scriptas armatasque, exercitibus iungebant etiebantque, qui nos iam Casimiri M. ætate vixit \*). In exercitu quem Vladislaus Jagello a. 1410 in Prussia ducebat, magnus militum numerus, sub priuatorum signis a quibus conducti erant, memoratur \*\*). Decreto in Moscos

Moscas bello, Lituani proceres Regi Stephano militem offerebant, pro suis quisque opibus, qui contractus decem fere millia æquabat \*\*\*): factumque omnibus, tum ante tum post Stephanum, bellis, ut in exercitibus regni & Lituaniæ copiz essent, quas privati in usum Reipublicæ legerant. Cum an. 1649 lex poenæ peculatus vetaret, scribi a priuatis, sumptibus publicis, sine consensu Ordinum militem, illum simul studium probabat, qui patriæ amore ex suis facultatibus, turmas Reipublicæ præstituri essent\*\*\*\*). His addimus copias, ex ordinatione maiorum, a priuatis parandas, quo ~~ordinationes~~ Myzikoviana & Ostrogiana pertinent, quarum prior, si Rex ipse expeditioni interfit, equites quinquaginta & pedites centum; posterior, bello aduersus Turcos, Tataros & alios Christiani nominis hostes, trecentos equites & totidem pedites, suis sumptibus sistendos, possessoribus bonorum dictarum ordinationum, iniungit.

\*) Dlug. IX. 1058. 1124.

\*\*) Dlug. XI. 242. 243.

\*\*\*) Heidenst. p. 127.

\*\*\*\*) Constit. a. 1649. posteriores p. 5. 6. tit. O niezaciąganiu. (IV. 284.)

### §. X.

Omnes vero copiz, in duos exercitus, Regni & Lituaniæ, diuiduntur. Ut enim ante-

H h 2,

quam

quam Polonia & Lituania a Sigismundo Augusto arctius iungerentur, quæque suum habuit exercitum, ita in hoc per confunctionem nihil mutatum. Vtrique exercitui sui sunt Duces, quibus paret, neque polonus lituanorum, neque lituanus polonorum Ducum Imperium sequitur, & si uterque iungendus, manet Ducibus in suam auctoritatem: neque ipsæ copiæ inter se miscentur, sed seorsum incedunt, metantur, & in acie consistunt, ut sit satis conspicuum, non unum, sed duos esse exercitus, qui iuncti, dum in hostium communem pugnant. Ambo hi ~~exercitus a. 1716~~ ~~et~~ 1717 aliter ~~et~~ antea ordinati, quod ex his, quæ dicturi sumus, patebit.

## S. XI.

Cum enim anno 1716 de abolenda confederatione Ternogrodienfi ageretur, placuit ex copiis polonis & lituanis, utriusque gentis novos exercitus, certo militum numero, legi, eosdemque stipendio prouiso, per palatinatus & terras distribui, ut pro militibus stipendiariis Republicæ non haberentur, nisi qui in exercitus nouo modo ordinatos recepti essent \*). Dies a qua militiæ tempus curreret, polono exercitui prima Februarii, lituano prima Martii anni 1717 statuebatur \*\*). Ex noua hac ordinatione sunt in polono & lituano exercitu milites duplicis generis, seu, quod dicitur, *nuclioramenti*, poloni & externi, quia auctorati, hoc

hoc est stipendio conducti ut militent. Poloni vocantur *auctoramenti*, qui polono, externi, qui Germanorum aut aliorum exterorum more vestiti, armati ac ordinati sunt. Qui *auctoramenti* poloni, equis merent, ac in exercitu regni, in hastatos, loricatedos & levis armaturæ; in lituano, in hastatos, levis armaturæ; Tattaros seu Vlanos & Cosacos diuiduntur. Externi vero auctoramenti sunt dragones & pedites, ad morem Germanorum vestibus, armis ac aliis compositi, quibus in polono Vngarorum, in lituano exercitu Ianizzarorum & Kurucorum peditem modicæ mænis adduntur. Super hos sunt in utroque exercitu qui rem tormentariam curant, vestiti & instituti ut Germani, quos *artilleristarum* nomine appellamus. Dragones & pedites modo memorati, nec non, *auctoramenti* poloni equites, in regimina (*Regimenter*) hæc in centurias diuiduntur, notandumque regimen equitum Polonorum *Pulk* & centuriam etiam *vekilum* (*eine Fahne*) appellari.

\*) Tract. Varfav. a. 1716. Constit. an. 1717. p. 17. tit. §. Na koniec. (VI. 245.)

\*\*) Constit. a. 1717. p. 55. tit. Regulamen. §. Służbę. Lituani. p. 1. tit. Regulamen. (VI. 281. 306.)

## §. XII.

Ad numerum quod attinet, sunt in exercitu  
H h 3 polono

polono hastati mille, seu centuriæ aut vexilla se-  
 decim; loricatorum tria millia cum nongentis  
 nonaginta, sub vexillis septuaginta & vno; ar-  
 maturæ leuis mille seu turmæ octo; efficiunt-  
 que qui *auctoramenti* poloni in exercitu Regni  
 quinque millia nongentos nonaginta. Externi  
*auctoramenti* sunt dragonum quatuor millia,  
 peditum cum iis qui rem tormentariam curant,  
 octo millia centum & triginta sex, Hungaro-  
 rum more vestiti armatique quadringenti, vt  
 ad hunc calculum totus exercitus Regni ex  
 octodecim millibus quingentis & viginti sex  
 consistere deberet, qui tamen numerum duo-  
 decim aut tredecim millium haud excedere di-  
 citur. In publico scripto, militibus externi  
 auctoramenti, *duodecim portionum* millia as-  
 signantur \*). Dragonés in septem, pedites  
 in quinque regimina diuiduntur, rei tormen-  
 tariæ milites vnum regimen & Hungari cen-  
 turias tres efficiunt. Ex dragonibus vnum re-  
 gimen militum mille, ex peditibus vnum pa-  
 riter regimen sed millium trium Regni præto-  
 riani milites vocantur. Est enim non solum  
 Regis, de quo *lib. II. c. 7. §. 4.* actum, sed  
 etiam Regni miles prætorianus, equestris &  
 pedestris. Pedestri post nouam exercituum  
 an. 1716 ordinationem, copiarum Saxonica-  
 rum generalis Mareschalcus campi, Flemin-  
 gius præficietur, quem cum Ordines post  
 annos aliquot minime ferre vellent, vt etiam  
 a. 1720 & 1722 duo comitia irrita redderen-  
 tur,

tur, & Flémingius abdicare se præfectura cogere-  
tur, munus hoc Stan. Poniačovfcio, Sere-  
niffimi Regis patri, contigit, cui Princeps Czar-  
toryfcus Ruffiæ Palatinus & huic an. 1765  
filius Adamus, Podoliæ Generalis fuceffit.  
Sub hoc Præfecto aliquot tribuni curant. Ex  
tribus centuriis Hungaricis, vna est Regni Ma-  
refchacki, altera fupremi, tertia, minoris Du-  
cis exercitus Regni.

\*) Repartycyja woyská koronnego, conftitut. an.  
1717. adiecta. Conftit. T. VI. p. 332. f. edit.  
nouiff.

### §. XIII.

Lituanum exercitum efficiunt hafati qua-  
dringenti fub vexillis fex; leuis armaturæ fu-  
pra mille centum & fexaginta, feu vexilla vi-  
ginti quinque; Tattari quadringenti fexagin-  
ta, in vexilla duodecim diuifi; Cofaci quadra-  
ginta fupra ducentos, quibus vexilla octo; dra-  
gonum quatuor, peditum tria regimina, illis  
mille quingentis, his mille octingentis quin-  
quaginta *portionibus* assignatis; iis qui a re-  
tormentaria, centum quinquaginta; Ianizaris  
ducentæ quadraginta; & Kurucis fexaginta  
portiones conftitutæ funt \*). Ad prætoriano-  
rum regni exemplum, prætorianos Magni Du-  
catus ex dragonibus vnum regimen, militum  
trecentorum, & vnum regimen peditum, mi-  
litum mille conftituunt. Totus vero Lituania



exercitus efficit sex millia ducentos quadraginta. In quem numerum non est relata centuria Hungarorum, dignitati & securitati tribunalis inseruiens, cui portiones centum ex censu Iudæorum cedunt \*\*). Ex utriusque exercitus prætorianis, bina regimina alterum equestre, alterum pedestre Regi concessa sunt, ut ipsius solius imperio non Ducum pareant, quod supra memorauimus, quorum numerus, nouis delectibus suppleri debet.

\*) Constit. T. VI. p. 358. f.

\*\*\*) Constit. Lituano, a. 1717. p. 2. tit. Disciplina. (VI. 307.)

#### §. XIV.

Vtrique exercitui certum statumque stipendium, polono ex Polonia, lituano ex Lituania, est prouisum, in quod singulis annis bis, die decima quinta Martii & Septembris, pecunia ab eo, cui singula vexilla aut centuriæ ac regimina id mandarunt, exigitur, ab incolis intra tres hebdomades præstanda, poena in morosos aut tributum plane negantes constituta. In Polonia tributum in capita ad consignationem anni 1676 penditur, ac regni Thesaurarius & qui ipsi ad hoc additi fuerant, summas pro exercitu conferendas inter palatinatus & terras partiti sunt, simul ex quo palatinatu terraque quoduis vexillum ac regimen stipendium recipere, constituerunt. Prussis, quibus nulla est tributi in capita anni 1676 consignatio,

tio, alio modo, trecenta vndecim millia octingenti & quinquaginta octo floreni cum grossis septem, monetae polonae, imperati sunt, ut Polonia cum Prussia, quouis spatio semestri, duos fere milliones in militem erogat \*). Pro exercitu lituano ex aliis tributis stipendium redigitur, scilicet hibernis, potulentis, vectigali generali, censu Iudaeorum & fumali \*\*). Ex pecunia, in poloni exercitus stipendium assignata, aliquid supercurrit, quod *leges remanens* vocant, ac regni thesauro inferitur, ut illis subueniatur, qui ob calamitates ex suis facultatibus tributum praestare nequeunt. Anno 1717 quorundam bona ab hostibus igne deleta, per quinque annos tributo hoc eximebantur. ex *remanente* soluendo, quod in milites conferendum esset \*\*\*). Idem *remanens* ex consilii magni decreto a. 1735 ciuitatibus, Cracouiae, Leopoli, Petricouiae & Elbingae seruebat, quarum opes per illius temporis turbas attritae erant. Quae de militum stipendio ex priore ordinatione memorauimus, in nouissimis conuocationis comitiis mutata sunt. Omnis enim stipendii cura nouae thesauri commissioni, de qua actum alibi, mandata, ut ex instituendo vectigali generali pendatur, tributo fumali & ex capitibus siue toto siue ex parte sublato, in quantum quod ex vectigali redactum non suffecerit, ita ut in palatinatu vel terra ubi ex vectigali non ea summa prouenerit, quae ex priore distributione in stipendium

conferri debeat, quod desit, ex fumali aut tributo in capita suppleatur \*\*\*\*). Quod in comitiis *coronationis* ita explanatum, vt dicta tributa ad proxima ordinaria comitia a. 1766 continuentur, in quibus, rationibus redditis, de tributis stipendio militari susceptoris agatur & constituatur, interea illi, qui militibus stipendium non soluturi, non a militari sed commissionis thesauri iudicio, ad instantiam cuiusvis, cui iniuria facta, iudicentur †). In dictis comitiis conuocationis, vtriusque auctoramenti militum ea habita est ratio, vt ob aucta rerum pretia consilio seu commissioni bellicæ iniungeretur, suo tempore exhibere modum quo stipendium & gregariis militibus & prefectis augendum, suntus vero eadem commissio thesauri prouideret ††). Hæc tantum pro exercitu Regni in comitiis conuocationis decreta, Litvani de tributis ex quibus stipendium pro suo exercitu conferendum nihil mutarunt, sed de tollendo fumali in bonis terrestribus aliquid certi in sequentibus comitiis constituere voluerunt, probaruntque quod in comitiis *coronationis* de stipendio sanciebatur †††).

\*) Constit. a. 1717. p. 54. tit. Regulamen. 6. Ponieważ. p. 55. 6. Służbę Constit. Lituan. p. 1. tit. Regulamen. Repartycyja wojska koronnego, Constit. T. VI. p. 332. f. (VI. 279. 281. 306.)

\*) Constit. Lituan. an. 1717. p. 1. tit. Regulamen. (VI. 306.)

\*\*\*) Const.

\*\*\*) Constit. an. 1717. p. 67. tit. Applicatio.

\*\*\*\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 37. tit. Clo gener.

†) Constit. coron. p. 35. tit. Znicfienie.

††) Konfed. gener. a. 1764. p. 53. tit. Kommissya.

†††) Konfed. gener. constit. Lituani. tit. Kommissya. Skarbu §. Taz Kommissya. Constit. coron. p. 35.

§. XV.

Ante annum 1717 qui vtrique exercitui etiam in futurum prospexit, alia stipendii erat ratio. Quando miles illud iam meruerat, tum demum de tributis, ex quibus colligendum, in comitiis agebatur. Vbi in tributa consensus, illa plerumque tam parce conferebantur, vt stipendio iam debito non sufficerent, tantum aberat, vt ex iis aliquid supercurreret, quod in futuros sumtus seruaretur. Si vero comitia irrita, nihil in stipendium decerni poterat, sed militi altera erant expectanda & his pariter infructuosas, tertia, uno plura, debitis interea multum ac in immensum crescentibus. Tum miles ipse sumebat aut rapiebat ex incolis, vnde viueret, aliaque ex inopia incommoda sustineret, laxiore aut fere nulla agens disciplina, vt ex hac causa apud exteros male audiret, ciuibusque esset execrationi, ac magis quam ipse hostis formidaretur. Non deerant leges disciplinam seuerè imperantes, quarum potius copia Poloni laborare videbantur, sed

sed tanta erat illorum temporum licentia, quam egestas aliquantum excusabat, ut legibus nulla haberetur reuerentia. Accedebat interdum aliud & grauius malum, cum exercitus pro obtinendis stipendiis fœdere se iungerent, ac exuto Ducum imperio, sibi supremum præfectum, Mareschalci titulo, crearent. Tum, quasi sui iuris, agere; comineatum & pecuniã incolis imperare; cum Rege & Republica, ut pares cum paribus, de stipendio per colloquia disceptare; aliquid remittere, in reliquo perstare; & nisi repræsentatum esset, fœdus non dissoluere, nec sub Ducum imperium redire. Exempla Sigismundi III. & Ioannis Casimiri ætas, tum interregnum post Ioannis III. mortem, dederunt: legibus nihil proficientibus, quibus eiusmodi fœdera, bonorum, famæ & capitis poena interdiciuntur \*). Iam vero neque fœderibus, neque cæteræ militum licentiæ, stipendium debitum causam suppeditare potest, cum illud statò tempore sine mora præstetur. Simul reuocatz sunt antiquæ poenæ, si exercitus, quocunque titulo & colore, eiusmodi fœdera facere voluerint \*\*).

\*) Vol. Constit. p. 732. tit. Declaratio. p. 891. tit. Porządek, Constit. an. 1623. p. 5. tit. Ozábiezeniu confœderacyey. Constit. an. 1624. p. 4. tit. Postánowienie. Constit. a. 1667. p. 2. tit. Amnistya, De militum fœderibus vid. Dissert. nost. de confœ-

confederationibus. §. 41. (II. 1498.  
1662. III. 449. 463. IV. 912.)

\*\*) Tractat. Varf. a. 1716. Constit. a. 1717. p.  
18. §. Na koniec. (VI. 245.)

## §. XVI.

Præter stipendium, alia militibus obuenit pecunia, cui ab hibernis nomen est. Antiquiore ætate, milites per hiemem in bonis regijs & ecclesiasticis agebant, incolis quæ in victum necessaria largientibus. In comitiis alteris a. 1649. bonis illis pecunia in comiteum, a præfectis annonæ, suæ a quouis cohorti parandum, imperata \*). Hæc origo pecuniæ hibernæ seu hibernorum, quæ a. 1652. ad vicenos florenos ex singulis iugeribus seu mansis aucta \*\*), & cum ordo ecclesiasticus bona sua hoc onere immunia esse affirmaret, pro hibernis, subsidii caritativum titulo, centum & viginti florenorum millia numeravit \*\*\*). Anno 1670. ex Senatu & equestri ordine delegabantur, qui circa festum Martini diem, cum Ducibus exercitus & quatuor ex militibus, Leopoli collectas ex bonis regijs pecunias inter vexilla iuste partirentur, ecclesiasticis subsidium caritativum quingentorum millium florenorum offerentibus †): quam regni constitutionem, de partiendis per delegatos ex utroque Ordine hibernis, Lituani a. 1677. suam fecerunt ††). Mansit hæc pro distribuenda pecunia hiberna, ut appellabatur, commissio, donec an. 1717.

in

in perpetuum abrogaretur ††): ipsam autem illam pecuniam in regno, ad vnum millionem ac centum & octoginta octo florenorum millia, a. 1677 redigi placuit. Lituani non certam summam tum declararunt, vt tamen quilibet ex bonis regiis & ecclesiasticis, suam portionem repræsentaret, sequenti anno constituerunt \*†). Minuta est an. 1717 aliquantum in regno pecunia hiberna, constitutumque, vt singulis vexillis hastatorum, loricatorum & armaturæ leuis, a Thesaurario bona, ex quibus illam reciperent, assignarentur, eademque singulis annis, intra Michaëlis & Martini festos dies, exactoribus numeratetur. Sacer ordo, vt suam ab hoc tributo tueretur immunitatem, trecenta quadraginta sex millia cum sexcentis sexaginta florenis ac viginti duobus grossis tum obtulit: quæ summa in hunc diem manet, licet spatio ad proxima comitia circumferberetur \*††). Ex polonis hibernis, pars in Ducum & Notarii campestris annua & alios sumtus erogatur, de quo *lib. III. c. 10. §. 27.* dictum. In Lituania hiberna, quæ singulis annis quadringenta octoginta sex florenorum millia cum trecentis efficiunt \*†††), reliquis tributis, ex quibus miles stipendium recipit, annumeratur, quod ex §. 13. patebat.

\*) Constit. poster. an. 1649. p. 3. tit. Prowiant.  
(IV. 281.)

\*\*) Constit. an. 1652. p. 11. tit. Porządok.  
(IV. 369. 370.)

\*\*\*) Const.

\*\*\*) Constit. a. 1662. p. 11. tit. Porządek.  
an. 1667. p. 11. tit. Naznaczenie. (IV.  
841. 922.)

†) Constit. a. 1670. p. 14. tit. Hyberná. (V. 52.)

††) Constit. Lituán. a. 1676. p. 8. tit. Hyberná  
Wielk. X. L. (V. 426.)

†††) Constit. an. 1717. p. 57. tit. Dyspozycya  
hyberny. (VI. 283.)

\*†) Constit. a. 1677. p. 4. tit. Hyberná. Constit.  
Lituán. a. 1678. p. 3. tit. Hyberná. (V. 454.  
617.)

\*††) Constit. a. 1717. p. 57. 58. tit. Dyspozycya  
hyberny. (VI. 283. 284.)

\*†††) Constit. Vol. VI. p. 381.

## §. XVII.

Stipendio & pecunia hiberna vtrique exer-  
citu hoc modo prouisis, minus licet militi ab  
incolis aliquid exigere, siue iter faciat, siue in  
statiuis consistat, siue in hospicio agat, sed de  
suo viuere adigitur, restituendis ab eo, si quæ  
extorserit, vt in hospicio solo tecto ipsi acqui-  
escendum sit \*). Habet autem miles sua ho-  
spitia, tantum in bonis regiis, quæ in regno,  
regni, quæ in magno ducatu, lituano exercitui  
seruientibus, cum nobilium, æconomica, &  
ecclesiasticorum possessiones immunes sint,  
cuius tum vexillo tum regimini, vbi hospite-  
tur, assignatis \*\*). Ne autem vexilla & regi-  
mina constituto numero minuerentur, sed ple-  
na essent, singula seorsum in illo palatinatu &  
terra, vbi ipsis erat hospitium, ab eo qui inde  
nobili-



nobilitatis nomine ad tribunal thesauri profecturus, quouis anno lustrabantur, is vero qui lustrasset, sub initium iudicii tribunalitii iurabat, se de peracta lustratione ex fide relaturum \*\*\*). In comitiis conuocationis, commissioni militari commendatur attendere, vt & gregariorum & præfactorum numerus sit, qualis anno 1717 placuit, & ne ille imminuatür †). Memoratorum tribunalium duo erant, alterum in Regno, in Lituania alterum. Quod in Regno, polono, quod in Lituania, lituano exercitui attendebat, vt omnia ad præscriptum anni 1717 fierent, & in contumaces animadvertebat. Vtrique, exercituum nomine terni, bini poloni auctoramenti, singuli externi, assidere debebant ††); quem delegatorum numerum a. 1717 decretum, lex a. 1736 ita mutauerat, vt polono tribunali non vnus, sed duo externi auctoramenti adessent †††). Sed tribunalia illa iam sublata esse, supra ostendimus.

\*) Constit. an. 1717. p. 56. tit. Regulamen. §. Eodem nexu legis. p. 58. 59. tit. Disciplina. Constit. Lituana. p. 2. tit. Regulamen. tit. Disciplina. (VI. 282. 285. 286. 306. 307.)

\*\*) Constit. a. 1717. tit. Regulamen. p. 55. §. Sluzbę. Vol. Constit. VI. p. 338. f. p. 358. f. (VI. 281.)

\*\*) Constit. a. 1717. p. 60. tit. Disciplina militaris. §. A iako. Constit. Lituana. p. 3. tit. Trybunał. (VI. 287. 309.)

†) Konfed. gener. a. 1764. p. 53. tit. Kommiss. Woyfk.

††) Constit.

††) Constit. an. 1717. p. 61. tit. Trybunał.  
 §. Tenze trybunał. Constit. Lituan. p. 4.  
 tit. Trybunał. (VI. 288. 309.)

†††) Constit. a. 1736. p. 98. tit. Trybunał.  
 (VI. 660.)

§. XVIII.

De militiæ ordinatione quæ a. 1716 placuit, adhuc notandum, quod eius in pactis conuentis Augusti III. mentio facta sit, eum quidem ad finem, vt vsu vigeat, simul prouisum, vt vexilla & regimina, si a suis Præfectis & Tribunis veniant, bene meritis vendantur \*). Ducibus vero exercituum, iam in Varsauiensi Tractatu a. 1716 vetitum, numerum militum, equorum & *portionum*, sup arbitrio augere, ac externos, qui ordines ducant, indigenis præferre \*\*).

\*) P. C. Augusti III. §. Cudzoziemską manierą. §. Powinni też będziemy.

\*\*\*) Constit. a. 1717. p. 30. (VI. 256.)

§. XIX.

Præter perpetuam & stipendiariam militiam, est subitaria & gratuita, quando nobilitas, ad propulsanda tum grauiâ tum subita pericula, quibus stipendiarii impares sunt, euocatur, Superest hæc militia ex priscis illis temporibus, quibus omnis Polonia in hostem ibat, quod sine §. 4. inuimus, vocaturque a Polonis, sua

lingua, *pospolite ruszenie*, motum aut expeditionem generalem diceres. Decernitur illa in comitiis Ordinum consensu \*), ita quidem, ut prius in conuentibus minoribus proponatur \*\*). Anno tamen 1698 in Senatus consilio expeditio generalis decreta, litteræque ad Nobilitatem vnæ pro duabus dimissæ sunt: quas ut tertiæ sequerentur si necessitas vrgeret, Senatus censuit, ac consilium magnum probauit \*\*\*). Vbi potestas euocandi ad arma nobilitatem Regi est concessa, gaudet ea vsque ad proxima comitia, ac tum pro finita habetur, nisi nouo consensu ad alia comitia proferatur †): cuius consensus in diuersis comitiis repetiti exempla, in constitutionibus reperiuntur. Causa huius expeditionis non alia est, nisi necessitas, quæ si cessat, si periculum, quod necessitatem imposuit, depulsum, aut vanus fuit metus, in expeditionem non itur, iade decretam sapius, & tamen omissam, legimus. Regnante Ioanne III. a. 1676 a Primate euocata Nobilitas, quod solâ necessitas excusabat, quia Rex in castris suis ab hostibus clausus tenebatur ††). Expeditionem Nobilitatis præcedunt litteræ regis, quæ *restium* appellantur, quoniam ex recte baculo alligata pendent, polonice *Witi*, quod uocabulum vimen, seu baculum tenuem, significat. Dimittuntur litteræ, pro diuersitate prouinciarum, sub regni aut Lituaniæ sigillo, fuitque soli Ioanni III. ob longius prolatam inaugurationem concessum,

vt eiusmodi litteris cubiculare sigillum imprimere, quod exemplum *lib. II. c. 9. §. 12.* retulimus. Non autem vnis, sed tribus litteris seorsum, iusto spatio inter singulas intercedente, Nobilitas excitur, quod Sigismundi I. tempore sancitum ††): & a. 1550 binas pro singulis mittere, & hoc modo expeditionis initium festinare vetitum, nisi aliud in comitiis placuerit \*†): factumque sæpius, vt Regi concederetur, vnas pro duabus mittere litteras, & quoties factum, constitutionibus de exciendâ in bellum Nobilitate insertum legimus. Tertiis litteris publicatis, tum demum Nobilitas suos in palatinatibus & terris habet conuentus, qui ipsam expeditionem præcedere debent \*\*†).

\*) Prilus. Stat. p. 890. Herb. Stat. tit. Bellum. p. 25. Vol. Constitut p. 208. §. Naprzod, p. 254. §. O woynie. (II. 841. 898.)

\*\*) Prilus. Stat. p. 890. Herb. Stat. p. 24. Constit. a. 1613. p. 1. tit. O podnoszeniu. (III. 163.)

\*\*\*) Histor. Pruss. IX. 59. 116. 134.

†) Constit. a. 1685. p. 4. tit. Pospolite. a. 1690. p. 5. tit. Pospolite. a. 1699. p. 41. tit. Pospolite. an. 1736 p. 93. tit. Pospolite. (V. 707. 764. VI. 52. 657.)

††) Histor. Pruss. VIII. 115.

†††) Prilus. Stat. p. 891. Herb. Stat. p. 25. Biels. Chron. p. 576. 577.

\*†) Prilus. l. c. Vol. Constit. p. 5. §. Wiki iedne. (II. 596.)

\*\*†) Prilus. l. c. Herb. l. c.

## §. XX.

Hæc expeditio omnibus nobilibus est subeunda, etiam illis qui in ciuitatibus ex fœnore vivunt, tum qui bona terrestria pignoris iure tenent aut eadem conduxerunt, nec minus bonorum regionum possessoribus, vt & oppidanis quibus sunt bona nobilium, ac scultetis aliisque huius generis. Ciuitates currus & alium apparatus bellicum, nec non certum militum numerum, qui ad summam redituum ex possessionibus publicis imperatur, suppeditant \*). Sunt tamen immunes ab expeditione generali, Ministri Senatorii ordinis, & qui circa Regem sunt, tum Senatores tum minoris dignitatis, legati ad externos missi, Burggrabijs Cracouien- sis, Tribuni terrestres, Vicarii Capitaneorum iudicialium, Notarij thesauri, ex aulicis Regi- næ triginta, ac alij, qui passim in constitutio- nibus nominantur \*\*). Modum quo lustran- da, quæque in suo palatinatu aut terra, nobi- litas, & in locum a Rege destinatum duenda, tum disciplinam in iuvenere, ac iudicia in eos qui deliquerint, constitutio an. 1621 describit \*\*\*): ad quam leges posteriores, tanquam ad normam, prouocant. In absentes olim capi- tis poena & bonorum confiscatio †) sancita, recentior lex solis bonis eos multat, vt in fiscum redacta militum stipendiis seruiant ††). Ne- que Regi licet immunem aliquem hac expe- ditione declarare, nisi lex aut aduersa valetudo  
ipsum

ipsiun liberum faciat †††), utque adeo Ordinum in comitiis consensu opus, sit, si quis, quem leges & valetudo non eximunt, impune abesse velit.

\*) Constit. an. 1621. tit. Sposob pospolitego ruszenia p. 7. f. (III. 410.)

\*\*) Vid. Hartk. Resp. Pol. lib. II. c. 8. §. 4. Zalas. Ius regni Pol. T. I. p. 850. f.

\*\*\*) Tit. Sposob posp. rusz. p. 2. f. (III. 411.)

†) Constitut. an. 1620. p. 4. tit. Pospolite rusz. (III. 412.)

††) Constit. 1676. p. 12. tit. Pospolite. (V. 339.)

†††) Herb. Stat. p. 26.

### §. XXI.

Vbi Nobilitas in constitutum locum confluit, a Rege in hostem ducenda est, cum alius imperium sequi detrectet, idque ex priscis temporibus, quibus Principum auspiciis & ductu bella gerebantur. Aderant, ut recentiora exempla citemus, Sigismundus I. Sigismundus II. & Michaël, cum excita nobilitas se sisteret, licet in hostem, quod alia intercedebant, non iretur. Sigismundo Augusto a. 1557 permittebatur, ut si diuersis locis hostes regnum invaderent, ipse cum nobilitatis parte se periculo, ubi illud maximum, obiceret, reliqua autem Ducem exercitus supremum alio sequeretur; quod in præsens constitutum, in exemplum ire non debebat, neque postero tempore nobilitas in partes diuidi \*). Hinc solenne,

vt generalis expeditio sine diuisione belli decernatur \*\*), quo omnis nobilitas non alium, præter Regem, Ducem sequi necesse habeat. Si vero interregni tempore, generali expeditione opus, exercituum Duces nobilitati præessent.

\*) Vol. Constit. p. 12. §. Iż też. (II. 608.)  
Herb. Stat. Stat. p. 45.

\*\*) Vol. Constitut p. 254. §. O woynie. p. 262.  
tit. Pozwolenie. Constit. an. 1616. p. 1. tit.  
Pospolite. a. 1619. p. 4. 5. tit. Okazowanie,  
an. 1623. p. 2. tit. Pospolite. an. 1628. p. 1.  
tit. Pospolite. Etc. (II. 898. 908. III. 271.  
351. 447. 576.)

### §. XXII.

Non potest Nobilitas in loco, ad quem euocata est, diutius quam duas hebdomades contineri, vt si intra hoc spatium nulla in hostem eundi occasio fuerit, ipsi infectis rebus domum redire liceat \*). Expeditio etiam finibus regni circumscribitur, quod iam regnante Casimiro M. obtinuit, vt nobiles precibus aut pretio inducendi essent, si vltra progredi deberent \*\*). Ludouicus, suo & successorum nomine promisit, si fines transierint nobiles, ab hoste captos redemptum & damna factum iri. Vladislaus Iagello addidit pecuniam, vt antequam fines excederent, quinas marcas reciperent \*\*\*). Quod post Sigismundi Augusti mortem, ab Ordinibus ita mutatum, ne  
nobiles,

nobiles, siue precibus siue repræsentatis quinque marcis, ad expeditionem ultra fines permovendi; si tamen consensu omnium Ordinum fines transeundi essent, idque fieret sponte nobilium, ut singulis, tum equiti tum pediti antea quinque illæ marcæ numerarentur, & expeditio trium mensium spatium non excederet †). In constitutionibus passim legitur, expeditionem generalem extra fines non susceptum iri, ex quibus constitutionem a. 1655 ††) allegasse in præsens sufficiat.

\*) Vol. Constit. p. 254. §. O woynie. (II. 898.)

\*\*) Prilus. Stat. p. 866. Herb. Stat. p. 29.

\*\*\*) Prił. l. c. Herb. p. 29. 30.

†) Vol. Constit. p. 208. §. Naprzod. p. 254. §. O woynie. (II. 841. 898.)

††) p. 5. tit. O pospolitym. (IV. 482.)

### §. XXIII.

Finite expeditione, præcipit lex \*), ut nobiles commeatu Palatini sui, aut alius ductoris, discedant domum, sine ullius in itinere iniuria repetituri, fecus a suo tribunali iudicandi essent.

\*) Constit. a. 1621. p. 9. §. A po skończeniu. (III. 412.)

### §. XXIV.

Ut autem Poloni expeditionem generalem intra regnum suum peragunt, ita Lituani &



Prussi suos fines non excedunt; in quo suis iuribus per constitutiones relinquuntur \*). Cum ergo Poloni a. 1621 Leopolim, & a. 1672 sub Golembium confluerent, Lituani & Prussi se non mouerunt \*\*).

\*) Constit. an. 1620. p. 5. tit. Pospolite. Constit. lituan. an. 1621. p. 22. tit. Pospolite. Constit. an. 1634. p. 2. tit. Pospol. ruszenie W. X. L. Constit. prior 1649. p. 14. tit. Pospolite. an. 1659. p. 10. tit. Pospolite. a. 1662. p. 17. tit. Pospolite. a. 1667. p. 12. tit. Pospolite. a. 1670. p. 4. tit. Pospolite. Constit. lituan. a. 1673. p. 3. 4. tit. Pospolite. a. 1676. p. 12. tit. Pospolite. an. 1712. p. 4. tit. Pospolite. Etc. (III. 365. 428. 831. IV. 267. 595. 846. 926. V. 52. 141. 339. VI. 220.) Vid. Histor. nost. Pruss. T. V. p. 151.

\*\*) Piasec. Chr. p. 347. Zal. Epist. T. I. p. 405.

### §. XXV.

Non iuit post annum 1672 polona nobilitas in expeditionem generalem, quam præcessit, quæ a. 1621 suscepta: vt eiusmodi expeditio, merito inter ea quæ raro admodum contigerunt referenda sit, licet sæpius decretam constitutiones loquantur. Neque pro generali expeditione habendum, quando vnus alterque Palatinatus, & ne quidem ex his omnes nobiles, armati in hostem iuerunt, quod bellis aduersus Suecos accidisse meminimus, quæ singulorum palatinatum dici possunt expeditioes, & non ad leges generali scriptas peractæ sunt.

sunt. Num vero ex generali expeditione magnus in Rempublicam redundaret fructus, illi perspicient, qui sciunt, non vna expeditione confici bella, sed in plures annos extrahi, nec ex solo hominum numero successum pendere, sed disciplinam, artem quæ usu discitur, Imperium, parendi necessitatem, arma, comitatum, ac alia, magnum ad victoriam afferre momentum. Ne dicam, quam gravis illa clades foret, si excita undique nobilitas profligaretur, cuius expeditioni, iam sua ætate *Bielscius* \*) stipendiarii militis operam prætulit. Qui per expeditionem generalem, in Polonia exercitum ducentorum aut trecentorum & tringinta ac ultra equitum millium conflare posse, olim crediderunt, illos non moramur \*\*), sed in medio relinquinus, num recte calculos posuerint. Quam lente & quam modico numero, Nobilitas regnante Michaële confluerit, alibi \*\*\*) membrauimus.

\*) Chron. p. 433.

\*\*) *Fredro Histoy. Henrici. p. 20.*

\*\*\*) *Hist. Pruss. VIII. 73.*

### §. XXVI.

Quo etiam Nobilitas, in generalem expeditionem equis & armis idoneis semper instructa esset, lustrationes in Polonia & Lituania, in palatinatibus aut terris, tum singulis annis, tum quouis biennio, haberi debebant, quæ tamen

olim neglectæ iam a longo tempore desierunt \*) : frustra illis etiam nostra ætate commendatis \*\*).

\*) Fredro Hist. Henrici p. 22-25. Collectas de lustrationibus leges, exhibet Ladouius in suo indice tit. Okazowanie. Addatur Zieglicii Index p. 393-399.

\*\*) Constit. a. 1718. p. 2. tit. Pospolite. a. 1726. p. 3. tit. Pospolite. an. 1736. p. 93. Pospolite. (VI. 393. 404. 657.) Konfed. gener. a. 1764. p. 75. tit. Okazywanie.

### §. XXVII.

Possunt dici militia socialis, auxilia quæ Polonis a Prussiæ Rege & Duce Curlandiæ belli tempore expectanda. Dux enim Prussiæ, Elector Brandenburgensis Fridericus Vilhelmus, a. 1657 per pacta Velauiensia & Brombergensia, suo ac Serenissimorum posterorum, iam Regum in Prussia, nomine, Polonis mille & quingentos pedites aduersus hostes promisit \*). Cum nouo autem Curlandiæ Duce an. 1737 conuenit, ut ab eo quingenti pedites, aut pro illis, equites ducenti in auxilium præstentur. Aliquando Tattari Crimenses integris exercitibus Poloniæ Regibus, quando eorum auxilia exigebantur, militarunt, quique iam an. 1410 in exercitu Lituatorum fuisse, ac an. 1419 & 1467 suam opem contra quemuis hostem obtulisse leguntur \*\*). Sigismundus I. illis in annum stipendium quindecim

decim florenorum millia constituit, vt ad ferenda auxilia semper parati essent; stipendio mox ad totidem nummorum aureorum millia aucto, ex regni & Lituaniæ thesauro numerando \*\*\*). Inde Tattarorum donativum, pecunia, pellibus & aliis rebus præstitum, cuiusque in historia frequens fit mentio, quod vt pactis firmatum, ita non sibi representatum Tattari sæpius questi, ac inter belli causas retulerunt. Vfus est illorum copiis Ioannes Casimirus, aduersus Moscos, Suecos & seditiosos Cosacos, post Ioannem Casimirum vero adhibere non fuerunt. Nihilominus Tattari, quasi subsidium tulissent, in exigendo donatiuo perstiterunt, quare cum ad Caroli vicum de pace cum Turcis agendum esset, legato inter alia fuit mandatum, vt abolitionem donatiui efficeret, & quamuis in tabulis pacis nulla eius facta mentio, Tattaris tamen interdicitur, hostilia aduersus Poloniam exercere, sub cuiuscunque controuersia, aut postulationis prætextu, idque ad omnes imperio Ottomannico subiectas gentes extenditur, addita causa, quod Poloniæ Regnum ab antiquo sit liberrimum, & pacis ac pactorum auctoritate ad tales postulationes nequaquam adstringatur \*\*\*\*). Id manet ex veteri consuetudine, quod Tattari Regem & Rempublicam missis legatis colant, qui munuscula offerentes, ampliora dona, non tanquam debita, sed ex beneuolentia, reportant.

\*) Pufend.

\*) Pufend. de reb. Frid. Viffi. T. I. p. 384. §. Subfidia. p. 389. §. 81.

\*\*) Dlug. XI. 243. XIII. 403. Biels. p. 318.

\*\*\*) Biels. p. 506. 518. 563.

\*\*\*\*) Zal. Epist. T. II. p. 629. 766.

### §. XXVIII.

Non erit a tractatione nostra alienum, si quædam de munimentis addimus, cum illa ut milites, securitati publicæ contra hostes seruiant. Poloniam Lituaniamque iis fere carere, notum est omnibus, ut etiam iactatum, esse Polonis pectora pro muris seu munimentis, neque defuerint, qui existimarent, hanc munitionum penuriam Republicæ utilem esse \*). Est tamen in Podolizæ finibus Camenecum, celebratum illud aduersus Turcos propugnaculum, natura magis quam opere validum, quodque regnante Michaële, post breuem obsidionem, hostibus cecidit. Est in illo tractu munimentum, cui a Sancta Trinitate nomen, Ioannis III. tempore excitatum, ut dum Camenecum hostes tenerent, fines tueretur. Laudatum alias Zamoscium, terræ Chelmenfis oppidum, a munitione, sed parui admodum, si eum exteris conferatur, est momenti. Quæ olim obsidionem sustinuerunt, ac vi expugnatae sunt ciuitates, hodie operibus nudæ, veterum ruinas ostentant. Solum Gedanum munitæ urbis meretur nomen, idque suis sumptibus debet, quibus opera olim instruxit, ac au-

cta

Et in dies, metur: ut eadem ciuitas suum stipendiarium habet militem, ne presidio destituatur, aut aliis, quam quos ipsa conduxit alitque, suam securitatem permittat. Elbinga, alia in Prussia ciuitas, quæ munitionibus sibi quondam nomen comparauit, non iis est cincta operibus, quæ se nostri sæculi ingenio approbant. Thorunum, celebre quondam in Prussiarum finibus propugnaculum, quid fuerit, ruinis suis ostentat, iam triste obsequii in Regem & exacerbati hostis monumentum.

\*) Zalus. Epist. T. II. p. 188.

### §. XXIX.

Quod si aut munimenta vetera instaurare, aut noua excitare placeret, agendum esset de eo in comitijs, ut ab Ordinibus impensæ decernerentur, quod exempla, quæ in constitutionibus leguntur, confirmant \*). In Regum pactis hæc habita fuit munimentorum ratio, ut Stephanus limites regni ab hostium aditu se munitorum; Sigismundus III. quinque in finibus, locis opportunis, arces; Vladislaus IV. & Ioannes Casimirus cœpta Cameneci opera absolueret, ac quatuor in Veraina & Lituania munitiones excitare, tum Pucense oppidum ad Prussiarum oram munire; Michaël Cameneci opera reparare; Ioannes III. Leopolum munire in Lituania nouum propugnaculum concedere; Augustus II. Leopolum operibus claudere;

&

& Augustus III. Camenecum ac sanctissimæ Trinitatis propugnaculum, ad defensionem, nouis munitionibus firmare, suis quisque sumptibus, promiserint \*\*). Vltimum, de melius muniendis Cameneco & S. Trinitatis propugnaculo, in constitutionibus an. 1736 repetitum \*\*\*).

\*) Vid. Index constitutionum Ladouii p. 121. tit. Fortece. & Zeglicii Index constit. p. 164. 165. tit. Fortece.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 251. §. Quinto, limites. p. 452. §. Quinque arces. P. C. Vladislai IV. & Ioannis Casimiri. §. Municipia około Michaëlis. §. Zawdzięczaiąc stanom. Ioannis III. §. Fortece dwie. Augusti II. Propositiones. §. A lubo fortece. Augusti III. Propozycyi. §. Kámieniec także.

\*\*\*). Constit. an. 1736. p. 102. tit. Opátrzenie kámienca. (VI. 666.)

### §. XXX.

A munimentis redimus ad militem, sed externum, qui non intra regnum legitur, verum aliunde arcessitur. Galliarum Rex, Carolus IX. fratre Henrico a Polonis Rege electo, promisit aduersus hostes auxiliares copias, si Ordines eas exegerint \*). Ex quo tempore Reges in suis pactis sponderunt, sine Ordinum consensu externum militem non accituros admissurosque esse \*\*). Quod etiam constitutionibus repetitum \*\*\*), vt id ne quidem Senatus

natus auctoritate, siue ex necessitate, siue ex alia quacunque ratione liceat †): Nobilitati in externum militem, tanquam in publicum hostem, generali expeditione concessa, si nihilominus regnum ingressus fuerit ††). Denique Stanislaus Augustus promisit, ut copiarum exercitus, pacata Republica quam ocysime ultra fines ex Regni prouinciis excedant, & damna sarciant †††).

\*) Vol. Constit. p. 224. §. Primum fœdus. (II. 860.)

\*\*) Vol. Constit. p. 252. tit. Conditiones. P.

C. Vladislai IV. & Regum successorum.

§. Woytk cudzoziemskich. (II. 895.)

†) Constit. poster. an. 1629. p. 2. tit. O

zaciagu. a. 1638. p. 7. tit. O supplemen-

tach. (III. 647. 929.)

†) Constit. a. 1699. tit. Vbepieczenie p. 30. a

1717. p. 4. 5. a. 1736. tit. Vbepieczenie p.

4. (VI. 59. 235. 575.)

††) Constit. a. 1699. & 1736. l. c.

†††) P. C. p. 14. §. Woytk.

### §. XXXI.

Possunt ergo, si Ordines probauerint, Reges peregrino milite in hostes uti, siue ipsum extra regnum legerint, siue ille ab alio Principe in auxilium missus fuerit. Ea conditione Regem Galliarum olim obtulisse copias, proximus §. docuit. Neque aliter Stephanus veteranum suum militem, Augustus II. sex millia, Augustus III. tantum, quantum flagitata Republica, exercitum, suis sumptibus promi-



promiserunt, cum inter regni candidatos nomen profiterentur; Augusto II. Ordinibus insuper optionem permittente, pecuniam an milites inalletent \*). Hoc pariter modo, an. 1629 aduersus Suecos Cæsaris Ferdinandi II. auxilia admissa \*\*), quamuis de eo nihil in constitutionibus illius anni legatur, vt probabile fit, consensum Ordinum scripto *ad archivum* dato insertum fuisse. Tempore Ioannis Casimiri, ex Senatus consilio, quia comitia propter bellum haberi non poterant, exercitus Austriacus contra hostes subuenit, cuius auxilium Ordines in proximis comitiis taciti probarunt, fœdus cum Cæsare, quo auxilium illud conuenerat, ratum habentes \*\*\*). Augustus II. & Augustus III. post suam electionem cum Saxonis copiis regnum ingressi, sed sponte Reipublicæ, a qua electi, quo suum ius & Reipublicæ auctoritatem, a competitoribus horumque partibus tuerentur †), Vltimo bello Suecico placuit Ordinibus, milite Saxone in auxilium vri, statim ac pax reddita esset, extra regnum dimittendo ††). Accesserunt tum copie Russicæ, quas sibi Rex & Respublica per fœdus a. 1704 paciscebantur †††).

\*) P. C. Stephani §. Tertio si ita. Augusti II. & Augusti III. in propositionibus §. Więc żeby ná potym. §. Et casu.

\*\*) Piatec. Chr. p. 406.

\*\*\*) Kochov. Annal. Clim. II. p. 206. 215.  
Const.

- Constit. a. 1658. p. 2. tit. Approbacya pastorum z Kroleni Wegierskim. (IV. 515.)  
 †) Constit. a. 1699. p. 29. tit. Vbepieczenie. a. 1736. p. 3. tit. Vbepieczenie. (VI. 50, 575.)  
 ††) Constit. a. 1703. p. 6. tit. Diploma. Konfed. gener. pod Sandomierzem p. 2. Constit. an. 1710. p. 7. tit. diplomá. (VI. 90. 143.)  
 †††) Constitut. an. 1710. p. 51. §. 6. X aby tym. (VI. 167.)

## CAP. IX.

## De Pace &amp; foederibus.

§. I. *De pace inveniunda Rex cum Ordinibus deliberat. Eadem ut ex horum sententia inea- tur. Legati de pace in comitiis nominati, ibidemque mandata scripta. Legati ex Senatus consilio.* §. II. *De pace aut inauciis compositis ad Ordines refertur, quod interdum in Senatus consilio factum. Pax in comitiis aut Senatus consilio probata, ac tum constitutionibus, tum metrica cancellariae regni inserta. Pax post annos viginti quatuor, ex quo composita, inter constitutiones relata. Pacis Oliensis instaurationis, metrica cancellariae regni mandata.* §. III. *Exempla pacis cum Turcis & Tattaris, Rege & Ordinibus infens.* §. IV. *Contractoriae cum exteris Principibus, quomodo componendae. Delegati in comitiis ex utroque Ordine, qui de iis colloquia habeant, ac quid*  
 Tom. II. K k effeci.

*effecerint, in comitiis sequentibus exponant.*  
*§. V. De fœderibus seruandis. Vetere fœ-*  
*dera, adhibitis Senatoribus residentibus, in-*  
*stauranda, Et instaurationem in comitiis pro-*  
*bandam esse. Fœdus extra comitia instaurationem,*  
*in comitiis nondum probatum. Fœdus*  
*ex pace Velauiensis, certis temporibus instaurandum.*  
*Peracta aliquoties instauratione, Et*  
*aliquoties omissa. §. VI. Noua fœdera in*  
*comitiis contrahenda. Contractum ex comi-*  
*tiali decreto extra comitia fœdus, in magno*  
*consilio probatum, ac fœderis tabulæ post an-*  
*nos aliquot constitutionibus insertæ. Fœde-*  
*ra ex Senatus consilio in comitiis rata ha-*  
*bita. Ne noua fœdera ex Senatorum consi-*  
*lio incantur.*

## §. I.

**B**ellum, quod militibus geritur, pax, ut præcedit, ita excipit; de qua Rex ad Ordines refert, ut cum illis de conditionibus, quibus componenda, consultet. Vladislæus IV. Ioannes Casimirus, Michaël & Ioannes III. in suis pactis promittebant, cum Principibus quibuscumque bellum aut iudiciæ erant, pacem per legatos, ex Ordinum sententia inire \*). Ante hos, Stephanus de pace cum Russis ad Ordines retulit, quibus ea placuit, si hostis Liuonia cederet \*\*). Idem fecerunt Reges, qui post Stephanum regno præfuerunt, quoties cum hostibus de pace agendum, ac in comitiis nomi-

nati

nati legati, quibus Regis & Ordinum auctoritate mandata scripta, quæ effici curarent. Sic a. 1679 in comitiis nominati, qui cum Russicis oratoribus de pace perpetua agerent. Idem factum an. 1686 scriptumque mandatum, ad quod cum Russico Imperio pax & fœdus inirentur \*\*\*). Quod si comitia haberi aut expectari nequeunt, legati de pace ex consilio Senatorum mittuntur, cuius rei in Velaviensi †) & Carolivicensi pace ††), exempla habemus. Cum Turcis a. 1672 & 1676 Ordinibus in comitiis non consultis, pax composita. Et Ordines qui priorem non probarant, posteriorem in sequentibus comitiis ratam habuerunt †††).

\*) P. C. Vladislai IV. §. Pacta & fœdera. §. Z Państwem. Ioannis Casimiri, Michaëlis & Ioannis III. §. Pacta & fœdera.

\*\*) Heidenst. p. 165.

\*\*\*) Constit. poster. a. 1613. p. 11. tit. O Tátarách. a. 1616. p. 1. tit. O Moskwie. (III. 2. o. 272.) Histor. nost. Pruss. T. V. p. 210. 219. Doc. p. 163. Constit. an. 1632 p. 1. tit. O Moskwie. an. 1633. p. 14. tit. Commissya. Constit. prior. a. 1649. p. 14. tit. Commissya. a. 1652. p. 1. tit. Instrukcya a. 1658 p. 19. tit. Commissya. a. 1659. p. 7. tit. Commissya. an. 1670. p. 15. tit. Deputęci Etc. (III. 708. 786. IV. 267. 361. 534. 593. V. 54. Hist. Pruss. VIII. 179. 260.

†) Constit. a. 1658. p. 3. tit. Approbacya pactorum z Kurfirstem. (IV. 516.)

††) Zalus. Ep. T. II. p. 627. 628. f.

††) Hist. Pruss. VIII. 74. 83. 91. 145. 150. 161.

§. II.

Quando pax, aut pro pace aliquot annorum induciæ compositiæ sunt, referunt de iis quæ peregerint, legati in comitiis \*). De pace Carolivicensi expositio, ad consilium post comitia differebatur, quod quo minus fieret in comitiis, negotia alia intercedebant \*\*): estque etiam alias de pace ac induciis in Senatorum consilio relatam. Pax & induciæ a Rege & Ordinibus ratahabentur \*\*\*), ac constitutione probantur \*\*\*\*). Velaviensis pax, a Rege ex Senatus consulto Brombergæ rata habita, in comitiis lege firmabatur †); & cum iis quæ Brombergæ addita, in *metrica* cancellariæ regni minoris describebatur. Paci Oliuensi, Rex & auctoritate comitiali ab Ordinibus delegati, in conuentu extraordinario an. 1680 subscripserunt, quæ integra constitutionibus sequentis anni inserta ††). Vltimum, sed longo intercedente spatio, paci cum Russis contigit, quæ a. 1686 composita, demum a. 1710 inter regni leges locum obtinuit †††). Pax antiqua Oliuensis, funesto bello rupta, habitis inter Regis & Reipublicæ *Commissarios* & Regis Sueciæ legatum Varsoviæ colloquiis, per mutuas Regum Poloniæ & Sueciæ declarationes a. 1732 instaurabatur, quæ, præmissa commemoratione eorum quæ a *Commissariis* acta, adscriptisque eorum nominibus, *metrica*

can-

cancellariæ regni minoris inferebantur †††). Vt autem hæc pacis instaurationis, a Rege & Ordinibus rata haberetur; *Commissarii* quidem proximis comitiis reseruabant, quod tamen non præstitum est.

\*) Histor. nost. Pruss. T. V. p. 231. T. VI. p. 81.

\*\*) Constit. a. 1699. p. 41. tit. Relácia. (VI. 66.)

\*\*\*) Histor. nost. Pruss. T. V. p. 232. Docum. 1690. 170. T. VI. p. 81. Docum. p. 47.

\*\*\*\*) Constit. poster. a. 1629. p. 1. tit. Approbácia Constit. poster. an. 1635. p. 1. tit. Approbácia. (III. 903.)

†) Constit. a. 1658. p. 3. tit. Approbácia pact. z Kurfirstem. (IV. 516.)

††) Constit. a. 1661. p. 41. f. (IV. 735.)

†††) Constit. a. 1710. p. 37. f. (VI. 146. seq.)

††††) Hist. Pruss. IX. 394. Doc. p. 77. & seq.

§. III.

Anno 1617 Stan. Zolkievius, supremus exercitus poloni Dux, mandato destitutus, cum Tattaris transegit, quod multi sed taciti indignabantur, Zolkievius vero hoc suum factum, per se illicitum, Regis gratia confusus, publico commodo tuebatur \*). Cuius exemplum secuti, qui cum Principe regio Vladislao adversus Turcos missi, a. 1621 pacem cum hostibus, Rege & Ordinibus insciis, composuerunt \*\*). Et an. 1667 abrupta amicitia cum Tattaris, ad Podhaicios a supremo exercitus Duce, Io. Sobiescio, scriptis conditionibus renouata est \*\*\*),

\*) Piaſec. Cht. p. 301. 308.

\*\*) Piaſec. p. 346. 347.

\*\*\*) Zalufc. Epilt. T. I. p. 13. 14.

#### §. IV.

Vt pax bellum finit, ſic illud auertitur, quando controuerſiæ, ex quibus oriri poſſit, amice tolluntur, idque cum Ordinibus quam primum curaturum, in pactis conuentis Auguſtus III. ſpouondit \*). Pertinet enim hoc negotium ad Regem & Ordines, quod in comitiis, nonnullis Senatoribus & nobilibus ex ſingulis gentibus mandatur, quorumque nomina conſtitutioni, quæ ipſis agendi facultatem largitur, inferi ſolent: cuiusmodi conſtitutiones magno numero habentur, cum ſæpiſſime, tum de finibus tum de aliis diſceptatum, quæ per colloquia dirimi placuit. Quod prioribus comitiis decreta cum vicinis colloquia non peracta erant, eadem a. 1685 noua lege firmabantur, aliis legatis in mortuorum locum, a Rege ſufficiendis \*\*). Occupata an. 1698 ab Electore Brandenburgico Elbinga, iniungebatur nonnullis ex Senatorio & equeſtri ordine, vt compositionem, modo, quem ſcriptum ad *archiuum* datum continebat, tentarent \*\*\*). In comitiis an. 1726 magno numero delegabantur, qui cum Cæſaris Germani, Auguſtæ Ruſſorum, Regum Sueciæ & Pruſſiæ oratoribus agerent, ac quid effeciſſent, proximis comitiis referrent, quo probari ab  
Ordi-

Ordinibus posset †). Idem post annos decem  
 iisdem mandabatur, in primis vt cum legato  
 Russico colloquia de veteribus & nouis con-  
 trouersis instituerent, approbatione eorum,  
 quæ conuenissent, proximis comitiis seruata.  
 Fiebat simul aulæ Turcicæ mentio, vt pariter  
 cum ipsa ageretur ††). Quæ exempla ex  
 quam plurimis decerpta, in præsens sufficere  
 possent. Addimus tamen controuersias de  
 titulis cum Imperatrice totius Russiæ & Rege  
 Prussicæ interregno in comitiis conuocationis  
 a. 1764 compositas †††).

\*) P. C. Augusti III. §. Pacta & fœdera.

\*\*\*) Constit. a. 1685. p. 15. tit. Commissye. (V.  
 721.)

\*\*\*\*) Constit. a. 1699. p. 32. tit. O Elbiagu.  
 (VI. 56.)

†) Constit. a. 1726. p. 15. seq. tit. Kommissya.  
 (VI. 413.)

††) Constit. a. 1736. p. 93. tit. Oświadcze-  
 nie. (VI. 658)

†††) Konfed. gener. p. 21. & seq. p. 106. Akt  
 Elec. p. 5.

## §. V.

Præter pacem, quam regnum nostrum cum  
 exteris colit, sunt ipsi fœdera, quæ Reges sine  
 Reipublicæ damno ac prouinciarum iactura  
 seruare \*) promittunt. Addit Stanislaus Au-  
 gustus: Se controuersias de finibus cum Prin-  
 cipibus vicinis compositurum, integritatem &



indemnitate iurium Reipublicæ quam cautissime custoditurum & de commerciis cum vicinis Principibus ex maxima Reipublicæ utilitate, ab Ordinibus in comitiis approbandis, in iurum esse \*\*). Quod si vetera fœdera renouanda, fieri id potest, adhibitis Senatoribus in aula residentibus \*\*\*), vt tamen hæc veterum fœderum instauration, ab Ordinibus in comitiis probetur †). Viget a longo tempore fœdus inter Poloniam & Austriacam domum, aliquoties & vltimum a. 1732 ex Ordinum decreto repetitum, sed nondum in comitiis ratum habitum, licet in proximis approbati debuisse ††). Pax Velaviensis simul fœdus perpetuum inter Duces, qui hodie Reges Prussiæ, & Poloniam continet, qua ex causa sancitum, vt eadem instauretur & iureiurando vtrique per delegatos firmetur, quoties aut novus Princeps in Prussia succederet, aut novus Poloniæ Rex eligeretur †††). Quod cum an. 1670 ob controuersias, ex illo fœdere ortas, nomine Regis Michaëlis negaretur, post biennium, controuersias in aliud tempus sepositis, factum est \*†). Idem an. 1677. 1688. 1698 controuersias manentibus, repetitum \*\*†), sed ex hoc tempore omissum, ad disceptandas autem controuersias, in comitiis a. 1726 ex vtroque Ordine delegabantur, ac tandem in eo studium suum Augustus III. ad exemplum priorum Regum, in pactis conuentis promittebat \*\*\*†).

\*) P.

- \* ) P. C. Augusti II. & Augusti III. §. Pacta & fœdera.
- \*\* ) P. C. Stanisłai Augusti §. Pacta & fœdera.
- \*\*\* ) Constit. prior. a. 1649. p. 14. tit. Pacta. a. 1676. p. 21. tit. Pakta. (IV. 267. V. 353.)
- † ) Constit. an. 1736. p. 92. tit. Wårunek. (VI. 656.)
- †† ) Constit. a. 1726. p. 12. 13 tit. Kommissya z Cesarzem. (VI. 412.) P. C. Augusti III. §. Compactata. Commentar. ad P. C. Augusti III. p. 71.
- ††† ) Pufend. de Reb. Frid. Vilh. lib. VI. p. 385. § Fœdus hoc.
- \*† ) Pufend. lib. XI. §. 101. 106. 107. Zal. Epist. T. I. p. 253. f. Histor. nost. Pol. p. 233. 236. 237.
- \*\*† ) Pufend. XV. 14. Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 106. 1072. 1151. Histor. nost. Pol. p. 252. 263. 286.
- \*\*\*† ) Constit. a. 1726. p. 17. seq. tit. Kommissya z dworem Berlińskim. (VI. 415.) P. C. Augusti III. §. O eliberacyz Drahima.

§. VI.

Noua fœdera non possunt contrahi, nisi Ordinum in comitiis consensus præcesserit \*). Hoc modo coaluit an. 1683 fœdus cum Leopoldo Cæsare aduersus Turcos, ad quod Regis & Reipublicæ nomine, ex Senatu & conclaui Nuntiorum delegabantur, inter quos ipse Nuntiorum Mareschaleus erat \*\*). Fœdus cum Russorum Imperatore, Petro I. in comitiis Lublinsibus a. 1703 scripto ad *archivum* dato

dato decretum, & sequenti anno compositum, in consilio magno Grodnenſi an. 1705 probabatur \*\*\*), ac ipſæ fœderis tabulæ *constitutionibus a. 1710 p. 55. Et ſeq.* inferrebantur. Fernente bello Suecico ſecundo, ex Senatus conſilio, cum Regibus Hungariæ & Daniæ ac Electore Brandenburgico inſtabantur fœdera, quod excuſabat neceſſitas, quia hoſte per Poloniam diſuſo, haberi comitia nequibant, & publica ſalus moram non patiebatur: aſſenſus tamen Ordinum proximis ſequebatur †). Auctor erat an. 1672 Præcancellarius regni Olczovius, vt publica lege Regi facultas permitteretur, ex Senatorum conſilio tum exteris Principibus paciſcendi, quæ Reipublicæ conducerent: ſed huic ſententiæ, leges, conſuetudinem, & Reipublicæ Poloniæ conſtitutionem obſtare demonſtrabatur ††). Fœdus inter Regem Poloniæ, Cæſarem & magnæ Britanniæ Regem an. 1719 inſciis quidem Ordinibus, ſed ſalua Reipublicæ approbatione: iſtum eſt, quod cum ſequenti anno in comitiis non placeret, ipſa etiam comitia rumperentur, ratum haberi haud poterat †††).

\*) Conſtit. a. 1646. p. 2. tit. O záciagu. a. 1703. p. 6. tit. Diploma. a. 1710. p. 7. tit. Diploma regium. (IV. 87. VI. 90. 143.)

\*\*\*) Zal. Epiſt. T. I. part. 2. p. 804. 805.

\*\*\*\*) Zal. Epiſt. T. III. p. 750. 755.

†) Conſt.

†) Constit. a. 1658. p. 2. 3. tit. Approbacia pæctorum. (IV. 515)

††) Zal. Epist. T. I. p. 336.

†††) Hist. Pruss. IX. 328 & seq.

## CAP. X.

## De Legatis &amp; legationibus.

§. I. Legati sint nobiles, indigenæ ac possessiones habeant. Idem de Residentibus intelligendum. Galli & Itali interdum legati & Residentes fuerunt. Ne a ministris Saxonibus polona negotia tractentur. §. II. Legati possunt esse Senatorii & Equestris ordinis, ecclesiastici & sæculares. De Ministro Senatorio dubitatum. Lex, ne ecclesiastici Romam legati mittantur, eiusque causa, quæ iam cessat. §. III. Legatos Rex declarat. Eorum mandata ubi scribantur, quæ cum Ordinibus in comitiis communicari solent. Ex consilio Senatorum legati missi. Sermo quo mandata eorum exarentur. §. IV. Sumtus in legationes, quos legati nonnunquam de suo expendunt, inde ut sibi ex publico ærario refundantur, postulatio. §. V. Legatio peracta Ordinibus exponitur. Expositio in Senatus consilio. Eadem litteris mandata ut metricæ inseratur. Iusiurandum in legationem. Lecta coram Ordinibus formula, antequam iuratum. Quis iusiur-

*iusiurandum præcat. §. VI. Principum  
 exterorum legationes. Inuisus Regis Gallia  
 legatus, cum pro successore Regi viuo suffi-  
 ciendo laboraret. Lex, ne legati exteri ad  
 aulam sint perpetui, sed certo spatio suam  
 legationem finiant. Usus legi contrarius.  
 Qui in Agentibus, Commissariis, & Resi-  
 dentibus exterorum Principum, urbi Cædano  
 habeatur honor. Exempla legatorum, qui  
 iam dimissi ex regno abire nolunt. Præsen-  
 tia quorundam legatorum in comitiis ægre  
 lata. §. VII. Ad solum Regem legati  
 missi, quomodo audiantur & dimittantur.  
 Legati absentibus Senatoribus & Ministris  
 admissi exemplum. Ad Regem & Rempu-  
 blicam missi, coram Ordinibus audiendi &  
 dimittendi, nisi necessitas aliud flagitet.  
 Cum iis Regis & Ordinum nomine agitur.  
 §. VIII. Nefas est, omisso Rege, ad solos  
 Ordines legatos ab exteris mitti. Legatus  
 ciues in suum Principem concitans excedere  
 regno iussus, & ad fines deductus. Inde  
 querela ad Primatem delata, qui cum legati  
 extranei causam suscepisset, a Rege merito  
 obiurgatus est. Eiusdem Primatis ausum,  
 exteros legatos contra Regem missos, exci-  
 pientis audientisque. Legatus contra Re-  
 gem arma & alia quæ bello vsui sunt pa-  
 rans, recte pro hoste habitus. §. IX. Sum-  
 tus in quosdam legatos exteros, ex regni &  
 Litua-*

*Lituaniz thesauro. Quid hostie obtineat,  
quidque de Legato Turcico nuper sancitum.*

## §. I.

**P**ax & fœdera legatorum opera sanctuntur: quos leges non sunt, esse extraneos, sed Polonis, Lituanis, tum nobilibus ac quibus possessiones sint, munus hoc mandari exigunt \*): ita quidem, ut per Polonos & Lituanos etiam illi intelligantur, qui in provinciis regno & magno Lituaniz Ducatui iunctis nati sunt; & quod de legatis dicitur, non minus ad eos pertineat, qui publicorum negotiorum causa apud externos resident, ac inde *Residentium* nomine appellantur \*\*). Factum est olim, ut interdum Gallis & Italis legationes mandarentur, essentque illarum nationum apud externos *Residentes*, quod Ordinibus displicuit populares suos peregrinis preferendos esse existimantibus. Augustus II. suis Saxonibus, quos ad aulæ Principum habebat, mandavit, ut attenderent, ne quid quod regno suo noxium, strueretur, cum Reipublicæ ærarium non sufficeret, ut a Polonis Lituanisque legationes obiri potuissent. Sed non caruit, ut tunc erant tempora, providentissimi Principis cura suspitionibus, ut inde negotia polona, a Saxonica ministris tractari vetaretur \*\*\*).

\*) Constat. an. 1646. p. 2. tit. O zaciagu.  
(IV. 83.) P. C. Michaëlis, Ioannis III.  
Augusti

Augusti II. §. To też waruiemy. Augusti III. §. Posłow w legacyach. Stanisłai Augusti §. Posłow wielkich. Constitut. an. 1712. p. 6. tit. Legacyá. (VI. 220.)

\*\*\*) Constit. an. 1646. p. 2. tit. O zaciágu. (IV. 83.) P. C. Augusti II. §. To też waruiemy. Augusti III. §. Posłow w legacyach. Stanisłai Augusti §. Posłow wielkich.

\*\*\*\*) Constit. a. 1717. p. 11. in fine §. Niemniety. (VI. 239.)

## §. II.

Mittuntur legati, aut Senatores aut nobiles \*) modo vnus, modo plures, tum *ecclesiastici* tum *seculares*. Si plures, solent esse Senatorii & *questris* ordinis, poloniz & lituaniz gentis. Anno 1669 a quibusdam dubitatum, an Minister Senatorius extra regnum legationem obire posset, quod multi hunc honorem Pro-cancellario regni, Olczowio, Viennam profecturo, inuidebant. Sed cum nulla lex obstarret, & exempla essent, tum aliorum Ministrorum, tum Cancellariorum, qui legationibus apud exteros functi \*\*), scrupulus ille moueri non debuisset. Legatione autem ad summum Pontificem, lex recentior sacri ordinis viros ascet, quia Augustus II. & Augustus III. in suis pactis promiserunt, *seculares* se, non *spirituales*, Romam missuros esse \*\*\*). Agitabatur, illis temporibus, de iure patronatus regii

regii in nominandis Abbatibus controuersia, inde metus, ne si viri sacri ordinis legationes obirent, Regis ius remissius assereretur. Quam ob rem, legatus ad Summum Pontificem art. 1726 Lublinensis Palatinus declarabatur, qui cum Romam non iret, litem de nominandis Abbatibus, cum Papæ Nuntio, post annos decem in regno composuit \*\*\*\*): qua composita, cessat causa, ob quam ecclesiastici Romam legati non mittendi, vt iam recte mitti posse videantur, nisi malimus verbis legis inherere, quam eius sensum sequi. Et potest dici, quod de viris ecclesiasticis Romam non mittendis in duorum priorum Regum pactis legitur, tacite iam abrogatum esse, cum de eo nouissima pacta conuenta Stanislai Augusti fileant.

\*) P. C. Augusti II. §. T. *cz. wartiemy.*

Augusti III. §. *Poslow w legacyach.*

\*\*) Zakus. Epist. T. I. p. 210. Vid. *sup.* lib. III. c. 8. §. 45.

\*\*\*) P. C. Augusti II. §. c. Augusti III. §. *Na legacy do Rzymu.*

\*\*\*\*) Vid. *supra* lib. II. c. II. §. 18.

### §. III.

Legatos Rex declarat, siue comitiarum tempore, siue extra comitia mittantur, & P. C. Stanislai Augusti distinguunt inter legatos maiores & minores, vt illi ex decreto comitali, hi in quorum numerum etiam Residen-



tes in aulis exteris referuntur, ex consilio præsentium Senatorum, secundum necessitates Reipublicæ mittantur \*). In comitiis an. 1677 Rex declarabat Palatinum Culmensem Legatum ad aulam Turcicam, solis consultis ex folio Senatoribus, cui cum Regis, Senatus, & Nuntiorum nomine gratiæ agerentur, quod legationem suscepisset, haud probabat gratiarum actionem Primas, quæ demum legatione peracta deberetur \*\*). Decreta an. 1701 in comitiis legatio, rata mansit, comitiis quavis ruptis. Si comitiis tempore declarantur Legati, interdum in negotiis maioris momenti ex Senatu & equestri ordine, qui mandata scribant, deliguntur \*\*\*): quæ plerumque Rex in cancellaria exarari curat, & legatione peracta cum Ordinibus communicat. Injungebat an. 1718 in comitiis Rex Palatino Maloviæ legationem ad Russorum Cæsarem, cuius mandata, atrequam Palatinus rediisset, anno sequenti, coram Nuntiis in illorum conclavi recitabantur. Alias mandata Legatorum consultis ad latus Regium Senatoribus & Ministris Senatoriis, componenda sunt †). De mandatis legatorum generatim lex præcipit, ut Senatus consultis inserta in comitiis coram Ordinibus, eodem quo senatus consulta tempore, a Cancellariis legantur ††): sed ut Senatus consultorum non a Cancellario †††), ita neque mandatorum lectio ab illo peragitur. Ipsi etiam legati, dum de legatione referunt,

ferunt, mandata sua recitant, quod commentarii comitorum passim docent. Qui extra comitia legati ad externos ablegantur, ex Senatorum, qui circa Regem, consilio mittuntur, quod ut per legem \*†) licet, sic continuo usu servatur, ne tamen a legatis negotia tractentur, quæ omnium Ordinum consensum exigunt: nisi necessitas aliud flagitet, esseque supra \*\*†) exemplis demonstratum, de pace & fœderibus oratores esse missos, antequam Ordines in comitiis sententiam rogari potuissent. De sermone, quo legatorum mandata scribenda, cautum, ut sit vel polonus vel latinus \*\*\*†).

\*) P. C. Stanisłai Augusti §. Posłow wielkich.

\*\*\*) Hist. Pruss. VIII. 152.

\*\*\*†) Vid. Cap. 9. §. 1.

†) P. C. Stanisłai Augusti §. Posłow wielkich.

††) P. C. Michaëlis & Regum Successorum §. To też wáruiciny. Augusti III. §. Posłow w legacyach.

†††) Vid. Cap. 2. §. 26.

\*†) Vol. Constit. p. 253. §. A w sparamach. (II. 897.) Sup. lib. II. c. 12. §. 14. Constitut. an. 1712. p. 6. tit. Legacya. (VI. 220.)

\*\*\*†) Cap. 9. §. 1. 5.

\*\*\*†) Exorbitancie a. 1689. tit. O pieczęci pokojowej. (V. 15.) P. C. Michaëlis & sequentium Regum. §. Pieczęci.

## §. IV.

Legationes publicis sumtibus peraguntur, quos Poloni ex regni, Lituani ex magni ducatus thesauro recipiunt \*). Si vero thesauri pecunia destituuntur, aut Thesaurarii de suo viaticum numerant, aut legati suis sumtibus iter ingrediuntur, quos reduces reposcunt. A. 1718 Lituaniæ Thesaurarius, in viam de suo quadringentos aureos nummos erogabat, quia thesaurus exhaustus erat. Ante aliquot annos in comitiis Grodnensibus, legatus ad Turcorum Cæsarem, sumtus sibi reddi orabat: An. 1710 regni Thesaurario facultas dabatur, numerandi sibi ex thesauro triginta nummorum imperialium millia, quæ ipsi ob sumtus in legationem, quam obierat, debebantur \*\*). Vetusius erat reliquum ex legatione Michæelis Radzivilii, regnante Ioanne III. in Italiam suscepta, cum illius nomine, hæredi Carolo Radzivilio, an. 1710 octoginta florenorum millia promitterentur \*\*\*). Quo autem egestati utriusque thesauri subveniret, Augustus III. in legationes, ex redditibus œconomicis centum florenorum millia singulis annis, magno & vere regio animo pollicitus est \*\*\*\*): quæ cum in comitiis non decernerentur, non erat occasio, sumtibus in legationes ex Regis arario subueniendi.

\*) Constitut. an. 1683. p. 12. tit. Commissya do tractatow.

\*\*\*) Constit. an. 1710. p. 69. tit. O legacyách.  
(VI. 186.)

\*\*\*\*) Constit. Lituan. an. 1710. p. 7. tit. Reces  
legacyi. (VI. 214.)

\*\*\*\*) P. C. Augusti III. Propozycyi. §. Po-  
nieważ też Nayiajn. Rzeczp.

§. V.

Legatos post suum reditum, coram Ordini-  
bus in comitiis de legatione referre, & iure-  
iurando confirmare, se limites mandatorum  
non excessisse, huius libri c. 2 §. 31. exposui-  
mus, voluntque pacta conuenta Stanisłai Au-  
gusti, vt id fiat secundum leges & consuetu-  
dinem \*). An. 1670 displicuit multis, quod  
de legatione in Senatus consilio relatum \*\*);  
contra an. 1699. conleperunt Ordines, vt le-  
gatio de pace Carolivicensi, in Senatus consi-  
lio post comitia, ceteræ legationes, proximis  
comitiis commemorarentur \*\*\*). An. 1672  
Culmenſis Palatinus, de legatione in Mosco-  
viam voce præfatus, scriptam relationem seu  
acta diurna (journal) legationis Secretarius le-  
gebat \*\*\*\*). Neque sufficit verbis de lega-  
tione referri, sed ipsa expositio litteris man-  
data, tum ea quæ cum exteris consiliata, aut  
ab illis ad legationem declarata sunt, exhiben-  
da, quo metricæ inseri queant †); antea ta-  
men coram Ordinibus leguntur, vt quid lega-  
tione effectum, omnibus constet. Cum citu-  
tus modo Palatinus Culmenſis, & eius coi-  
lega,

lega, relatione finita, stantes tacto pectore iurarent, se ad præscriptum mandatorum egisse, irritum id habentes Nuntii terrestres, maiore reuerentia iusiurandum repeti flagitarunt. Inde recitatis prius cum Moscorum Imperante pactis, posita in medio conclauis senatoria sella, in qua crux principialis locata, ad quam legati flexis genibus, Primate & Episcopo Cuiaviensi adstantibus, iurarunt, ex formula quam Lituaniæ Cancellarius, Regni Cancellariis absentibus, concepit ac præiuravit †). Iuranti an. 1689 Episcopo Varniensi, acclamatum a Nuntiis, abstineret iureiurando, & potius sumtus in legationes factos Reipublicæ resistueret, quod parum eius opera effectum credebatur ††). In Grodnensibus comitiis a. 1744 postularunt Nuntii, ut prius quam iurarent legati, formula iurandi legeretur, quod cum a magno regni Cancellario factum, legati ad iusiurandum admittebantur. Id etiam vltu feruatur, ut si legatus Polonus, regni, si Lituanus, Lituaniæ Cancellarius iusiurandum præceat.

\*) P. C. Stanislai Augusti. §. Polow.

\*\*) Zalus. Epist. T. I. p. 239.

\*\*\*) Constit. a. 1699. p. 41. tit. Relacya traktatn. (VI. 66.)

\*\*\*\*) Zalus. Epist. T. I. p. 355. Hist. Pruss. VIII. 70.

†) P. C. Michaelis, Ioannis III. Augusti II. §. Toż też wiaruemy. Augusti III. §. Polow. ††) Zalus.

††) Zal. Epist. T. I. p. 356. 357. Histor. Pruss. VIII. 70.

†††) Zal. T. I. part. 2. p. 1104.

## §. VI.

Non sunt silentio transmittendæ externæ legationes, quæ vel ad solum Regem, vel ad Regem & Rempublicam, ac modo interuallo, quod comitia intercedit, modo sub comitia, aut ipso comitorum tempore, mittuntur. De legationibus quæ interregno ad electionis comitia veniunt *lib. II. c. 4. §. 31.* actum. Regnante Ioanne Casimiro, legatus Gallicus se Ordinibus maxime inuisum reddiderat, quod res ex suæ aulæ commodo misceret, eo confidentius, quia Rex & Regina in partibus erant, ac cum illo nitebantur, vt viuo Regi successor ex Gallia acciretur. Inde an. 1668 Nuutii legem scribebant, vt legatus Regis electionem artibus adiuturus, iure gentium excideret, omnesque legati & negotiorum causa *residentes*, duarum hebdomadum spatio, post legem hanc latam, ex aula discederent. Sed reiecit legem Rex, quam iuri gentium, suæ dignitati, ac regni saluti aduersam causabatur \*). Postea de legatorum commoratione breui spatio coërcenda aliquoties mentio facta, donec an. 1683 sanciretur, ne Principum exterorum Ministri, quocunque gauderent titulo, aut ad aulam, aut intra regnum, sedem quasi perpetuam figerent, sed siue sub comitia, siue tem-

pore, quod inter comitiâ, venirent, tres hebdomades, antequam sua mandata exponerent, commorarentur, auditi intra sex hebdomades dimitterentur, hocque facto, ante finem trium hebdomadum regno excederent, secus securitate, quam ex sua dignitate habent, non gauisuri: de quo vt aduenientes legatos certiores reddant, Marechalci iniunctum, Nuntiis autem terrestribus mandatum, vt in comitiis legis huius auctoritatem, dum vacuarum dignitatum facerent mentionem, commendarent \*\*). Verum lex hæc frustra lata fuit, cui vt obtemperaretur, Nuntii a. 1724 frustra monebant, manentibus in aula legatis, donec a suo Principe reuocarentur, ac nullo intercedente tempore, quo non legati aut *residentium* titulo Ministri adessent: imo vrbi Gedano is contingit honor, vt externi Principes, suos ibi habeant, tum *Agentes*, tum *Commissarios*, tum *Residentes* perpetuos, quibus cum sola hac vrbe agendi est facultas. Anno 1690 pro vno tres erant ad aulam, Galliarum Regis legati, ex quibus vnus, indicta protectione monitus, vt legi memoratæ obtemperaret, hospitium suum in monasterium transtulit, vt ibi securius ageret; alter a Rege iam dimissus, abiturum se negauit \*\*\*). Tempore comitiorum Grodenensium an. 1744 ægre ferebatur quorundam legatorum præsentia, arguebaturque præcipue vnus ex illis, quod id laboraret, vt irrita euaderent comitiâ. Nihilominus manserunt legati,

gati,

gati, donec aula Grodna discedens, Varfavi-  
am repeteret, quo pariter exterorum Princi-  
pum oratores sequebantur.

\*) Histor. nost. Pruss. T. VII. p. 331.

\*\*) Conflit. an. 1683. p. 6. tit. O possach.  
(V. 659.)

\*\*\*) Zal. Epist. T. I. part. 2. p. 1162. 1163.

§. VII.

Missi ad solum Regem legati, ab eo Sena-  
toribus qui in aula resident, & Ministris illius  
ordinis presentibus, adjuntur, ac ex eorum  
consilio dimittuntur \*): & solent quæ cum  
legatis acta, coram Ordinibus inter senatus  
consulta recitari. An. 1718 in comitiis Grod-  
nensibus, post *propositionem*, Lituaniæ maior  
Secretarius, colloquium cum Russici Cæsaris  
legato, de militia suorum ex Polonia disces-  
su, ante comitia habitum, legebat. Huius sæ-  
culi initio, novi Regis in Prussia legatus audi-  
tus dimissusque, Senatoribus ac Ministris non  
presentibus \*\*): qui abesse volebant, ne in-  
sciis Ordinibus, regium titulum ex Ducali mo-  
do ortum, probare sua presentia viderentur.  
Responsio qua dimittuntur legati, ea in medio  
relinquere ac in comitia differre debet, quæ  
sine consensu Ordinum decerni nequeunt, ut  
legatis, si tale quid exegerint, vel comitia ex-  
spectanda, vel re infecta proficiscendum sit:  
sola tamen necessitas huic legi derogat, qua



v gente, etiam in negotiis ad Ordinem con-  
 sultationem pertinentibus, ex sententia Sena-  
 torum præsentium, responsione, quæ publicæ  
 saluti consentanea, dimitti queunt \*\*\*). Quan-  
 do ad Regem & Ordines missi legati, coram  
 Rege & Ordinibus in comitiis audiendi & di-  
 mittendi sunt, quod pariter ita intelligendum,  
 nisi necessitas responsionem, ante quam comi-  
 tia haberi possint, flagitauerit \*\*\*\*). Vbi au-  
 diuntur legati in Ordinum confessu, ipsis Re-  
 gis nomine Cancellarius, Senatorum, Gnes-  
 nensis Archiepiscopus, Nuntiorum, Mare-  
 schalcus eorum, respondent, ac ex utroque  
 ordine leguntur qui cum illis seorsum agant.  
 Cuius rei memorabile exemplum comitia an.  
 1683 exhibent, in quibus hoc modo fœdus  
 cum Cæsaris legatis constitutum est.

\*) Vol. Constit. p. 253. §. A w sprawach. (II.  
 897.)

\*\*) Lamberty Commentar. histor. sæc. XVIII.  
 T. I. p. 381.

\*\*\*) P. C. Augusti III. §. Postow.

\*\*\*\*) P. C. Augusti III. §. c.

### §. VIII.

Non autem exteris Principibus licet, Rege  
 neglecto, ad Ordines legatos mittere, & cum  
 eis seorsum agere, id enim est scindere sanctif-  
 simum inter Regem & Reipublicam vincu-  
 lum, non nisi morte dissoluendum, qua iniu-  
 ria vix grauior inferri potest. Regnante Au-  
 gusto

gusto II. Galliarum Regis legatus, Herodius, Ordines in suum Regem concitare in votis habebat, & cum id non succederet, alium atque alium ex proceribus & nobilitate in contumacia obfirmabat, ac hosti consilia suggerens, etiam sub eius signis, ut optauerat, voluntarius militabat. Nihil lenius in eum statui poterat, quam ut datis custodibus, ad fines deduceretur, quo patriam suam repeteret. Tum vero Regis Galliarum nomine, ad Primatem, tanquam Reipublicae caput, quod tamen Rex, non Primas erat, querela deferrebat, eo quidem modo, ac si Respublica a Rege suo seungi posset, aut iam seiuncta esset: quod non aliud erat, quam iniurias in Regem cumulare. Primas tamen, qui externi Regis cliens quam bonus civis esse malebat, legati Gallici causam suscepit, ut inde a Rege officii sui grauer admonendus esset; frustra quidem, cum & postea Regem incusare non erubesceret, iura Ministrorum publicorum in Heronio violasse \*). Grauius erat eiusdem Primatis facinus, qui legatos a Rege Sueciae, publico in comitiis hoste declarato, recepit, ac cum iis de Republica, veluti eius arbiter egit, maiorem sibi auctoritatem arrogans, quam ullus Regem sibi vindicare sustinuit. Aliquot ante annis, ad iura legatorum frustra prouocauit, qui ad Regem legatus non missus, aduersus Regem turbas fouerat, militem & alia quae bello usui essent comparans, ut in Regis vrbe obsideri,

quam inde ante obsidionem discedere inallet; quare in hostium numero habitus in custodiam dabatur.

\*) Zal, Epist. T. III. p. 229, 230. vbi quæ leguntur litteræ, ab eodem Heronio scriptæ sunt. Lamberty Comment. T. II. p. 686 — 689. Comment. de vlt. motibus in Polonia p. 75.

### §. IX.

Olim Russici imperii, Turcorum, Tattarorum, Cosacorumque oratores, cum suo comitatu, publicis sumptibus, dum in aula agerent, ali solebant, estque lex scripta a. 1673 vt si venirent comitiarum Grodnensium tempore, impensas Lituanicæ thesaurus faceret, quas in Varisulensibus comitiis regni thesaurus erogabat \*). In quo illud mutatum, quod Russici legati, more aliarum gentium Europæ, a suo Principe ex dignitate sustententur, a Cosacis nulli iam legati veniant, in Turcis Tattarisque oratoribusque, antiqua consuetudo seruetur. Cæterum an. 1758 de Legato Turcico fuit controuersia, vtrum prius a supremo exercitus Regni Duce an a Rege audiretur, & conuenit, vt prius Ducem inuiseret & post hunc eodem die supremum Regni Mareschalcum, Regem salutandi copiam petiturus, quam sequenti die obtinuit. In comitiis conuocationis an. 1764 lex lata, vt ablegati Turcici ad ipsos exercitus Duces missi, a commissione militari audiantur, eorumque

rumque litteræ, si tempore comitiarum venerint, ad Regem & Ordines, si extra comitia ad Regem & Senatores, qui circa Ipsum, mittantur, & ex horum mente, litteris Ducum & Commissariorum nominibus subscriptis respondeatur, sumtibus in ablegatos a commissione thesauri erogandis \*\*).

\*) Constit. a. 1673. p. 18. tit. Seym trzeci. (V. 108.)

\*\*\*) Konfed. gener. an. 1764. p. 52. tit. Kommissya woyskowa.

## CAP. XI.

## De Tributis &amp; vectigalibus.

§. I. Princeps olim tributa imperabat, quæ ei soli pendebantur. Immunitas a tributis, veteri agrario excepto. Tributa & vectigalia Ordinum consensu in comitiis determinanda. Ne ex consilio Senatus imperentur.

§. II. Exempla tributorum Senatu & Nobilitate consentientibus imperatorum, ex vetustiore ætate petita. Qui comitiis interesse non potuerunt, probarunt tributa in conventu post comitia. In quo Litvani eodem cum Polonis iure utuntur. Prussi non nisi in generali suo post comitia conventu tributa sciscant. Polonorum & Lituanorum declarationes constitutionibus additæ. Post annum 1717 nova tributa non decreta. Vectigal

*gal generale nuper constitutum. §. III. Tributa in Reipublica usum sciscuntur, neque in Regis sumtus vestendi sunt. Tributorum exatores. Quibus hoc munus mandandum. Pecunia relictæ in thesauros infundenda, ac in eas in quas destinata sumtus, eroganda. Senatus consilii in expendendis nummis auctoritas. Prussi tributa suo Thesaurario numerabant. Et Quid de Linonis lex statuat. §. IV. Poena in eos qui tributa non prestabant. Tributorum æquatio. §. V. Genera tributorum. Agrarium Et modus alius quo pagos habitantes pecuniam conferebant. §. VI. Tributa ex potentis. Szegedæ Et Szekes. Krasnapolque litano militi in partem stipendii assignatum. §. VII. Accisa primum imperata Et deinde repetita. Quantum grossus. Mercatorum donativum, quod exercitus lituani stipendio ferent. §. VIII. Census capitum. Primum huius tributi regnante Sigismundo I. exemplum, quod repetitum, iam exercitui polono in stipendium cedit. §. IX. Tributum mercatorum tartarorum personale. Capitatio Tartarica Et Iudæorum. In quem usum capitatio Iudæorum in Lituania destinatur. Capitacionis Iudæorum nova ordinatio. §. X. Tributum fumale, quando primum indudum. Ex qua redigi consueverit. Quomodo æstimatum. Fumalium minoris, modo minor modo maior. In Lituania fumale partem*

penditur stipendii militaris efficit, in Polo-  
 niâ non viget. §. XI. Census ex domibus  
 & molis. Tributum ex pecunia fœnorî da-  
 ta. Aliud molis irrogatum, pro redimendo  
 agro Edbingensi, quod in Lituania præmi-  
 litibus exigitur. §. XII. Velligalia, quo-  
 rum alia vetera, alia nova. Velligal no-  
 vum regnante Sigismundo I. Velligalia in  
 finibus & intra regionem ac Lituaniam. In  
 terris & fluminibus. A mercibus inducit  
 & censibus velligalia. Edicta velligalium.  
 Velligal ex tabaco & charta. §. XIII.  
 Velligal maritimum tempore Vladislai IV.  
 quod fere eodem quo institutum tempore de-  
 fit. §. XIV. Immunitas nobilium & ec-  
 clestasticorum a velligalibus, quo suo iure in-  
 terdam sponte cefferant. Inde velligal ge-  
 nerale appellatum, quale in Lituania pro mi-  
 litibus penditur. Novum velligal generale.  
 §. XV. Prussi velligalibus intra suam pro-  
 vinciam debere, ac que in suis finibus exulta,  
 hanc æquo onere tulerunt. Novum velligal  
 generale etiam in Prussia exigi debet. For-  
 demense velligal. Prusorum a velligalibus  
 immunitas passis Augusti III. confirmata.  
 Velligal Dobruviense. Que in Polonia &  
 Lituania recentiore tempore instituta, a  
 Prussis penduntur. §. XVI. Velligalium  
 Superintendentum. Quid de illis tunc præci-  
 piat. Cura velligalium thesaurorum com-  
 missionibus mandata. Ne a Iudæis velliga-  
 lia

lia exerceantur. Eadem a nobilibus, quibus possessiones sint, conducantur. Generalium administratores. §. XVII. Quaedam tributa & vectigalia perpetua, quae si sumptibus non sufficiunt, novis augenda. Idem fieri deberet, si exercitus efficerentur numerores. Non semper ab omnibus eadem tributorum genera probata, cum aliis alia placerent. Ne alii aliis plus minusve conferant. Tributorum genera quibus Prussi utantur. §. XVIII. Quarta bonis regis irrogata. Inde miles quartanus. Quarta computatio, quae etiam ex bonis mensis regiae exigitur. §. XIX. Quando & in quem locum quarta conferenda. A quibus recepta. Horum iusiurandum. Ratio reddenda. Cura quarta commissionibus thesaurorum mandata. §. XX. Quarta nova in brevis tempus, qua bona aconomica & Reginae dotatio destinata, libera manebant. §. XXI. Quarta nova perpetua in rem tormentariam, quae ex aeconomicis bonis non penditur. Reditus omnes bonorum vacuorum, & quadruplex quarta a novo possessore primo anno in quartharum thesaurum inferenda. Nova quarta ordinatio, nominatis qui bona Regia iustrarent. §. XXII. Quarta in Lituania in certum tempus, quae donativum appellata. Donativum ibidem pro re tormentaria. Ibidem et in Polonia nova quarta ordinatio. §. XXIII. Poena in eos qui quartam non praestant.

*præstant. Debitores quartæ ubi antea iudicati & a quo iam iudicandi.*

## §. I.

**B**ellum, milites, legationes, & fœdera interdum, de quibus sigillatim capitibus præcedentibus egimus, tum alia sunt exigunt, quos antiquis temporibus, soli Principes providebant, suo arbitrio, quæ usui essent, civibus imperantes. Neque tum obtinebat distinctio inter Principis & Reipublicæ sumptus, ut non erant alii Principis, alii Reipublicæ redditus, ac in quos inferrentur, thesauri diversi. Solus Princeps, qui moderabatur omnia, redditus quosuis, siue essent veteres, siue recens inducti, in sua habebat manu, quibus vel in suam rem, vel in subiectorum necessitates ac commoda, utebatur. Ludouicus, Casimiri M. ex Ungaria petitus successor, cives omnibus tributis immunes declaravit, præter duos grossos seu quartam marcæ partem, ex quouis agri iugere seu manso singulis annis præstandam: quod ita explicavit Vladislaus Jagello, ut hæc pecunia a rusticis, vulgo *Kmettonibus*, & aliis qui non nobiles, solueretur (\*): præter quod tributum, non aliud se exacturum Casimirus Jagellonides, ad consuetudinem pronocans, promissa (\*\*). Sic Reges potestati imperandi tributa, sua sponte exciderunt, quam ne Successores aliquando resumerent, perpetua lege a. 1573. cautum, tributæ & vectigali

nova,



noua, non nisi omnium Ordinum in comitiis consensu, decernere \*\*\*): & posteriore tempore vetitum, decreta in comitiis ab Ordinibus tributa, pro perpetuis haberi, quod liberum esset, in singulis comitiis noua omnium consensu fescere †). Cum Ioanne III. regnante, ob comitia irrita, ex Senatus consilio litteris regis in Lituania tributa indicerentur, id quidem proximis comitiis ratum habebatur, simul tamen, ut nunquam ex Senatus consilio tributa exigenterentur, sanciebatur ††).

\*) Sup. lib. II. c. 10. §. 1. 2.

\*\*) Lasc. Stat. § 93. p. 1. tit. De non expetendis. Ianusz. Stat. p. 321. §. Item pollicemur.

\*\*\*) Vol. Constitut. p. 256. §. Ofobliwie to wariemy. (II. 901.)

†) Constit. a. 1635. p. 48. tit. Deklaracya. (III. 848.)

††) Constitut. Lituani. an. 1690. p. 4. tit. O podatkach. (V. 810.)

## §. II.

Sublatis, ut diximus, tributis antiquis, ac potestate imperandi noua, Regi abrogata, prius Vladislauus Jagello a. 1405. habitis minoribus comitentibus, cum Senatu & Nobilitate de pecunia, ad redimendam terram Dobrinensem, in comitiis egit, obtinuitque denos grosos ex singulis mansis, ne tamen id nobilitatis iuribus officeret, aut inde conferendi pecuniam necessitas deduceretur \*). Consenti-  
bus

bus an. 1455 in tributum maioribus Polonis, minoribus vero discrepantibus, scripto declarabat Rex, non solum in gratiam extraordinarii illius tributi, solitum duorum grossorum tributum in sex annos remitti, sed etiam immunitatem a nouis tributis illibatam mansuram esse \*\*). Anno 1468 tributum in comitiis negabatur, quoniam nobilitatis Nuntii mandatis destituti erant \*\*\*): & nullo a. 1472 in comitiis consensu, tributum ad maioris & minoris Poloniæ conuentus reiciebatur \*\*\*\*). Hæc vetustioris ætatis exempla allegasse sufficiat, cum plura cumulare, re satis manifesta & perpetuo sequentium temporum usu firmata, superuacaneum ducimus. Non enim nisi in comitiis Ordinum consensu, decreta fuerunt tributa, quæ palatinatus & terræ, ex quibus ob præcedentes conuentus irritos, Nuntii comitiis interesse nequibant, in suis post comitia conuentibus, assensu probarunt. Factum id a solis Polonis, antequam cum illis Lituani vna consultarent, sed instituta a. 1569 consiliorum in vnis comitiis communionæ, simul Lituani suæ gentis nomine tributa declararunt. Prussi tamen, quamuis eodem anno adacti, Ordinum cæterorum consiliis sua iungere, tributorum negotium suæ provinciæ integrum seruarunt, vt in conuentu post comitia generali, & genus illorum, & quantum ex iis redigendam esset, libere constituerent. Ordinum vero regni & Lituaniæ declarationes, in

sine constitutionum leguntur, nisi quod post annum 1703 nullæ occurrant, insertis ipsis constitutionibus anni 1717 quæ in stipendium militum sufficerent, donec in nouissimis comitiis conuocationis placeret vectigal generale instituire, ex quo si tantum redigeretur, quantum militum stipendium exigeret, tributorum pro iis genera cessare debebant, vt antea dictum.

\*) Dlug. X. 180.

\*\*) Dlug. XIII. 170. Lasc. Stat. f. 40. Lanus. Stat. p. 320.

\*\*\*) Dlug. XIII. 436.

\*\*\*\*) Dlug. XIII. 479.

### §. III.

Tributa non in Regis, sed Reipublicæ usum sciscnatur, cum Regi sui reditus aliunde sint, quod ex *lib. II. c. 10.* patet: estque Ordinum consensu opus, si quid ex tributis Regi numerandum \*), imò vetat lex, aë alienum ab ipso contractum, ex tributis dissoluere, poenam etiam in ciues decernens, qui in hoc causam Regis suscepturi aut ei pecuniam in fidem Reipublicæ credituri sint, vt ex tributis reddatur \*\*). Erant tributorum singulis palatinatibus aut terris singuli exactores, qui vel in comitiis, vel in conuentibus post comitia nominabantur, quod a solis Prussis, semper in conuentu qui comitia sequebatur generali fieri solebat,

solebat, quia conuentui illi de tributis consultatio integra seruabatur, quod §. præcedenti monuimus. Iam Vladislaus Iagello constituit, qui decretam a. 1404 pecuniam colligerent \*\*\*) ; idque ex illo tempore seruatum, vt tamen facultas constituendi, a Rege ad cuiusuis palatinatus aut terræ nobilitatem transierit. Munus hoc mandabatur nobili, & cui ibi, vbi id peragebat possessiones erant, quique in eo se integre versaturum iurabat, ac si secus fecisset, repetundarum reus agebatur †). Habebant exactores operæ suæ mercedem ex tributis, quæ vna cum tributis constituebatur. Collecta pecunia in thesaurum illata & reliquis exhibitis, rationum expeditarum testimonium recipiebant, quo si destituti Nuntii in comitia eligi nequibant ††). Pecunia ex tributis redacta, a Thesaurariis in ea eroganda, in quæ ab Ordinibus destinata erat, si autem supererant summa, Senatus consilii auctoritate in publicos expendebantur sumtus. Pecuniam an. 1717 in stipendium militum decretam, non omnem in publicos thesauros illatam, non omnem in publicos thesauros illatam, ex §. 13. capitis 8. constare potuit. Prussi qui suum habent thesaurum, sua tributa in illum inferre consueverant: & de Liuonis lex habetur, vt tributa per vicés, vno anno regni, altero Lituaniæ thesauro cedant †††).

\*) Constit. a. 1643. p. 7. tit. O niezáciągániu. (IV. 56.)

\*\*\*) Constit. a. 1643. l. c.

\*\*\*\*) Dlug. X. 180. 181.

†) Constit. poster. a. 1629. p. 8. tit. Proces. a. 1632. p. 5. tit. Deklaracya. (III. 653. 711.)

††) Constitut. a. 1631. p. 34. tit. O poborcach. (III. 697.)

†††) Constit. a. 1677. p. 33. tit. Ordinastia. (V. 484.)

#### §. IV.

Qui in præstandis tributis tardiores, aut solvere recusabant, in ius vocati, triplo, & si contumaces, bonis & proscriptione multabantur \*). Nonnunquam integri palatinatus & terræ partem debebant, cum alii totum solvissent, aut in futura tributa summas numerabant. Ne ergo pro rata portione, alii plus, alii minus conferrent, instituebantur computationes eorum, quæ iam soluta & quæ restarent, ut inter palatinatus & terras coæquarentur \*\*). Hinc leges *coæquationis* mentionem passim faciunt.

\*) Constit. poster. an. 1629. p. 7. tit. Proces. an. 1654. p. 4. tit. Spofob. (III. 653. IV. 445.)

\*\*\*) Constit. poster. a. 1649. p. 20. tit. Coæquastia. p. 21. tit. Declaratia. an. 1652. p. 2. tit. Declaratia. (IV. 297. 298. 363.)

#### §. V.

Quod ad tributorum genera, ea varia fuerunt, alia aliis temporibus decreta. Antiquissimum quod collatum, est agrarium, cuius  
mentio

mentio §. 2. facta, ab agris nomen habens, ac ex singulis mansis pendi solitum, inde *popor tanoloy* dictum. Cum antea incerta esset summa, quam contineret agrarium, quia modo plures, modo pauciores grossi hoc titulo decernerentur, redactum postea agrarium ad grossos quindenos, ac pro conditione sumptuum publicorum, modo vnum, modo duo, modo tria & plura agraria exigi placuit, vt numerus ad quinquaginta creuerit. Qui autem in pagis & ruri habitantes agros non colebant, sed opificia ac alia exercebant, pro agrario aliud tributum, cui nullum erat nomen, sed cuius summa saltem exprimebatur, soluebant: idque in edictis tributorum, quae superiorum temporum constitutionibus adiecta sunt, legi potest, ac cum agrario a multis iam annis desit.

## §. VI.

Aliud est tributum, quod ex populentis, cereuisia, nullo, vino aduectio, vino adusto, in ciuitatibus & pagis penditur, *doliarium* aut *du-cillorum*, polonice *czopowe*, dictum, & iam Sigismundi I. tempore vsitatum \*). Solut hoc nomine qui cereuisiam coquit, decimam octauam partem pretii quo cereuisia venditur, & tantundem, si qui caupo est, vtrumque, qui cereuisiam coquens, simul cauponam excrcet. Ex cereuisia quae aduectitur, ceterisque potionum generibus, illo modo *czopowe* illud confertur \*\*), ac interdum tributum

illud duplicatur \*\*\*). Non solvunt illud nobiles pro cereuisia, quam in usum suum domesticum coquunt \*\*\*\*), neque pro vino, quod sibi aduehi curant, ac mulso quod ex suis aluearibus, parant †). Huic tributo cognatum est *solidarium*, *szeleżne*, a solido nomen habens, quod caupones ex quibusuis potulentis pendunt, ad certum solidorum numerum, ex pretio quo emuntur redactum: inuenimusque modo decimum, modo quartum pretii solidum, in hoc tributum fuisse constitutum ††). Non ante annum 1673 in legibus occurrit, ac est a. 1717 vna cum *doliario* militi lituano in partem stipendii assignatum: utroque tributo in quadringenta nonaginta duo millia ac trecentos florenos computato †††).

\*) Prilus. Stat. p. 949. Herb. Stat. p. 70.

\*\*) Constit. prior. a. 1629. Vniwersał poborowy. tit. Czopowe. (III. 633. 634)

\*\*\*) Constit. Lituani. a. 1673. p. 9. tit. Czopowe. Constit. Lituani. a. 1683. p. 4. tit. Vchwała. (IV. 144. 689.)

\*\*\*\*) Prilus. l. c. Herb. l. c.

†) Constit. prior. a. 1629. Vniv. probor. tit. Czopowe. §. Od kázdey kuffy. §. Od kázdey beczki. (III. 635. 636.)

††) Constit. an. 1673. p. 9. tit. Zapłata. a. 1676. p. 15. tit. Subsidium. a. 1703. p. 7. tit. Podátek. (V. 95. 343. VI. 92.)

†††) Constit. Lituani. a. 1717. p. 9. tit. Czopowe. (VI. 317.)

§. VII.

## §. VII.

Anno 1658 placuit mercibus, tum quæ vitæ, tum quæ aliis vñibus inferuissent, *accisam* imponere, vt venditores binos grossos ex florenis penderent, illis tamen immunibus, quarum pretium grossos quinque non excederet: & anno sequenti, illud tributum ad eas solas merces, quæ in regno prouenirent, ac domi absumerentur, simul ad vnus anni spatium restringebatur, sed an. 1673 ad modum anni 1658 exigi debebat \*). Antiquius fuerat mercatorum tributum, quartus grossus, cui ideo hoc nomen datum, quod *vectigal* in finibus quarta parte auctum, sic tamen, vt quartus ille grossus, non publicano, sed tributorum exactori, seorsum solueretur; imperata simul præter *vectigal* certa pecunia ex bobus, qui trans fines agerentur \*\*): qui quartus grossus interdum duplicatus \*\*\*), imo triplicatus reperitur \*\*\*\*). Alia est mercatorum collatio, quam *donativum* vocant, & qua a mercatoribus Poloniæ & Lituaniæ, certa summa seorsum exigitur, primum Lituaniæ mercatoribus an. 1628 quinquaginta, comitiis sequentibus, mercatoribus in regno, centum millibus florenorum imperatis †): quibus ab Armeniis, Persis, Græcis, Scotis, aliisque iure ciuitatis non gaudentibus, viginti millia addenda erant ††). Hoc *donativum* postea aliquoties, summa quamuis diuersa, est repetitum, volueruntque an. 1717 Lituani, vt illud stipendio exercitus sui seruiret †††).



- \*) Constit. a. 1658. p. 11. tit. Akeyza. a. 1659. p. 15. tit. Akeyza. a. 1673. p. 24. tit. Akeyza. (IV. 530. 602. V. 115.)
- \*\*) Vniuers. pobor. a. 1578. Vol. Constit. p. 346. §. Kupcy. §. Takze. (II. 984.)
- \*\*\*) Vniuers. pobor. an. 1620. tit. Z Miast. §. Kupcy wszyscy obcych. (III. 391.)
- \*\*\*\*) Vniuers. pob. prior. comitor. a. 1629. tit. Z Miast. §. Kupcy wszyscy koronni. (III. 631.)
- †) Constit. an. 1628. p. 7. tit. O kupeach W. X. Lituan. Constit. prior. comit. an. 1629. p. 8. tit. Donativum. (III. 581. 609.)
- ††) Constit. prior. comit. a. 1629. p. 8. tit. Vagabundi. (III. 609.)
- †††) Constit. Lituan. an. 1717. p. 6. tit. Auctio subsidiorum. (VI. 313.)

## §. VIII.

Progredimur ad aliud tributum, quod ab omnibus exigebatur, non rebus sed personis impositum, ut inde census capitum vocaretur, aut *subsidium contributionis generalis*, quoniam ab omnibus cuiuscunque ordinis essent, conferebatur, addito etiam *caritatiui* \*) vocabulo, ut ex caritate Reipublicæ subsidium profectum esse declararetur. Primum illud regnante Sigismundo I. in comitiis Brombergensibus, vulgo Bidgostiensibus, a. 1520 in regni defensionem decernebatur, constituto, quantum singuli cuiuscunque conditionis conferrent \*\*), Fuit hoc genus tributi an. 1662 repetitum, summa, a singulis conferenda, aucta \*\*\*) , & quamuis tum sanciretur, ne illud in posterum

posterum consensu suo probare Ordines obstringerentur †), placuit tamen illud a. 1673 in regno ad modum anni 1662 exigi, anno autem 1674 duplicari, & a. 1676 triplicari ††). Postea soli Lituani sibi generale subsidium imposuerant, quod nouissime an. 1717 ad normam anni 1676 exercitui regni in stipendium assignatum; lituano milite illud ex aliis tributorum in magno ducatu generibus recipiente, vt supra c. 8. §. 13. dictum.

\*) Constit. an. 1673. p. 7. tit. Zápłátá. (V. 95.)

\*\*) Prilus. Stat. p. 956. seq.

\*\*\*) Constit. an. 1662. in fine. tit. Subsidium Reipublicæ. Quod in editione constit. P. P. scholarum non reperitur.

†) Constit. a. 1662. p. 19. tit. Asscurácia. (IV. 849.)

††) Constit. a. 1673. p. 7. tit. Zápłátá. Konfed. general. a. 1674. p. 24. §. Przeciwo. Constit. an. 1676. p. 14. tit. Subsidium. (V. 95. 221. 343.)

## §. IX.

Olim tributum *personale* seorsum mercatoribus exteris, quibus in regno non stabile erat domicilium, tum Scotis, *Cyganis* imperabatur \*): quod in Lituania a Tattaris, qui vecturas, negotiationes, & opificia exercent, item Iudæis in regno & Lituania penditur, fitque *capitationis* Tattariæ & Iudaicæ inter tributa

M m 5

frequens

frequens mentio. Tattarica iam post annum 1710 non decreta \*\*), modo ad sex, modo ad tria florenorum millia redacta fuit \*\*\*): ut tamen immunes essent, qui militarent, aut bona terrestria possiderent †). Iudaicæ *capitationi* omnes promiscue, qui ritus Iudzorum sectantur, obnoxii sunt, estque continua, & singulis annis in thesauros regni & Lituaniæ infertur. Summa quæ per *capitationem* ab illis in regno colligitur, cum minor antea fuisset, a. 1661 centum & quinque florenorum millibus definiiebatur ††), quæ postero tempore mansit, donec a. 1717 quinque millibus prusicæ monetæ, seu bonæ, augetetur; quare *capitatio* Iudzorum in regno, centum & decem millia florenorum, bonæ, seu ducenta & viginti millia polonæ monetæ, æquabat †††). In Lituania hoc Iudzorum tributum ad sexaginta florenorum millia monetæ polonæ creuerat, quorum viginti millia centuriæ Vngaricæ, quæ tribunali lituano adest, in stipendium decreta, reliqua quadraginta millia pensioni supremi exercitus lituani Ducis accedunt \*†). Hæc *capitatio* a Iudzorum senioribus exacta in thesauros inferebatur, qui in hoc minus integre versatos arguebantur, ut in comitiis an. 1748 affirmaretur, pendere in Polonia Iudæos singulis annis florenorum millionem integrum, cum tamen thesaurus ultra ducenta millia non reciperet. His fraudibus ut in posterum occurreretur, Ordines in comitiis conuocationis  
an.

an. 1764 nominarunt ex Nobilitate Iustratores, qui in singulis Poloniae & Lituaniae palatinatibus & terris, numerum Iudzorum notarent, & conscriptum indicem publicarent, secundum quem tributum illud conferretur, & quidem a singulis nullo ætatis, sexus & conditionis discrimine, quous anno floreni bini, capitatione anni 1717 sublata \*\*†). Præter hanc suam *capitationem*, Iudæi & alia tributa, quæ Christianis irrogantur, simul præstant \*\*\*†).

\*) Vol. Constitut. p. 548. 549. 594. 595. (II. 1303. 1304. 1351. 1352.)

\*\*) Constit. Lituaniæ. an. 1710. p. 2. tit. Zápłata. (VI. 206.)

\*\*\*) Constit. Lituaniæ. a. 1673. p. 8. tit. Pogłowne Tátárskie. an. 1676. p. 7. tit. Pogłowne. Tátárskie. an. 1677. p. 14. tit. Pogłowne. Tátárskie. (V. 147. 425. 527.)

†) Constit. Lituaniæ. a. 1661. p. 27. tit. Pogłowne Tátárskie. a. 1673. l. c. a. 1676. l. c. (IV. 818.)

††) Constit. an. 1661. p. 9. tit. Pogłowne Żydowskie. (IV. 700.)

†††) Constit. a. 1717. p. 62. tit. Pogłowne. Żydowskie. (VI. 289.)

\*†) Constit. Lituaniæ. a. 1717. p. 11. tit. Pogłowne. Żydowskie. (VI. 319.)

\*\*†) Konfed. general. an. 1764. p. 44. tit. Pogłowne. Lituaniæ. tit. Pogłowne.

\*\*\*) Const.

\*\*\*†) Constit. a. 1661. p. 9. tit. Fogłowne.  
 Zydowskie. a. 1683. p. 12. tit. Fogłow.  
 Zydowskie. (IV. 500. V. 666.)

## §. X.

Non est postremum inter tributa *fumale*, *podymie*, quod *canuitarionem* appellares, diuersum ab illo, quod pro Rege olim ex agris conferebatur, & cui idem nomen inditum fuerat\*). Institutum *fumale* a. 1629. ob sumtus in bellum Suecicum, quibus tributa ad illud vsque tempus vsitata, haud sufficere videbantur, ac domibus impositum, quibus quod sunt *fumalia*, seu *caniui* pro recipiendo ac emittendo fumo, tributo vocabulum illud contigit. Irrogabatur *fumale* domibus, quæ in ciuitatibus, oppidis & vicis, quarum consignatio iureiurando firmata proximo castro exhibenda esset, vt de numero domuum, pro quibus præstanda pecunia, constaret. Quod ad pecuniam, non in vniuersum idem summx modus statutus, sed facta inter maiores & minores ciuitates discrimine, in illis, alix domus tribus, alix duobus, alix medio; in his, aut duobus, aut medio; in oppidis, quorum incolæ opus rusticum, aut alia præter negotiationes exercerent, tum in vicis & ruri, omnes medio floreno taxabantur: domibus quas ipsi nobiles habitabant immunibus, nisi in rustico-rum area ædificatæ, tum enim pro diuersa agri, ad talem domum pertinentis mensura, aut

aut vnus, aut medius florenus, aut grossi decem exigebantur. Hæc erat tributi fumalis memorato anno 1629 ordinatio, quod semel tantum debebat exigi, neque de illo lex vltra proxima comitia vigere \*\*). Alteris tamen eiusdem anni comitiis, idem placuit tributum, & quidem pro simplici geminatum \*\*), ac posteris temporibus in vlu mansit, sed numero fumalium diuerso, qui modo maior, modo minor fuit, vt a. 1667 viginti quatuor, & a. 1670 a Lituaniis seorsum viginti septem decernerentur. Anno 1673 hoc tributi genus in Lituania abrogabatur †), verum vlu legi præualuit, vt etiam a. 1717 fumale inter modos referretur, qui militum stipendio seruirent ††). Sed abrogabitur fumale, si generale vectigal in militum stipendium suffecerit.

\*) Vid. lib. II. c. 16. §. 2.

\*\*\*) Constit. prior. an. 1629. p. 4. 5. 6. tit. Podymne. (III. 605. 606. 670.)

\*\*\*\*) Constit. poster. a. 1629. p. 5. tit. Podymne nowe. (III. 650. 651.)

†) Constit. Lituani. an. 1673. p. 2. tit. Podymne. (V. 137.)

††) Constit. Lituani. an. 1717. p. 1. tit. Regula-  
men. (VI. 306.)

## §. XI.

Ante fumale, census ex domibus in ciuitatibus, & ex molis in agris pendebatur, Sæpè dictus,

Etus, & regnante Sigismundo I. iam vsitatus \*)), cuius in annum 1629 quo fumale cœpit, inter tributa sæpe fit mentio, post illud autem tempus non legitur. Interdum ex pecunia fœnori data, portio in tributa conferri solebat \*\*) : & nobilibus recens creatis, qui decus hoc non bello meriti, & oppidanis qui terrestria bona tenebant, maior ex possessionibus, quam aliis nobilibus summa imperabatur \*\*\*). An. 1703 ad eximendum hypotheca Elbingam, tributum molis irrogabatur, rationibus ita subductis, vt inde in Polonia ducenta, in Lituania centum nummorum imperialium, seu thalerorum, millia prouenirent †): quod cum an. 1710 in thesaurum nondum illatum esset, vt inferretur imperatum ††): Lituaniis illud in militum suorum stipendium destinantibus, ita tamen, vt parem summam refundere promitterent, quam primum Republica ad redemptionem agri Elbingensis accessura sit †††). Sed hoc tributum inolarum non exactum, aut si exigi cœperit, breui desit. Id certum, nihil ex illo in redemptionem agri Elbingensis impensum esse, qui hypotheca, vt notum, nondum exemptus est.

\*) Priluf. Stat. p. 950. Vol. Constit. p. 72. §. Tákzeż y te młyny. §. Miásłá. (II. 664. 665.)

\*\*) Vol. Constit. p. 951. §. Ci ktorzy. (II. 989.)

\*\*\*) Vniuersal pobor. prior. comit. 1613. tit.

tit. Quártá. §. Nowa. §. Mieszczanin. (II. 230. 231.)

f) Constit. an. 1703. p. 12. tit. Eliberatio zastawy Elb. Constit. Lituán. eius anni p. 28. tit. Eliberatio. (VI. 99. 118. 119.)

†) Constit. an. 1710. p. 69. tit. Summa. (VI. 187.)

††) Constit. Lituán. a. 1710. p. 1. tit. Záplátá. (VI. 206.)

§. XII.

Nec minus tributum a rebus, quæ inuehuntur & euehuntur, exigitur, inde vectigalia. Horum alia sunt vetusta, alia recentiora, quorum illa Regis redditibus relicta, hæc in publicos sumtus instituta sunt. Priorum *lib. II. c. 10. §. 9.* mentio facta, de posterioribus præsentis loco agendum. Sigismundi I. tempore iam erat in finibus novum telonium, in Reipublicæ usum, ex bobus, cutibus aliisque rebus quæ exportabantur \*). Post Sigismundum Augustum, non tantum in finibus, sed etiam intra Poloniam & Lituaniam, cum in terris, tum in fluminibus, noua vectigalia instituta ac vetera aucta, quæ promiscue ab importatis & exportatis mercibus exigenterentur: quare leges passim *inducta & euecta* memorant, quibus nominibus diuersæ illæ merces signantur. Ne autem cum mercatoribus publicani pro libidine agerent, an. 1596 quantum ex mercibus pendendum, typis impressum, locis illis ubi vectigal præstandum,



standum, palam proponi iubebatur \*\*): qualis vectigalium descriptio constitutionibus an. 1601 adiecta legitur \*\*\*), ac plures quæ ad Lituaniam speciatim pertinent habentur †). Anno 1643 edictum de vectigalibus ex mercibus inductis, seorsum promulgabatur ††) & a. 1661 constitutionibus inferebatur, quantum pendendum esset †††). In Lituania eodem anno 1661 peculiare vectigal in *tabacum* instituebatur \*†), & sæpe postea repetitum, in hunc diem manet, ac cum aliis magni ducatus vectigalibus, in illius exercitus stipendium cedit \*\*†). Quantum ad tabacum, Lituano- rum exemplum a. 1677 Poloni secuti, simul chartæ, præter vectigal, tributum imperantes, singulis foliis integris solidos singulos \*\*\*†).

\*) Prilus. Stat. p. 433.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 682. 683. tit. O cłech. p. 688. tit. Moderacya. (II. 1447. 1452.

\*\*\*†) Vol. Constit. p. 779. f. (II. 1549.)

†) Constit. prior. an. 1629. in fine. tit. Instruktarz. Constit. a. 1631. in fine tit. Instruktarz. Constitut. Lituani. an. 1650. p. 27. f. Constit. Lituani. an. 1703. p. 37. f. (II. 644. IV. 354. VI. 131.)

††) Tit. Commissya de pretiis rerum & inductis. (IV. 74.)

†††) Constit. a. 1661. p. 37. f. (IV. 730. f.)

\*†) Constit. Lituani. a. 1661. p. 27. tit. Augmentum podatku. (IV. 817.)

\*\*†) Constit. Lituani. an. 1717. p. 6. tit. Auctio subsidiorum. (VI. 313.)

\*\*\*†) Const.

\*) Constit. a. 1677 p. 8. tit. Monopolium tabacine. (V. 458.)

## §. XIII.

Vladislao IV. regnante, maritimum vectigal decretum est \*), quod in Prussia portibus exigi coepit, ac deinde omittebatur. Neque ferebant novum onus provinciae illius iura, quae sibi vectigalium immunitatem a. 1454 pacta, cum in Regis Poloniae ditionem concederet. Ante alios fortiter tuebantur iura Gedanenses, quorum maxime intererat, portum suum a publicano non insideri, quem inde Daniae Rex, suis adductus rationibus, vi abegit, ac vectigal eodem fere tempore quo ceperat desit, neque postea instauratum est. Quae hic binis verbis tangimus, in *historia Prussiae T. VI.* amplissime persecuti sumus.

\*) Constit. an. 1637. & 1638. p. 8. tit. Clamoriskie. (III. 919. 929.)

## §. XIV.

Nobiles & ecclesiastici vectigalia non soluebant, de rebus quae in ipsorum possessionibus proveniebant, aut quas in suos usus comparabant; secus, si eas mercati ut venderent aliis, tum enim ad vectigal adigebantur \*): & esse res dominatas, aut in usum, non in negotiationem, comparatas, coram publicano, qui in via primus aditur, ad certam formulam iu-

Tom. II.

N a

rabatur

rabatur \*\*). Anno quo suo iure tamen nobiles & ecclesiastici nonnunquam recesserunt, nouis vectigalibus in certum tempus se sponte submittentes: quod an. 1629. 1631. 1661. 1673. 1677. 1678. 1703 & aliis temporibus factum \*\*\*). Idem de vectigali dicendum, quod in Lituania in militum stipendium exigitur \*\*\*\*). Eiusmodi autem vectigal, quod promiscue omnium ordinum homines solvunt, generale vocatur, a quo ne ipsi quidem Reges immunes esse voluerunt †). Quale vectigal terra & aqua exigendum, a quo ne Rex quidem immunis sit, per Poloniam & Lituaniam in nouissimis comitiis conuocationis decretum est, cuius cura & ordinatio commissioni thesaurorum, in quos etiam inferendum, mandata ††). Vectigal hoc in comitiis post Regis inaugurationem confirmabatur, ita vt nulli palatinatus & terræ eximerentur †††). Præmissis pro sua prouincia frustra contradicentibus.

\*) Prilus. Stat. p. 425. f. Zalas. Jus reg. Pol. T. I. p. 790. f.

\*\*) Prilus. Stat. p. 430. 431. 434. Zalas. L. c. p. 791. f. Constitut. a. 1685. p. 16. tit. Deklaracya o clách, (V. 728.)

\*\*\*), Constitut. prior. an. 1629. p. 18. tit. Aukcya subsidiorum. Constit. a. 1631. p. 15. tit. Aukcya summy. a. 1661. p. 35. tit. Clá generalne. a. 1673. p. 22. tit. Clá gener. an. 1677. p. 44. tit. Clá gener. Const.

Constit. Lituan. a. 1678. p. 2. tit. Auctio  
 subsidiorum. a. 1703. p. 27. tit. Auctio.  
 (III. 618. 678. IV. 726. V. 112. 494.  
 615. VI. 116.)

\*\*\*\* Constit. Lituan. a. 1717. p. 6. tit. Auctio.  
 (VI. 313.)

†) Constit. a. 1661. p. 34. tit. Clā. a. 1673.  
 p. 22. tit. Clā. 726. V. 112.)

††) Konfed. gener. a. 1764. p. 35. tit. Clo  
 generalne Lituan. tit. Clo gener.

†††) Constit. an. 1764. p. 30. tit. Deklaracya.

§. XV.

De Prussia, cuius §. 13. facta mentio, ad-  
 dendum, quod deditionem an. 1454 faciens,  
 saluis quæ tum in regni limitibus pendebantur  
 vectigalibus, intra suam provinciam illis libe-  
 rata sit, addito, vt nullo tempore, ex quacun-  
 que causa aut occasione, instituantur \*). Quod  
 si ergo etiam ex comitiarum decreto, intra  
 Prussiae fines vectigal exigebatur, vt factum est  
 aliquoties, non destiterunt provinciae Ordines  
 ius suum asserere, donec vectigal amoverent  
 \*\*). Verum, vt proximo §. dictum, in comi-  
 tiis conuocationis nouissimis Ordines, Prussis  
 quamuis absentibus, novum generale vectigal  
 simul palatinatibus Prussiae imposuerunt \*\*\*),  
 quod in comitiis coronationis noua constitu-  
 tione confirmatum est, cum presentes ex Prus-  
 sia Consiliarii & Nuntii frustra perissent, vt  
 illo in sua provincia liberi declararentur †).

N a a

Neque

Neque Prussi æquo animo tulerunt vectigalia ad suos fines, Dubaviense & Fordanense, de quibus frequentes & fere continuas querimonias, acta publica & *Prussiae historia* memorant. Fordanense etiam interdum sublatum & rursus inductum, iam plane deficit, quo & in futurum pacta Augusti III. Prussos liberos declarant, simul priscam immunitatem ab omni vectigali terrestri & fluviali confirmant ††). Dubaviense in hunc diem viget. Quod ad recentiora in Polonia vectigalia generatim attinet, conati quidem Prussi, eadem a se amoliri, ut solis antiquis, quæ deditiois suæ tempore in usu erant, tenerentur, sed in hoc æquo iure cum Polonis habentur.

\*) Vid. Priuil. incorp. Pruss. inter iura municip. terr. Pruss. Add. Norma regim. Pruss. §. 56.

\*\*) Norma reg. Pruss. l. c. Hod. Reipub. Prut. facies §. 72. Jus publ. Pruss. §. 99.

\*\*\*) Konfeder. gener. an. 1764. p. 35. tit. Clo gener.

†) Constit. p. 31. tit. Deklaracya.

††) P. C. Augusti III. §. Commercia obywatelow.

## §. XVI.

Vectigalibus Thesaurarii præerant, qui suos habebant administratores aut procuratores, *Superintendentes* dictos, quia publicanis superintendebant, quosque nobiles esse & possessionibus gaudere lex exigebat, simul illis, qui  
in

in Polonia, iniungebat, vt singulis annis coram tribusli Radomienſi iurarent, ſe & ſuum munus integre peregiſſe, & ne quid a publicanis inique fieret, diligenter attendiſſe, redactasque ex vectigalibus ſummas ſine vlla imminutione, ſolo retento ſalario, in theſaurum intuliſſe \*). Per nouellam legem omnis cura vectigalium commiſſioni theſaurorum, quæ Theſaurariis addita, mandata eſt. De qua commiſſione ſupra, vbi Theſaurariorum munia deſcribuntur, actum eſt. Exerciati autem a Iudæis vectigalia, iam a Sigismundi I. tempore, legibus vetitum eſt \*\*), & cum regnante Ioanne III. regia vectigalia Iudæi conducebant aut procurarent, pacta Regum Auguſti II. & Auguſti III. vectigalia Iudæis & hominibus plebeiz conditionis locari prohibent, contractu, ſi inſitus fuerit, irrito, & duorum marcarum millium multa, ſimul a nobilibus, quibus poſſeſſiones, eadem conducenda eſſe præcipiant \*\*\*). Stanislaus Auguſtus, pariter in pactis ſuis conuenſis, Iudæos ab omni vectigalium ſuorum procuratione ſubmouet, vt pro infami habendus, quicumque Iudæorum quocunque prætextu & colore, vectigalium participem ſe reddiderit, aut in ea ſe ingeſſerit †). Vtraque, & Regis & Reipublicæ vectigalia ſæpe locantur, ſoletque Theſaurariis iniungi, vt quam plurimo conducturis addicant: niſi quod id iam ad commiſſiones theſaurorum pertinet. Generalium vectigalium, quæ ſimul

a nobilibus & ecclesiasticis penduntur, administratores seu *superintendentes*, etiam in comitiis declarabantur ††): quos iam thesaurorum commissiones pariter constituent.

\*) Constit. an. 1736. p. 95. tit. Skarb koronny. (VI. 659.)

\*\*) Prilus. Stat. p. 367 423. Herburti Stat. tit. Iudæi p. 242. Vol. Const. p. 28. tit. O-zydziech. p. 98. tit. Zeby cel. Constit. a. 1647. p. 4. tit. Ordynaryjne prouenta. a. 1703. p. 27. tit. Auctio subsidiorum. (II. 624. 691. IV. 102. VI. 116.)

\*\*\*) P. C. Augusti II. & Augusti III. §. Dobrze naszych Ekonomicznych.

†) P. C. §. To osobliwie.

††) Constit. a. 1661. p. 35. tit. Cla gener. Constit. Lituana. a. 1703. p. 27. tit. Auctio subsidiorum. (IV. 726. VI. 116.)

## §. XVII.

Ex his tributis & vectigalibus, quædam sunt continua, ob Reipublicæ sumtus perpetuos, qui si crescunt, & illa Ordinum consensu multiplicantur intendunturque; ut impendiis sufficiant. Hinc cum ante aliquot annos de augendis exercitibus consultatum, caput deliberationis tributa & vectigalia fuerunt, ex quibus pro nouis militibus stipendium redigendum esset. Idem omni tempore obseruatum, ut necessitates publicæ norma haberentur, ad quam collationes fierent, quamuis hæc suntibus

bus sæpe minores essent, vnde Reipublicæ debita orta, quorum solutio noua tributa deposcebat. Licet autem sine Ordinum consensu tributa & vectigalia imperari, nequeant, vt dictum antea, non tamen est necesse, vt omnes in idem genus consentiant, quia exempla docent, non tantum Polonos & Lituanos, sed etiam singulos palatinatus, diuersos fuisse, aliis alia genera probantibus. Nec minus reperimus, quorundam palatinatum & terrarum Nuntios certam pecuniæ summam nominasse, modum autem, quo illa conferretur, fratribus suis in conuentu post comitia seruasse integrum, cum alii eodem tempore ipsum modum in comitiis declararent. Anno 1683 inter palatinatus erat inæqualitas, aliis plus, aliis minus offerentibus, quod ne in posterum fieret, lege vetabatur \*). Prussi, qui non in comitiis, sed in conuentu suo generali post comitia tributa sciscunt, sua etiam tributorum genera seruarunt, & quidem nobilitas agrarium, ciuitates *accisas* ex polenta, nisi quod nobilitas pro agrario interdum, sed rarius, aliud decreuit. Quæ in præsens ab illis in exercitus poloni stipendium confertur pecunia, non in ipsorum conuentu constituta, sed in Polonia a. 1717 iis irrogata, & ex agrario Nobilitatis & ciuitatum tributo in capita colligitur.

o\*) Constitut. an. 1683. p. 7. tit. Deklaracyz.  
(V. 660.)



## §. XVIII.

Supereft tributum bonis regis inhzrens, a Sigismundo Augusto an. 1562 in perpetuum impositum. Is enim Rex, memorato anno militibus, qui in regni finibus excubabant, stipendium prospiciens, instituebat, vt demtis, qui Capitaneorum & Tenutariorum sustentationi cederent, sumtibus, reliquorum ex bonis regis reddituum quarta pars, pro militibus penderetur, qui inde *quartani* appellari ceperunt \*). Vt autem liqueret, quantum quartæ titulo, ex singulis bonis prouenturum esset, missi sequenti anno, Regis, Senatus & Nobilitatis nomine, singuli in Poloniam maiorem, minorem, Russiam, Prussiam, Masoviam, qui redditibus computatis quartam definirent \*\*). Alia tunc erat bonorum regionum constitutio, cum redditus ex illis Regi obuenirent, ac postero demum tempore secernerentur, quæ ad regiam mensam pertinerent, *œconomica* inde appellata, cæterorum autem bonorum redditus Capitaneis & Tenutariis relinquerentur, sic tamen, vt cum reliquis bonis regis & *œconomica* quartam præstarent, quod illud tributum a Sigismundo Augusto, omnibus bonis regis generatim impositum esset, vt ne quidem regia vectigalia & salis fodinæ immunes haberentur \*\*\*).

\*) Vol. Constit. p. 21. tit. O pozwoleniu. §. Po nãmowieniu. (II. 616.)

\*\*) Vol.

\*\*\*) Vol. Constit. l. c. §. A izby. p. 29. tit. Rewizorowie. (II. 617. 634.)

\*\*\*\*) Vol. Constitut. p. 183. §. Celnicy. (II. 782.)

## §. XIX.

Quarta hæc singulis annis, ad festos pentecostes dies, in arce oppidi Ravæ, regni Thesaurario & binis Senatorii & Equestris ordinis, qui in hanc rem in comitiis a Rege Thesaurario addebantur, numeranda erat \*); quamvis interdum pro duobus, quatuor nobiles \*\*), & Senatorem vnum pro duobus \*\*\*), reperimus. Præter hos, lex an. 1588 adesse iubet Capitaneum Ravensem, ut sciat, quantum pecuniæ collatum sit \*\*\*\*). Thesaurarii ac cæterorum præsentia, per tres hebdomades exigebatur, quod spatium recipiendæ pecuniæ destinatum, habebantque ob hanc curam ex quarta annum salarium, Thesaurarius mille, delegati Senatorii trecentorum, Equestris ordinis & Ravienfis Capitaneus ducentorum florenorum, quo tamen absentibus carendum erat †). Hæc iam aliter se habent, additis nuper in comitiis convocationis Thesaurariis Regni & Lituaniæ, singulis commissionibus; quibus a thesauro nomen est, & quæ etiam quartæ curam agunt, & eam recipiunt. Iurabant qui delegati, se in hoc munere integre versaturos, ac tempore interregni cum Thesaurario, insciis Ordinibus, pecuniam non erogatu-

ros: Capitaneus autem Ravensis, pariter iurejurando promittebat, se Thesaurarium & delegatos, etiam interregno ad arcem admissurum, & Thesaurario absente, pecuniam (a furto custoditurum esse ††). Non autem in alios usus, nisi in stipendium militum, eroganda erat quarta, quod peculatus poena sancitum, debebatque ratio in comitiis reddi †††).

\*) Vol. Constit. p. 184. §. Czas. §. Mieysce. p. 183. §. Deputuiemy. p. 185. §. Deputaci. (II. 782. 781. 784.)

\*\*) Constit. a. 1690. p. 29. tit. Deputaci. a. 1726. p. 68. tit. Deputaci. an. 1736. p. 109. tit. Reassumpcy. (V. 788. VI. 455. 672.)

\*\*\*) Constit. a. 1699. p. 62. tit. Deputaci. a. 1717. p. 78. tit. Deputaci. (VI. 71. 304.)

\*\*\*\*) Vol. Constitut. p. 470. tit. Chowanie. (II. 1223.)

†) Vol. Constit. p. 186. §. Opatrzenie. p. 471. tit. Chowanie. (II. 785. 1223.)

††) Vol. Constit. p. 186. §. Panowie. §. Opatrzenie. (II. 784. 785.)

†††) Vol. Constitut. p. 22. tit. O wiszczeniu. Constit. prior. an. 1613. p. 3. tit. Warunek. Vol. Constit. p. 22. tit. O Podskarhim. p. 185. §. Reiestra. §. Księgi. Constit. an. 1661. p. 7. tit. O starey Quarcie. (II. 618. III. 165. II. 618. II. 782. IV. 696.)

§. XX.

## §. XX.

Quod si interdum ordinaria quarta, ob militum quartanorum auctum numerum, stipendio non sufficeret, in breue tempus, pro vna duæ quartæ decretæ, vt altera noua, altera antiqua esset, & vtraque Ravam comportaretur, bonis œconomicis & Reginæ dotalitio assignatis, a noua liberis \*).

\*) Vol. Constit. p. 575. tit. Spofob. p. 729. §. Ci tedy. Constit. a. 1619. p. 2. tit. O quarcie. (II. 1332. 1494. III. 349.)

## §. XXI.

Alia est quarta noua, quæ per pacta Vladislai IV. in rem tormentariam promissa, ac deinde constitutione probata, de qua *lib. III. c. 10. §. 33.* egimus. Eadem vt antiqua, debebat esse perpetua, vt omni tempore rei tormentariæ seruiret: qua tamen bona œconomica eximebantur. Bonorum regionum redditus omnes, quam diu vacua, & primi anni, quo a nouo possessore tenentur, quarta quadruplex, in thesaurum quartarum Ravam inferri, lege recentiori, iubentur \*). Sublata in vltimis comitiis conuocationis inter veterem & nouam quartam distinctione, placuit vt vna quarta sed iusta, quæ vere quartam reddituum partem efficeret, penderetur. In quem finem, nominati lustratores, qui in singulis terris & *distri-*  
*ctibus*

*Etibus* per Poloniam & Lituaniam, iure iurando ad munus suum integre peragendum obstricti, an. 1765 bona Regia adirent, reditus accurate excuterent, & ex iis quartam subducerent, notarent & publicarent, vt constaret quantum in thesaurum inferendum esset, simul commissioni thesaurorum iniunctum, attendere vt lustrationes constituto tempore, intra diem 15 Februarii & vltimos dies Octobris dicti anni fierent, tum iudicare & punire eos qui lustrationes impedituri, aut redituum rationes non exhibituri essent. Connotatio vulgo *Taryffa* quartæ ex bonis Regiis valere debet annos quinque, & tum noua fieri, nominatis ad eam a commissione thesaurorum, lustratoribus aliis. Quod ad quartam quadruplicem, a nouo bonorum Reginum possessore præstandam, a lustratoribus vt simplex, ad veram redituum summam computanda est \*\*). In comitiis coronationis a. 1765 novus possessor bonorum Reginum ad duplicem quartam, pro primo anno intra hebdomades duodecim ex quo ei collatum bonum Regium, Thesaurario & commissioni thesauri soluendum obstringitur, sub amissione collati boni Regii \*\*\*). Ergo quod de quarta quadruplici in comitiis conuocationis sancitum, in coronationis mutatum, vt iam minus præstandum, scilicet quartæ duæ, cum antea integri reditus seu quartæ quatuor exigentur:

) Const.

7) Constit. an. 1645. p. 14. tit. O podawaniu.  
(IV. 11. 12.) a. 1658. p. 11. tit. Auctio. (IV.  
529.)

\*\*\*) Konfeder. gener. p. 37. Kwarta. Lituan. tit.  
Kwarta.

\*\*\*\*) Constit. p. 31. tit. Obostrzenie,

### §. XXII.

Quæ primis temporibus de quarta consti-  
tuta sunt, ad Poloniam, non item ad Lituani-  
am pertinebant. Hæc enim instituentem quar-  
tam Sigismundo Augusto, nondum Poloniæ  
ita iuncta, ut in iisdem comitijs una de tribu-  
tis consultaret, & miles, cuius causa quarta  
ordinabatur, polonus, non lituanus erat. Cum  
postea arctior illa coniunctio an. 1569 fieret,  
Lituanis reditus sibi integros seruarunt, ne vlla  
eorum pars in usus alios exigeretur. Anno  
1590 primum Lituaniæ Ordines quartam de-  
creuerunt, in subsidium mensæ Regiæ, in  
vnum saltem annum, Vilnæ circa festum Io-  
annis diem, intra duas hebdomadas Phelstræ-  
rio numerandam \*\*). Ad cuius anni exem-  
plum, Capitanei & Tenutarii a. 1613 sponte  
sua, in quartam duplicem pro milite fœdera-  
to, semel tantum numerandam, consenserunt  
\*\*\*); eodem tamen anno iterum duas quartas,  
sequenti pro eodem milite fœderato conferen-  
das, declararunt †): bonis & redditibus aliis  
Regiæ mensæ ab utraque quarta immunibus.  
Quia autem bonorum Regionum possessores,  
nulla

nulla lege adstricti, sponte hoc tributum susceperunt, dictam inde *donativum*, vt quod in Polonia *quarta*, in Lituania tum *quarta* tum *donativum* appellaretur. Quale donativum simplex, seu quartam vnam, rei tormentariae in Lituania assignatam esse, *lib. III. c. 10. §. 33.* exposuimus. In comitiis vero conuocationis ad exemplum Polonorum Lituani nouam quartae ordinationem decreuerunt, iustratoribus bonorum Regiorum, pro magno suo Ducatu pariter ordinatis ††), qui iustrationem intra primam Martii & vltimos Octobris dies an. 1765 conficerent †††).

\*) Vol. Constit. p. 176. §. Opatruicmy. (II. 773.)

\*\*) Vol. Constit. p. 535. tit. Quarta. (II. 1343.)

\*\*\*) Constit. prior. a. 1613. Vniuers. pobor. tit. Quarta. W. X. Litewskiego (III. 232.)

†) Constit. posterior. eiusd. anni Vniuers. pobor. tit. donativum W. X. Lit. (III. 263.)

††) Konfeder. gener. inter constitut. Lituani. tit. Kwartą.

†††) Constit. Lituani. comit. coron. tit. Prerogacya.

### §. XXIII.

Qui quartam non prestitissent, bonis regibus & triplo multandi erant \*), super quibus, lex Senatores & Nuntios iure censendi in comitiis priuabat, qui quartam non soluissent \*\*). Non tamen cum debitoribus ex legum rigore actum esse, sed reliqua impune creuisse, inde patet, quod bonorum regiorum possessores lapidis moniti,

moniti, ut quartam penderent. Anno 1710 quarta & novorum possessorum quadruplum, ab anno 1699 non solum, exigebatur, & an. 1736 veteres poenae in quartam debitores, noua lege firmandae erant (\*\*): quos tribunal thesauri iudicaret. Iam commissio thesauri iudicat, quae contumaces sequestratione bonorum Regiorum & poena alia olim constituta multabit †). Pariter novus possessor, si pro primo anno duplicem quartam intra duodecim hebdomades thesauro non soluerit, delatus a Commissione ad Regem, bonum Regium amittet ††).

\*) Vol. Constit. p. 129. tit. Oddawanie. p. 183. §. Oddawac. §. Celnicy. Constit. a. 1621. p. 15. tit. Trybunal. an. 1661. p. 7. tit. O staroy quarcie. Constit. poster. an. 1613. Vniw. pobor. tit. Donatium. Constit. Lituaniae. §. 11. tit. Warunek. (II. 723. 782. III. 421. IV. 696. III. 269.)

\*\*\*) Constitut. an. 1657. p. 5. tit. Vnioczenie. (IV. 915.)

\*\*\*\*) Constit. an. 1710. p. 74. tit. Deputaci. an. 1736. p. 109. tit. Reallumcya. (VI. 191. 672.)

†) Konfed. gener. p. 42. tit. Kwartz.

††) Constitut. a. 1764. p. 31. tit. Obostrzenie.



## De Pecunia &amp; argenti fodinis.

§. I. *Pecunia in Polonia vetustas. Num. ante medium decimi quarti sæculi argentum & aes in Polonia signatum non fuerit. Contraria huic sententiæ, tum antiquiora, tum sæculi decimi tertii testimonia.* §. II. *Res monetæ Principis arbitrio curata, adhibitis postea in consilium Senatoribus. Eadem cum nobilibus communicata, ut iam sine utriusque Ordinis consensu nihil decerni queat. Aus eudendæ monetæ Stanislaw Augusto per pacta conuenientia redditum.* §. III. *Polonæ, Lituaniæ & prussicæ monetæ æquatio. Quid de ea cum Lituaniis constitutum. Prussicæ pecuniæ & quarundam ciuitatum eudendi eam ius. Regis officina Thorunni. Moneta Ducis in Prussia. Peracta polonæ & prussicæ pecuniæ æquatio. Duci Curlandiæ eudendi monetam facultas permissa, ne tamen a polona valore differat.* §. IV. *Præter Ordines regni & Lituaniæ, cum Ducibus Prussicæ & Curlandiæ, ac ciuitatibus in Prussia maioribus, de moneta deliberatum. Moneta regnante Ioanne Casimiro deprauata. Fons huius mali. Famaşa Boratini & Tympsii nomina, illo solidos cupreos, hoc florenos, qui ab auctore Tympsii dicti, eudente. Vtriusque nummi verum pretium.*  
Prusso-

Prussorum vigilantia & adversus solidos & florenos edictum. Diversum florenarum in Prussia & Polonia pretium; ex quo discrimen inter bonam & vulgarem monetam ortum. Ducatorum & nummarum unicalium in Polonia valor. §. V. Ut collatis consiliis melior redderetur pecunia, eam interea cudi vetitum est. Reversatis officinis, ad legem anni 1658. nummi fabricandi erant. Iterum clausæ officinæ, ut de emendanda pecunia consilia mirentur, & nondum aperte. Iam reclusæ, & cuprei ac argentei nummi cusi. §. VI. Fructus ex moneta, a Rege in Respublicam translati. An ideo melius rei nummarie consultum. Curæ Ordinum, ne Respublica iura, quo in se ex moneta lucrum derivatum, excidat, quod iam Regi concessum. §. VII. Fodinæ argenti Olcuffenses, & officina olim Olcuffii monetalis. Hodierna fodinarum conditio, & irrita in illis instaurandis Regum cura. Nova instaurationis spes.

## §. I.

**T**ributa & vectigalia, quæ proximo capite descripsi, pecunia penduntur, de cuius in Polonia antiquitate memorasse sufficiat, quod capessente regimine Casimiro I. in vltu fuerit; quod a. 1068. variarum auri & argenti specierum, auri & argenti denariatis; a. 1159. denariorum polonicorum; & a. 1174. nummi-

rata pecuniaz, currentis monetae, numismatis Principis, falsarii numismatum, solidorum ex argenti vena puriore, nuperrimi numismatis arte recenter fabricati, exauctoratae monetae & iam pridem abiectae, mentio fiat \*). Vade patet, falli illos, qui existimant, ante Casimirum M. hoc est, ante medium saeculi XIV. argentum & aes in Polonia signatum non fuisse \*\*); cui opinioni etiam hoc refragatur, quod Boleslaus maioris Poloniae Dux, in litteris suis a. 1264 de monetariis in suo dominio constitutis loquatur, quibus Iudeos cum falsis denariis capere, interdicit \*\*\*); imo a. 1232 Vladislaus *spitator*, Dux maioris Poloniae, Archiepiscopo Gnesnensi & Episcopo Posnaniensi facultatem cudendi nummos concesserit, ut supra lib. III. c. 5. §. 28. §. 41. diximus.

\*) Dlug. III. 211. 262. Ludew. Reliqv. manuscr. T. II. p. 260. Kadlub. T. II. Dlug. p. 753. 754.

\*\*\*) Hittk de Repub. Pol. lib. II. c. 2. §. 9. Braun. de re monet. Pol. & Pruss. p. 14. L.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 167. p. 1.

## §. II.

Priscis temporibus, res monetalis, ut reliquae, Principis arbitrio curabatur, in quo Senatorum consilio & consensu, Casimirus M. & Vladislaus Jagello vsi, hicque filiorum suorum nomine, idem promisit \*). Vbi vero Nobilitas publicis deliberationibus adhibebatur,

ipsa

ipsa pariter de moneta cœpit consuli, ut Sigismundus Augustus, citra consensum in comitiis, monetam se haud cufurum promittens, in hoc ad maiorum suorum exemplum provocaret \*\*). Posteriorum Regum pacta conventiona, ordinationem monetæ Reipublicæ arbitrio permittunt, præcipiuntque, non ex solius Senatus consensu, sed viriusque Ordinis in comitiis decreto, pecuniam cudi \*\*\*). Stanislaus Augusto Ordines ius cudendæ monetæ, quo Sigismundus III. Reipublicæ cessarat, reddiderunt, ut attendente commissione thesauri, & de eo ad reddendam Reipublicæ rationem obligata in publicam utilitatem bona pecunia in officinis Regiis cuderetur \*\*\*\*).

\*) Lase, Stat. f. 32. p. 2. f. 48 p. 2. f. 51. p. 1. Prilus. Stat. p. 435. Dlug. XI. 539.

\*\*\*) Prilus. I. c. Vol. Constit. p. 4. §. Chczæ się. (II. 594.)

\*\*\*\*) P. C. Vladislai IV. & Ioannis Casimiri. §. Iż za śmiercią. Michaëlis. §. Iż za abdykacyą. Ioannis III. & Augusti II. §. Iż prowent. Augusti III. §. Prowent z mennic.

\*\*\*\*\*) P. C. Stanislai Augusti. §. Gory Olkuskie.

### §. III.

In comitiis an. 1510 Sigismundus I. declaravit, operam se daturum, ut lituana & prusica pecunia, polonæ æquetur, eumque in

finem, Lituaniis & Prussis conuentum, cuique genti suam, indictum esse \*). Quod ad Lituanos, inter eos & Polonos iam a. 1501 conuenerat, vt ex vtriusque gentis sententia, æqualis moneta institueretur; quod a. 1564 nondum effectum, sine mora se effecturum, Sigismundus Augustus spondebat \*\*): quo regnante, monete polonæ & lituanæ æqualitas, inter conditiones, quibus regno magnus ille ducatus arctius iunctus est, locum obtinuit \*\*\*). Prussis paulo deditiois sua moneta concessa est, vt dum bellum cum Teutonico Ordine duraret, Thoruni, Elbingæ, Gedani & Regimonti, imagine & titulo Regis, prouinciæ sumibus; pace autem composita, Thoruni & Gedani, Regis impensis cuderetur. Sed paulo post, bello adhuc feruente, Rex Thoruno, Elbingæ & Gedano facultatem, pecuniâ fabricandi omni tempore, valore & pondere vlitatis, aut in posterum a Rege & prouinciæ Ordinibus decernendis, largitus est: præter quas vrbium officinas monetales, suam Rex Thoruni habebat. Idem ius retinuit Ordinis Teutonici Magister, parte Prussicæ per pacem Thorunensem a. 1466 ipsi relicta, quod mansit cum Albertus Brandenburgensis Marchio, ex Ordinis Magistro, Dux in Prussia euaderet. Memoratus antea Sigismundus I. Prussis monetæ æquationem etiam atque etiam commensans, effectit, vt ipsi vna cum Duce Alberto a. 1528 post multas consultatio-

nes decernerent, pecuniam eudi valore & pondere poloniam æquante †). Habet ius monetæ Curlandiæ Dux, per pacta feudalìa ipsi collatum, & quia tum per clientelam Lituaniæ iungebatur, prouisum, ut eius moneta lituanæ par esset, quæ cum non differat a polona, idem valor & pondus curlandicæ constitutum: a quo ne deflecteretur, illi qui ad Ducem Curlandiæ an. 1607 missi, attendere debebant ††).

\*) Statuta Sigismundi I. p. 11. Prilus. Stat. p. 697.

\*\*) Vol. Const. p. 54. §. Item moneta uniformis. p. 57. §. Dáley co się. (II. 648.)

\*\*) Vol. Constit. p. 175. §. Monetá. (II. 772.)

†) Histor. nost. Pruss. T. I. Document. p. 54.

††) Vol. Constit. p. 863. tit. O spráwiedliwośćie. (II. 1631.)

#### §. IV.

Æquata hoc modo omnium regionum, quæ regno iunctæ, moneta, erat necesse, ut præter Lituanos, Prussiæ & Curlandiæ Duces, ac ciuitates in Prussia, Thorunum, Elbinga & Gedanum, in consilium adhiberentur, si norma monetæ, *pedem monetalem* artis periti uocant, mutanda, aut quid aliud nouandum esset: quod citatæ constitutiones \*) demonstrant. Cum uero Ordines, Ioanne Casimiro regnante, lucrum præcipuam monetæ normam haberent,

rent, vt ex illa regni & Lituaniz thesauris fructus maximi obuenerent, ac officinæ quam plurimo redempturis locarentur \*\*), moneta libidini conductorum permitti cœpit, qui publici commodi specie, sui quæstus causa, pecuniæ pretium intenderunt. Erant tum *Titus Linius Boratinus* & *Andreas Tympsius*, a quibus luculentis pro Reipublicæ thesauris conditionibus moneta exercebatur, maximo tamén priuatorum & in posteros deriuato, ac ipsius Reipublicæ damno, quod veteribus nummis conflatis, & nouis pretio auctis, opes minuebantur, pretia autem mercium augebantur. *Boratinus* quidem, præter argenteos nummos, sólidos cupreos cudendi facultatem obtinuit, *Tympsio* florenos efformare concessum, qui in hunc diem a suo auctore *tympsii* aut *tympsiones* dicuntur, interno florenorum pretio grossos saltem duodecim æquante, solidorum autem cupreorum centenis florenis, tantum cupri continentibus, quantum florenis quindecim emi poterat. Prussi, qui non consenserant monetam tanta priuatorum iactura deprauari, in sua prouincia vtriusque nummi cursum interdixerunt, manetque cupreorum solidorum interdictum in nostram ætatem, *Tympsii* paulo post intra prouinciam admissi, valore ad grossos quindecim redacto, quem vsus ad grossos octodecim auxit, ac in hoc tempus seruauit. In Polonia & Lituania *tympsius*, pro floreno seu grossis triginta habitus, pretio crevit,

vit, ut a. 1717 valor grossis octo supra triginta definiretur \*\*\*): in qua computatione, non alii intelligendi grossi, quam qui solidis cupreis, quorum antea facta mentio, numerantur. Ex diverso hoc tympsiorum in Prussia & Polonia valore, orta est distinctio inter monetam vulgarem & bonam, seu polonam & prussicam, ut vnus prussicus, duos polonos florenos cum grossis tribus & triente efficiat. Eadem anni 1717 lex, nummo aureo seu ducato, octodecim, nummo vnciali, seu thalero cuso, quem vsus thaleri speciem vocat, octo florenorum pretium statuit. Vsu obtinet, ut quando de summis pecuniarum sermo est, per vnum florenum prussicum, seu monetæ bonæ, duo poloni intelligantur.

\*) Vol. Constitut. p. 743. tit. O monecie. Constit. a. 1616. p. 6. tit. O mynicy. a. 1631. p. 6. tit. O mynicy. an. 1633. p. 28. tit. Mynicá. an. 1649. poster. p. 11. tit. Mynicá. a. 1658. p. 15. tit. Commissya. a. 1676. p. 19. tit. Menicá. a. 1685. p. 15. tit. Coxquatia. (II. 1509. III. 275. 670. 800. IV. 288. 528. V. 350. 721.)

\*\*) Constit. an. 1654. p. 14. tit. Menicá. a. 1658. p. 14. tit. Commissya. a. 1659. p. 13. tit. O mennicy. (IV. 453. 528. 599.)

\*\*\* ( Constitut. an. 1717. p. 63. tit. Skarb. §. cursum. (VI. 290.)



## §. V.

Ipsi regni Ordines, satis mature damnata ex deprauata moneta intelligentes, an. 1667 pecuniam cudi vetuerunt, donec res monetalis, ab iis quibus hoc mandaretur negotium, melius ordinata esset, Boratino saltem nummos sex grossorum, per annum vnum cudendi facultate concessa \*); & interregno, quod an. 1668 sequebatur, omnes officinas monetales ad noui Regis electionem claudi edixerunt \*\*): qui in suis pactis, de solidis cupreis & florenis Tymplii in comitiis post inaugurationem se consulturum, promisit \*\*\*). Comitibus illis ruptis, nihil de moneta constitui potuit, sed officinae toto Michaelis regno clausae manserunt, cuius successor Ioannes III. spopondit, curaturum se, vt apertis quam primum officinis, pecunia ad Imperii Germanici & vicinorum Principum *ligam*, ex argento ac auro cudatur †). Tum primis post eius inaugurationem comitiis, officinas recludere decretum, delegatique ex utroque ordine, qui nouae monetae materiam & pondus, ad finitimorum exemplum constituerent: cum vero ne tunc quidem officinae aperirentur, illas aperiri, & pecuniam ad ordinationem anni 1658 excudi, a. 1677 regni Thesaurario mandatum ††). Ferebant officinae in annum 1685 quo ob exiguum Reipublicae ex moneta fructum, ad proxima comitia claudebantur, vt interea Posnaniae,

cum

cum Cæsaris, Electoris Brandenburgici Ducisque Curlandiæ legatis, ac maioribus Prussia civitatibus, de moneta cudenda certi quid constitueretur †††). Consultatum sequenti anno alio successu, quam ut res integra comitiis servaretur: verum ex senatus consilio anno 1688 novus congressus Posnaniam indicebatur, ex quo, ne quidem præsentibus quorum adesse intererat, negotium iterum ad comitia remittebatur \*†). Interea obiit Ioannes III. clausis adhuc officinis, quæ non aperiebantur, quamvis de aperiendis & exercendis officinis, idem in Augusti II. & Augusti III. pactis legatur \*\*†), quod Ioannem III. spondidisse diximus. Reges quidem sæpius, de moneta ad Ordines in comitiis retulerunt, qui non potuerunt adduci, ut aliquid decernerent, cum tamen domesticæ pecuniæ inopia & lucrum, quod Reipublicæ ex moneta obuenturum esset, Ordines ad maturanda consilia accendere debuissent. Cusi prioribus Augusti II. annis nummi senarii, seu grossorum sex, qui nulla comitiorum auctoritate in Saxonia cusi, iam raro visuntur. Idem dicendum de nummis grossorum octodecim, qui annos 1698 & 1704 præferunt, quique in rarissimis habentur. In comitiis an. 1740 nonnulli Senatores crediderunt, vile fore, si clausis in Polonia & Lituania officinis, Gedanenses ad normam exterorum pecuniam cuderent: & a. 1748 ad hoc Gedanensibus Thorunenses iungebantur. Augusto III. mortuo in

comitiis conuocationis, commissioni thesauri vtriusque gentis, homines in re monetali bene versatos consulere, & Ordinibus in primis comitiis modos exhibere, quibus fodinæ Olcusienses instaurari, & noua propria & bona pecunia tempore quam breuissimo cudi possit \*\*\*†). Deinde novus Rex per pacta conuenta obstringebatur, vt monetam probam effici curaret, vt sine §. 2. dictum, post comitia inaugurationis suæ Rex peculiarem commissionem, cuius Præses maior Regni Cancellarius est, instituit, quæ hoc negotium ita perfecit, vt approbante commissione thesauri, Cracouiæ cuprea, Varfauiz argentea moneta cuderetur, cuius vsus duobus edictis a. 1766 promulgatus est.

\*) Constit. an. 1667. p. 34. tit. Menicá, p. 71. tit. Menicá zlotá. (IV. 949.)

\*\*) Konfed. gen. a. 1668. p. 21. §. Chcąc do. (IV. 1045.)

\*\*\*) P. C. Michaëlis. §. Iż zá abdykacyą.

†) P. C. Ioannis III. §. Iż prowent.

††) Constitut. an. 1676. p. 19. tit. Menicá. an. 1677. p. 7. tit. Menicá. (V. 350. 457.)

†††) Constit. a. 1685. p. 8. tit. Zawarcie mennicy. p. 15. tit. Cozquatia. (V. 714. 721.)

\*†) Comment. nost. in P. C. Augusti III. p. 173.

\*\*†) P. C. Augusti II. §. Widząc iednak. Augusti III. Prowent z mennic.

\*\*\*†) Konfed. gener. p. 76. tit. O mennicy.

§. VI.

## §. VI.

Fecimus §. 4. mentionem fructuum Reipublicæ ex re monetali, quos olim Regis fuisse, ac illis Sigismundum III. cessisse, ut post mortem suam Reipublicæ obuenirent, *lib. II. c. 10. §. 14.* exposuimus. Causa mutationis erat, ut melior cuderetur moneta quam cusa antea, quod tamen secus euenit, pecunia in dies peiore: idque aliter fieri non poterat, cum Theaurarii, rei monetæ curatores, officinas pretio quam maximo locarent, illi qui conduxerant ditescerent, & quo impune regnum exilarent, patronos mercarentur, qui sunt omnes cum pecuniæ cudendæ subtrahi deberent, hæc eo vilior euadebat, quo maiores impensæ maiorque conductorum auditas erat. Hoc Reipublicæ ex moneta lucrum, ut illibatum maneret, neque Reges sibi vindicarent, Ordines in Regum pactis conuentis, a Vladislai IV. electione prospexerunt \*): quod iam Ordines Serenissimo Regi Stanislao Augusto per pacta conuenta reddiderunt, estque simul per ius cudendæ monetæ, quo Sigismundus III. cesserat, intelligendum, cuius fine §. 2. mentio facta est.

\*) P. C. Vladislai IV. & Ioannis Casimiri, §. Iż za śmiercią. Michaëlis, §. Iż za abdykacyą. Ioannis III. §. Iż prowent. Augusti II. & Augusti III. §. Prowent z mennic,

## §. VII.

## §. VII.

Erant pecuniæ cudendæ, fodinæ Olcussien-  
 ses argenti feraces, opportunæ admodum,  
 quarum antiquam & hodiernam conditionem  
*lib. II. c. 10. §. 8.* descripsimus. Instructa eti-  
 am Olcussii monetalis officina, quam lex Si-  
 gismundi III. tempore commendat, non nisi  
 ibi aut Cracouiæ, pecuniam cudi præcipiens  
 \*). Sed iam dudum officina cessauit, & ne-  
 glectæ fodinæ argentum suis venis abditum  
 seruant. Obtulerunt Augustus II. & Augustus  
 III. dum eligerentur, suum in fodinis instau-  
 randis studium \*\*), excitaruntque Ordines in  
 comitiis, vt suam operam iungerent, a qui-  
 bus cum destituti, nihil profecerunt. Quod  
 sane mirum, in continua de publica egestate  
 querimonia, diuitiis quæ domi & in promptu  
 sunt, manum non aduoueri, quarum causa  
 gentes maria transmittere & alium orbem  
 adire solent. In comitiis an. 1748 erat inter  
 Nuntios, qui instaurationem fodinarum dissua-  
 deret, ne domesticæ diuitiæ exteros allicerent,  
 ad inducendum solutius regimen. Contra in  
 proximis comitiis conuocationis instaurationis  
 habita ratio, vt §. 5. dictum est: cuius curam  
 Rex in pactis conuentis ad exemplum Serenif-  
 simorum Decessorum suscepit \*\*\*), & post in-  
 augurationem tum indigenas tum exteros inui-  
 tauit, Regia gratia & præmiis etiam proposi-  
 tis, vt consilia & modos cum commissione  
 thesauri

thesauri communicarent. Accitus etiam ex Saxonia vir fodinarum rerumque metallicarum scientissimus operi præficiendus, qui ut publicam spem, luminotis quæ obesse possent, impleat, optamus.

\*) Vol. Constitut. p. 743. tit. O monecie. (H. 1509. 1510.)

\*\*) Proposit. P. C. Augusti II: adiectæ. §. Zabiegaięe. P. C. Augusti III. §. Ekonomią Olkuską. Propos. P. C. adi. §. Kruszców.

\*\*\*) P. C. Stanislai Augusti §. Gory Olkufkie.

### CAP. XIII.

## De Potestate legislativa & iudiciis.

§. I. *Antiquis temporibus publicæ leges nullæ, & privatarum pauca, quas solus Princeps ferebat. Ius magdeburgense Cracoviæ concessum. Magdeburgense teutonicum, saxonicum, srezedense appellatum. Ratio ob quam magdeburgense indutum, quo præter Cracoviam, plures civitates & vici uti vulerunt. Exemplum huius in arce Cracoviensi servatum, & postea typis excipitum.*

§. II. *Leges privatorum a Casimiro M. auctoritate, proceribus aliisque antea consultis. Nunc inde colligi possit, Regem illo tempore legislativam*

latoriam potestatem cum Ordinibus exercuisse. Quando huius potestatis Ordines participes redditi sint, qua cum Rege in hunc diem vtiuntur. §. III. Publicarum legum origo, quarum numerus sensim creuit. Quomodo ferantur. §. IV. Leges publicæ & priuatorum ubi descriptæ. Statutum lituanum. Prussorum ius culmense, huiusque plures correctiones. Nobilitatis prussicæ ius terrestre. §. V. Iudiciorum origo. Princeps supremus iudex. Colloquia generalia. Iudicia inferiora & aulica. Iuris magdeburgici iudicia & ex illis prouocationes Magdeburgum. Abrogata prouocatio Magdeburgum, & supremum iudicium illius iuris Cracouia institutum. Appellatio ab illo ad Regem. §. VI. Quæ iudicia ex veteribus super sint. Iudicium supremum iuris magdeburgici desit. Colloquia generalia in alia iudicia mutata. Colloquia terrarum particularia, quæ deserunt. §. VII. Iudicia olim solius Regis auctoritate instituta & ordinata sunt, quod postea Ordinum consensu factum. Iudicia singulorum palatinatum in comitiis decreta. Quæ sibi palatinatus constituisent, a Rege probanda. Tribunalia in comitiis ordinata, ibidemque ea sancta, quæ ad rem iudiciariam pertinent. Iudicia Regis nomine exercentur, quæ illo defuncto cessant. §. VIII. Iudicia assessoria. Quæ causæ ibi iudicentur. Non prouocatur

vocatur ad ea a iudiciis nobilium. Nouissima, iudiciorum assessorialium mutatio Relationum iudicia quomodo habeantur. §. IX. Num ab assessoriali ad relationum iudicium provocare liceat. Quod sibi permitti Prussi orarunt. Regium diploma in eam rem, maioribus provincie illius ciuitatibus seruens. Interdum Cancellarii ultro causas ad relationum iudicia remittebant, interdum Rex eas ad hæc iudicia euocabat. A iudiciis assessorialibus ad relationum prouocare non permittitur. Curlandorum cause coram iudicio relationum. §. X. Iudicia in comitiis, quibus aliquot ex Nuntiis assident, neque sine illis haberi possunt. §. XI. Ex qua occasione tribunalia instituta. Tribunal in Polonia Petricouice & Lublini, ad quod initio non omnes palatinatus accesserant. Quid de Prussis notandum. §. XII. Idem qui Petricouice, & Lublini iudicabant. Tempus quo utroque loco, & qui Petricouice, qui Lublini iudicati. Iam duo tribunalia. Mutatio in locis. Qui iudices & quomodo eligendi. Iudices iurant. Tribunalis Mareschalcus, & inter iudices ecclesiasticos Præses. Decreta quomodo ferantur & eorum auctoritas. Quæ cause ad comitia remittantur. Noua tribunalium ordinatio expectatur. §. XIII. Tribunal in Lituania quando cœperit. Quibus locis habeatur. Spatium quo exerceatur. Iudicum iurans.



*iurandum. Tribunalis Mareſchalcus. §. XIV. Liuania neque ad polonum neque ad lituanum tribunal pertinet. ſed eius cauſæ coram iudicio aſſeſſoriali iudicantur. §. XV. Tribunal theſauri in Polonia & Lituania, quando & ex qua cauſa inſtitutum. Non fuit olim perpetuum. Vbi haberi ſoleret. §. XVI. Tempus quo in Polonia habebatur. Qui iudices & quomodo conſtituti. Spatium quo munus ſuum exercuerint, eorumque honorarium. Tribunalis alius Præſes, alius Mareſchalcus. Iurabant iudices. Aderat tribunali regni Theſaurarius, aut aliquis eius nomine. Cauſæ quæ ad hoc tribunal pertinuerint. Num ab eo appellare licuerit. Nihil noui ſancire potuit, cum ipſi ad præſcriptum legum iam latarum agendum eſſet. Sumtus ab eo erogandi. Tribunalis Notarius. Hoc tribunal in poſterum non habendum. §. XVII. Qui tribunalis theſauri in Lituania iudices, & quo tempore iudicauerint. Salarium iudicum qui ordinis Senatorii. Duo ex Liuanis tribunali aſſederunt. Eius Notarius. Sumtus a tribunali erogandi. Tribunal hoc pariter non amplius habebitur. §. XVIII. Iudicia fiſci, quæ abrogata. §. XIX. Iudicia mareſchalcalia. Quando Referendarii iudicare cœperint incertum. Quæ cauſæ ad horum iudicium pertinuerint. Num ab eorum decretis appellare licuerit. Quando  
contro.*

*controversiam ad Cancellarios remiserint. Decretorum subscriptio, sigillam quod iis impressum, & lingua qua exarata. Vbi iudicia exercuerint, & num etiam Rege extra regnum absente. Qui Referendario affederint. Referendariorum iudicia iam sublata.*  
 §. XX. *Nuntiaturæ iudicium.*

## §. I.

**R**egi Poloniam legibus, ipso tractationis nostræ initio patebat, cum fontes publici iuris monstrarem. Dicuntur leges illæ publicæ, quæ normam sistunt, ad quam Rex Rempublicam gerit, quasque toto opere magno numero citauimus. Præter eas, sunt priuatorum leges, quæ latæ ciuibus, ac ex quarta præscripto ipsis ius dicitur. Præterea priuatorum pauca erant, quas Princeps iubebat; publicæ nullæ, quia Princeps Rempublicam suo arbitrio moderabatur, Præterea in consilium adhibitis. Anno 1257 Boleslaus *puer* permittebat vrbi Cracouiæ ius magdeburgense, variis nominibus, teutonicum, saxonicum, frzedense appellatum, quod eos minime turbabit, qui sciunt, Magdeburgum esse ciuitatem teutonicam in Saxonia sitam; frzedense autem corruptum est uocabulum germanicæ originis, quasi *stedense*, *Stadt-Recht*, ius quo ciuitas aut ciuitates utuntur. Causa, ob quam Cracouiæ externum ius concessum, citatur, quod vrbs legibus polonis iu-

flum incrementum capere haud potuerit \*). Accedebat, quod cum maxima pars incolarum ex Germania & quidem Saxonia venerat, eorum ingenio & moribus magis magdeburgense ius, quam polonum, quod illa ætate rude admodum & mancum erat, conueniret. Præter Cracouiam, plures ciuitates, oppida & vici ad magdeburgenses leges admissi fuerunt \*\*), nonnullorumque nomina in Casimiri M. litteris leguntur, qui etiam exemplum istius iuris in thesauro arcis Cracouiensis deponi curauit \*\*\*), quod iussu Alexandri Regis, Io Lascio typis exscriptum statutis regni iunxit \*\*\*\*).

\*) Dlug. VII. 750.

\*\*) Dlug. IX. 1104.

\*\*\*) Dlug. IX. 1107. 1108.

\*\*\*\*) Lasc. Stat. f. 175.

## §. II.

Dictus Casimirus M. polonas leges multum auxit, ac normam dedit, ad quam lités in iudiciis agerentur dirimerenturque \*), pro præcipuo inde legislatore in Polonia habendus, quemque maioribus laudibus dignum, quam Solonem & Lycurgum, *Dlugoffus* existimat \*\*). Hoc antequam perficeret, an. 1347 ad Visliciam, cum Episcopis, Palatinis, Castellanis, Officialibus & Dignitariis omnium terrarum, conuentum celebrauit, vt in re tam ardua eorum consilio vteretur \*\*\*). Quod ta-  
men

men non ita intelligendum est, ac si Casimirus potestatem legislativam simul cum Ordinibus habuisset. Tum enim illa auctoritas a solo Rege exercebatur, neque cum Ordinibus communicari poterat, qui nondum existebant. Diversa plane sunt, consulere alios antequam decernas, & decernere vna cum aliis, ut decerni nequeat, si illi alii consentire nolint. Prius de Casimiro M. & iis qui ante Casimirum M. ac aliquo spatio post ipsum regnarunt, dicendum, posterius ex illo tempore, quo Ordines potestatis legislativæ participes redditi, ad nostram ætatem obtinet. Ipse Casimirus in præfatione suarum legum declarat, se eas in commodum suorum *subditorum* sanxisse, postquam cum Prælati, Baronibus, cæterisque Nobilibus & *subditis* cognovisset, quam imperfectæ priores leges essent, & quanta iniquitate causæ in foro agerentur †). Idem ius ad Casimiri successores transmissum, quò Casimirus III. an. 1454 cessit, nullas novas leges sine singularum terrarum conventibus se promulgaturum promittens ††): a quo tempore leges in comitiis, Ordinum consensu accedente, ferri cœperunt. Hinc Iohannes Albertus, veteres confirmaturus & novas additurus, cum Senatoribus & omnium terrarum Nuntiis, *totius regni corpus cum plena facultate absentium representantibus*, comitiis habuit, ac ex eorum consilio & voluntate, quod instituerat, peregit †††). Alexander in iuris legibus, Se-

natorum & vniuersorum Nuntiorum a singulis terris ad comitia missorum præsentiam & consensum citauit, simul ex illorum sententia vetuit, aliquid noui a Regibus, vilo tempore, sine communi Senatorum & Nuntiorum terrestrium consensu, conslitui \*†): quod Alexandri statutum Sigismundus I. a. 1538 repetiit \*\*†), ac vsus perpetuus firmavit, cum leges priuatis ad Ordinum mentem scribantur.

\*) Dlugoff. IX, 1080. Lasc. Stat. f. 8. f.

\*\*) Dlugoff. IX. 1082.

\*\*\*) Dlugoff. IX. 1081.

†) Lasc. Stat. f. 8. p. 1.

††) Lasc. f. 95. p. 1. Prilus. Stat. p. 40.

†††) Lasc. f. 96. p. 2. Pril. l. c.

†) Lasc. f. 112. p. 2. f. 115. p. 2. Prilus. p. 42. 43.

\*\*†) Prilus. p. 44.

### §. III.

Publicæ leges ex Regum voluntate ortæ sunt, qui de sua potestate nonnulla remittentes, sibi leges scripserunt, ad quas regnaturi essent. Initium a Ludouico *lib. II. c. 1. f. 2.* deduximus, cuius exemplum dum secuti successores, numerus publicarum legum creuit, non cessantibus Ordinibus, qui vel interregno statuerunt, quæ novus Rex per sua pacta probaret, vel Rege regnante, cum ipso in comitiis sanxerunt, quod ad Rempublicam pertineret: idque tota nostra tractatio docet, quæ publica

publica iura, Regum pactis conuentis, & comitiorum constitutionibus fulcit. Si quid in his legibus mutandum; si prioribus addendæ nouæ; si quarum sensus ambiguus, explicandæ; Regis & Ordinati consensu opus esse, nemo diffitebitur.

## §. IV.

Memoratas publicas & priuatorum leges, statuta & constitutiones continent, quarum collectiones *lib. 1. c. 2.* exhibet. Lituani scorsum statum habent statutum, cuius §. 6. citati capituli mentio facta est. Prussi publica sibi iura pacti sunt, cum in Regis Poloniæ ditionem transfirent, quæ in *priuilegio incorporationis* leguntur. In priuatorum causis, Culmensi iure antea usi erant, quod sub Regum Poloniæ imperio mansit, idque cum sæculo XVI. a pluribus sigillatim retractaretur, prodierunt variaz correctiones, quarum nulla Regis auctoritate probata est. Erat hoc ius ciuitatibus & Nobilitati commune, quæ circa finem eiusdem sæculi XVI. sibi ius *terrestre* scribi curauit, quod tum Regis diplomate, tum constitutione an. 1598 \*), auctoritatem obtinuit.

\*) Regis diploma ante ius terrestre, & constitutio vol. constitut. p. 701. tit. Prawa Pruskiego korektura, leguntur. (II. 1466.)

## §. V.

Frustra autem priuatis leges ferrentur, nisi

iudicia essent, quæ eas exercerent, ac in illos animaduertent, qui legibus non parentes, aliis iniurias faciunt. Ex hac causa, legibus iudicia iungimus, eo consilio, vt de institutione & auctoritate illorum agamus, modos, quibus in singulis iudiciis dilceptatur, illis qui fori vsum describunt, relinquentes. Iudicia in Polonia cum legibus cœperunt, & Princeps qui leges ferebat, aut ipse ius dicebat, aut id mandabat aliis, suprema cognitione penes ipsum manente. Laudatur *Leico albus*, quod *colloquii generalibus* assiduus præfederit, ac lites prudentissime diremerit \*): quæ *colloquia*, iudicia sine prouocatione erant, & ad quæ a iudiciis inferioribus appellabatur. Vladislaus *sputator*, maioris Poloniæ Dux, an. 1232 incolas bonorum archiepiscopatus Gnesnensis & episcopatus Posnaniensis, a sua & Palatinorum, Castellanorum, Iudicum & Officialium, ordinaria iurisdictione exemit \*\*): vnde præter Principis, inferiora iudicia fuisse patet. Casimirus M. in statutis Vislicensibus an. 1347 varia de iudiciis sanciens, Palatinorum, Castellanorum, Iudicum terrestrium, Capitaneorum, & Succamerariorum iudicia memorat \*\*\*). Idem Rex iussit, iudicia terrestria illius terræ, in qua ipse præsens esset, in sua aula a Iudice & Subiudice haberi, de causis vero hæreditariis a Iudice & Subiudice ad se referri, vt coram se & Baronibus iudicarentur: quod si ipse adesse impediretur, additurum se lex aut minimum

nimum quatuor Barones, qui vna cum Iudice & Subiudice decernendi facultatem haberent †). Qui iure teutonico feu magdeburgensi vtebantur, coram Sculteto & Scabinis disceptabant, a quorum sententia Magdeburgum ad collegium scabinale prouocabatur. Idem Casimirus M. a. 1356 adhibitis in consilium Episcopis, Abbatibus, Præpositis, & aliis ordinis sacri viris, tum Castellanis, Palatinis, Camerariis, Succamerariis, Iudicibus, Subiudicibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Consulibus, Aduocatis, Scabinis iuratis civitatum, Scultetis & Officialibus villarum, appellationes Magdeburgum abrogavit, & iudicium supremum iuris Magdeburgensis in vrbe Cracouensi instituit, ex vno Aduocato & septem Scabinis compositum, & a cuius tamen decreto ad Regem appellare liceret, qui binos Consules ex ciuitatibus Cracouia, Sandomiria, Bochnia, Vliczka, Casimiria & Ilkusz delegaturus, vt ipsius nomine vltimam sententiam ferrent ††).

\*) Dlug. VI. 630.

\*\*) Dlug. VI. 647.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 28. p. 2. f. 37. p. 1.

†) Lasc. f. 10. p. 2.

††) Dlug. IX. 1105. f.

#### §. VI.

Superfunt in nostrum diem iudicia aulica, terrestria, Palatinorum, Capitaneorum & Succamerariorum. **Iudicium** prouocationis in



causis iuris Magdeburgici, dudum est abolitum \*), pro quo ad iudicium aulicum assessoriale appellatur: ac iam Sigismundus Augustus a. 1550 edixit, se causas illas cum Senatoribus qui presentes fuerint, iudicaturum esse \*\*), Iudicia seu *colloquia generalia*, quæ a Rege, Baronibus assidentibus, aut absente Rege a Baronibus peragebantur, in iudicia comitialia & aulica, quæ adhuc vigent, mutata sunt. Erant præter colloquia illa generalia, *particularia* singularum terrarum, quæ Vladislaus Jagello semel quovis mense, Iudice vel Subiudice præside, a Palatini, Succamerarii, Iudicis & Subiudicis Camerariis peragi voluit \*\*\*): filius autem eius Casimirus III. particularia hæc colloquia generalia appellans, eadem ter singulis annis, Palatino, Castellano & aliis cuiusvis terræ dignitariis presentibus, haberi iussit †). Ad ea ex iudiciis inferioribus appellationes fiebant, & a colloquiis particularibus ad Regem ††). Sed colloquia hæc, quæ initio sexti decimi sæculi sæpe omissa, regnante Sigismundo Augusto plane desinebant, licet an. 1550 his minimum quovis anno exerceri præciperetur †††).

\*) Biels. Chr. p. 233.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 7. §. Iz w Niemieckich. (II. 598.) Prilus. Stat. p. 58.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 45. p. 1.

†) Lasc. f. 90. p. 2. f. 92. p. 2.

††) Pril.

††) Prilus. Stat. p. 50. 675.

†††) Prilus. p. 674. 679.

### §. VII.

Quod antea de legislativa potestate diximus, idem de auctoritate ordinandi iudicia afferendum est, eam solum Regem exercuisse, ita ut consilio procerum, nobilium, imo & civitatum, sponte sua videretur: estque memorabile exemplum institutio supremi iudicii, iure magdeburgensi disceptantium, quod §. 5. retulimus, & ex quo patet, Casimirum M. plurimos consuluisse, quibus inter Ordines postea locus datus non est. Cum vero Ordines potestatis legislative participes redderentur, simul ad res iudicarias illorum consensus requirebatur, quod Casimiri III. & Successorum tempora docent. An. 1563 consilio & consensu Ordinum, iudicia in singulis palatinatibus semel exercenda decernebantur, quæ causas in appellatione ad Regem & comitia pendentes, sine ulteriore provocatione deciderent \*). Cum Henrico & Stephano Ordines pacti, ut quæ post mortem Sigismundi Augusti, alii palatinatus sibi constituissent, alii constituturi essent iudicia, Rex confirmaret, ac nullo modo impediret \*\*). Quo tribunalibus occasio data est, quæ in Polonia & Lituania regnante Stephano in comitiis decreta, quibusque tempore Sigismundi III. tribunalia thesauri accesserunt. Anno 1611 novus modus,

P p 5

quo

quo in iudiciis causæ agerentur, auctoritate comitiorum probabatur, cum antea delegati fuissent, qui eum conscriberent ac conscriptum Ordinibus exhiberent \*\*\*). Idem postea factum, si quid in iudiciis mutari debebat, quæ ex causa, ut alia exempla transeamus, iudiciorum anticomum ordinationes \*\*\*\*), & tribunalium nouissimæ correctiones †), inter constitutiones comitiorum leguntur. Quod ad iudicia quibus ipse Rex præsidet, pacta conuenta volunt, ut causas eo ordine, quo iudici seu registro inscriptæ, ac ex plurimorum sententia iudicet. Idem de ordine quo causæ iudicandæ, & decretis ex plurimorum sententia ferendis Stanislaus Augustus promisit, nominatis comitiorum, relationum & Curlandicis iudiciis, in quibus utrumque obseruaturus sit. Addidit Rex quædam de comitialibus decretis legendis, subscribendis & extradendis; de iudiciis omnibus in pristinum vigorem restituendis; iudiciis Curlandicis in terminis circumscriptis non omittendis; iudiciis assessorialibus ad mentem comitiorum conuocationis ordinandis; & quod in nullis iudiciis, pro aliquo, contra eum cui iniuria facta, interuenire velit ††). Ex quibus satis patet, Regi non integrum esse, sua auctoritate in iudiciis aliquid mutare, aut iudicia ad arbitrium exercere. Potest tamen explicare, quæ de iudiciis ab Ordinibus constituta sunt, ut in comitiis coronationis †††) & in ordinatione iudiciorum assessoria-

lium

lium factum est. Id ex antiqua potestate superest, quod iudicia omnia Regis nomine exerceantur, quæ ipso defuncto cessant, ac pro iis capturalia instituntur, nec prius ad ordinaria iudicia, quam post noui Regis inaugurationem, ac publicatum ea de re edictum, redeatur.

- \* ) Vol. Constit. p. 31. f. (II. 625.)
- \*\* ) Vol. Constit. p. 256. §. Sprawiedliwość. (II. 900.)
- \*\*\* ) Postępek prawny skrócony, post Uniwers. pobor. a. 1611. (III. 67.)
- \*\*\*\* ) Constit. an. 1683. p. 7. f. tit. Ordinacya. (V. 660.) Konfed. gener. a. 1764. p. 77. tit. Zlecenie. Constit. a. 1764. p. 44. tit. Wyznaczenie. Ordinatio iudiciorum assessorialium, constit. a. 1764. addita.
- † ) Constit. a. 1726. p. 21. f. tit. Trybunał. (VI. 418.) Constit. Litan. p. 1. tit. Trybunał. Konfed. gener. an. 1764. p. 53. tit. Rozdzielenie. Constit. a. 1764. inter Litanas.
- †† ) P. C. Michaëlis, Ioannis III. Augusti II. Augusti III. §. Na sądach seymowych. Stanislai Augusti. §. Na sądach. §. Sądów. §. W wszelkich sprawach.
- ††† ) Constit. a. 1764. p. 44. tit. Wyznaczenie.

§. VIII.

Iam ipsa suprema iudicia, ad quæ ab inferioribus appellatur, in quantum fini nostro conuenit,

conuenit, describemus. Colloquia antiqua generalia, in iudicia aulica & comitialia mutata esse, §. 6. dictum. Aulica in *assessorialia* & *relationum* diuiduntur. Ad assessorialia, de quibus *lib. III. c. 8. §. 42. 43.* egimus, appellabatur olim, tum a nobilium tum a ciuitatum iudiciis, quod post Sigismundi Augusti mortem, a iudiciis nobilium fieri desit, vt ex hoc tempore, ad ea a folis ciuitatum decretis provocetur, ac ipsæ ciuitates si in ius vocandæ, ibidem forum suum habeant. Reliquas, quæ a iudiciis assessorialibus iudicentur, causas, ordinatio iudiciorum a. 1611 exhibet \*). Nuper in comitis conuocationis, Ordinibus placuit, iudiciis illis in Regno & Lituania novum modum, a futuro Rege in pactis suis approbandum constituere: vt nulla ab iis vltiore appellatione, decreta executioni mandarentur; Cancellarii ex plurimorum sententia decreta ferrent; *officialibus* cancellariæ Rex certum numerum ex Senatorio & equestri ordine Assessores iureiurando obstringendos adderet, ac eorum operam remuneraretur; iudiciis certa loca & stata tempora, Rege siue in locis illis præfente siue absente, assignarentur, ita vt Regni Varsoviæ, Lituania Varsoviæ, Grednæ aut Brestæ haberentur; vtroque Cancellario absente, primus in ordine Senator præfideret; perpetui & quasi nati assessores essent in Regno Secretarius maior, Referendarii, Thesaurarius curiæ, Notarius ecclesiasticus,

Insti-

Instigator & Vice-Instigator, Regentes cancellariæ maioris & minoris; in Lituania pariter, Secretarius maior, Referendarij, Thesaurarius curiæ, maiores Lituaniæ Notarii, Instigator & Vice-Instigator, & utriusque cancellariæ Regentes, ut tamen Instigatores & Vice-Instigatores censerent non ad decisionem sed consultationem; qui his assessoribus, ex Senatoribus & Nobilitate addendi primum in coronationis postea in singulis ordinariis comitiis plurimorum suffragiis ab Ordinibus, iunctis eorum conclauibus, eligerentur, qui licet non omnes, modo octo cum Notario decretorum adessent, iudicarent. His addebatur, ut Notarius decretorum in Regno, sicut in Lituania semper fuit, ex Nobilitate, & bene meritis esset, censeretque non ut sententia eius decisioni seruiret, sed ut iudices de causa & iure edoceret. Nec minus Metricantes in posterum debebant esse Nobiles, si presentes non essent. A nova hac iudiciorum assessorialium ordinatione Livoni excipiebantur, quibusque more veteri, non ex assessorum, sed Cancellariorum sententia ius dicendum \*\*). Rex autem, non solum in pactis suis promisit, ad hanc formam se iudicia assessorialia ordinaturum, quod ex §. precedenti patet, sed etiam in comitiis post inaugurationem ea ita exerceri præcepit, cum nonnulla in nova ordinatione mutasset: ut cancellariorum Regni & Lituaniæ Regentes, quia non a Rege sed Cancellariis crearentur, inter

inter Assesores non ad decidendum sed deliberandum censerent; Regiæ ciuitates in Regno & Lituania iunctisque prouinciis, vt Livoni, non ex sententia Assessorum, sed a solis Cancellariis pro more veteri iudicarentur; Thesaurarii curiæ numero Assessorum eximerentur; & inter ciuitates in quibus iudicia Lituana haberentur, etiam Minscum esset. In iisdem comitiis, Rex ordinariis & perpetuis Assessoribus Regni, quatuor Senatores & octo Nobiles, Lituaniæ duos Senatores & Nobiles decem addidit, ex quibus si quis ante proxima ordinaria comitia moreretur, aut Nobilis ad Senatoriam dignitatem ascenderet, in eius locum alius a Rege ex consilio Senatorum residentium, ad tempus, quo reliqui suum munus finirent, sufficeretur \*\*\*). Citatis comitiis peractis, noua iudiciorum assessorialium ordinatio, constitutionibus adiecta prodiit, cuius summa est: fiant decreta ex sententia plurimorum, causis ciuitatum Regiarum exceptis. Siat Cancellariorum assessores perpetui, Secretarii maiores, Referendarii, Notarii, Instigatores, Vice-Instigatores, Regentes, Notar. decretorum, quibus quatuor Senatores & duodecim Nobiles in Regno & Lituania addendi. Senatores & Nobiles in comitiis ordinariis, illi a Senatu, hi ab equestri ordine suffragiis plurimorum vsque ad proxima comitia eligantur, salua Regis facultate, suffiendi ad eadem proxima comitia alium

si in-

si interea vel Senatoris vel Nobilis locus vacuus exstiterit. Post Cancellarios aut Procancellarios, qui iudiciorum Præsides, primum habeant locum Senatores, secundum officiales Regni & Lituaniæ, tertium electi ex Nobilitate, quartum officiales cancellariæ & vltimum Notarii decretorum. Præter supremos Cancellarios & Procancellarios nec non Senatores, cæteri Assessores, vt Secretarii maiores, Referendarii, Notarii Regni & Lituaniæ, ac Nobiles, iurent coram Cancellariis ad certam formulam, nec minus iurent Instigatores, Vice-Instigatores, Regentes & Notarii decretorum, non ad iudicandum sed iuste censendum. Iudicentur causæ stas temporibus & locis, ac etiam ibi vbi Rex cum aula sua intra fines Regni & Lituaniæ substiterit. Cancellariis absentibus, & quando nullæ ciuitatum Regiarum causæ iudicandæ, Senator præsideat, & cum quatuor Assessoribus, quibus decidendi potestas est, præsentem decretorum Notario iudicet, decreta tamen solito alias modo scribantur, quibus supremi Cancellarii aut Procancellarii subscribant. Si Assessores qui iam censuerunt, ex sententiis suorum collegarum de causa melius edocti fuerint, permittatur iis vt censeant iterum. Ne a decretis siue ad comitiâ siue ad iudicia relationum appelletur, & qui appellauerit, custodia turris per hebdomades sex puniatur. Quæ de executione decretorum, de restitutione, causæ in integrum, de securitate

tate



tate iudiciorum, de causarum patronis & indicibus vulgo regeſtris præcipiuntur, ſilentio tranſimus, ab illis quorum ſcire intereſt, in ipſa ordinatione legenda: in cuius fine Liouonis vetus a ſolis Cancellariis iudicandi mos, iam in comitiis conuocationis ſeruatus, cum conſtitutione anni 1677 confirmatur, tum priores leges aduerſus euocationes ciuitatum Regiarum ad alienum forum ſcilicet ad tribunal, iudicia terreſtria & caſtrenſia repetuntur, & vt quicumque aut Magiſtratus aut ciues euocaverit, quingentis marcis, & cuſtodia turris per hebdomades duodecim, Inſtigatoribus vel Vice-Inſtigatoribus accuſantibus puniretur: decreto, ſi in euocatos iam latum fuerit, irrito. Iudiciis relationum ipſe Rex præſidet, Senatoribus & eiusdem ordinis Miniſtris aſſidentibus. Cauſas inducit Referendarius, quas earum patroni agunt. Illis peractis, cenſent ſeniores & Miniſtri, poloni a Regni, lituani & Lituaniæ Mareſchalco ſententiam rogati, quos vltimo loco Referendarius excipit. Iidem, dictis ſententiis, Regem circumſtant, cuius nomine, reſgreſſis poſt deliberationem ad ſua loca Senatoribus, Cancellarius decretum ex plurimorum ſententia pronuntiat. Maiorem enim idem cenſentium numerum vincere, ſ. proximo monitum, vt adeo lex poſt Henrici electionem ſcripta, vſu haud vigeat, præcipiens, a Rege diuerſas Senatorum ſententias in vnam componendas eſſe, quæ ad iura & conſuetu-

suetudines quam proxime adcedat \*\*\*\*). Iudicata causa vna, ad alteram transit Referendarius, quam plures excipere possunt, donec Cancellarius ex Regis mandato iudicium dimittat, alium illi simul diem dicens. De Referendario notandum, stantem ipsum causas inducere & censere, sedere autem dum causæ aguntur & censetur, Senatores vero sedentes suam sententiam promere.

\*) Postępek prawy p. 4. 5. (III. 70. 71.)

\*\*) Konfed. gener p. 77. tit. Zlecenie.

\*\*\*) Constit. a. 1764. p. 44. tit. Wyznaczenie.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 254. §. Często sie też.

(II. 898.) Vid. comment. noster ad P. C.

Augusti III. p. 121. 122.

### §. IX.

Vt a iudicio assessoriali ad relationum appellaretur, Cancellarii non libenter permittebant, quod eo suæ auctoritati derogari existimabant: & perhibet de suis temporibus *Lubienfcius* \*), Cancellarios ob reuerentiam Principis, interdum prouocationem concessisse, nisi vel causa similis eodem modo iudicata, vel subselliorum inferiorum binæ sententiæ pares præcessissent, vel res de qua lis, minoris momenti aut pretii fuisset. Prussi ægre ferentes, negari ad relationum iudicia prouocationem, aliquoties Regem orarunt, vt sibi in hoc suo iure vti liceret, quod Thorunensi civitati Ioannes Casimirus, in omnibus causis &

actionibus seorsum concessit, ac pro tribus maioribus Prussiae civitatibus, Ioannes III. suo diplomate a. 1696 approbavit \*\*). Interdum Cancellarii, si quam ex decreto invidiam metuerent; si de civitatum iuribus; si de religione; si cum aliquo potentiore aut ecclesiasticis controuersia; causam vltro ad relationis iudicium reinittebant: nonnunquam ipse Rex, ante Cancellariorum decretum, litem ad Se euocabat. In comitiis conuocationis omnis appellatio a iudiciis assessorialibus interdicta est, & nouissimam iudiciorum assessorialium ordinationem in appellaturos ad iudicia relationum poenam carceris sex hebdomadam statuisse, ex praecedenti §. constat. Curlandicae causae ad relationum iudicium deferuntur, quod si in Polonia agitur, a Regni, si in Lituania, a Lituaniae Cancellario fiunt, quae in illo a Cancellariis obeundo sunt.

\*) Lubienfc. Oper. p. 218.

\*\*\*) Zerneckii Thorun. Chron. p. 322. 398. 399.

### §. X.

In comitiis priuatorum causas, iam Ioanne Alberto regnante iudicatas fuisse, constat \*): & Sigismundus I. statuit, vt si colloquia in palatinatibus non haberentur, cuius ad comitia prouocare liceret \*\*). Actum de iudiciis comitialibus, in tractatione comitorum, *lib. III. c. 2. §. 40.* quae exerceri nequeunt, nisi designentur, qui Nuntiorum nomine affideant, vt  
 ex

ex ordinis equestris arbitrio pendeat, an habenda sint, quia suo dissensu impedire potest, quo minus ad ea Nuntii nominentur.

\*) Lasc. Stat. f. 106. p. 2.

\*\*) Prillus. Stat. p. 50.

### §. XI.

Alia sunt suprema iudicia Nobilitati, regnante Stephano instituta, quæ tribunalia vocantur. Ægre enim nobiles, tempore Sigismundi Augusti tulerunt, in aula diu decreta expectari, quia Rex, tum per frequentem in Lituania absentiam, tum per valetudinem, tum dulcedine otii, rarius iudicia habebat: quare post eius mortem, quidam palatinatus, iique singuli, sibi iudicia constituebant, quæ sine appellatione ad Regem, ultimum decretum ferrent, quorum exemplum alii sequi volebant, vt §. 7. dictum. Ante Stephani in regnum aduentum, qui ipsi addicti Ordines, in conventu Andreiovienfi fanciebant, vt de generali ad quod appellandum, tribunali, cum Rege primis post ipsius inaugurationem comitiis ageretur \*), fiebatque, vt intestinis dissensionibus & turbis compositis, a. 1578 eiusmodi tribunal in Polonia, Petricoviæ & Lublini per vices habendum, placeret \*\*): quod cum illo tempore Volhinia, Braclavia, Kiovia, ac tota Prussia non reciperent \*\*\*), Prussi an. 1585 \*\*\*\*), Volhinia & Braclavia an. 1589

& sequenti anno Kiovia accesserunt †). Præforum tamen demum a. 1589 in constitutionibus mentio fit, declaratione in proximis comitiis salva, num perpetuo tribunali subesse, an ad iudicia anlica redire velint, quæ postea ad alia comitia differrebat ††). Anno 1593 in conuentu Prussiæ generali Nobilitati nunquam a tribunali discedere placebat, quod Rex cum ad Ipsum deferretur, probavit †††). Ita prussica Nobilitas, omni tempore sub petricoviensis tribunalis iurisdictione mansit. Denique Czernichoviensis palatinatus, cum a. 1635 ordinaretur, iis additus est, qui Lublini litigabant ††††).

\*) Vol. Constitut. p. 244. §. Te wŹytkie. (II. 883.) Heidenst. p. 94.

\*\*) Vol. Constitut. p. 329. tit. Mieysca sadom. (II. 966.) Heidenst. p. 120.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 331. tit. Woiewodztwa. p. 332. tit. Prusy. (II. 968. 969.)

\*\*\*\*) Histor. noŹt. Pruss. T. III. p. 452. Document. p. 159. 160.

†) Vol. Constit. p. 514. tit. PrzyŹtapienie. p. 516. tit. Sady Wołynskie. p. 582. tit. Trybuna. (II. 1269. 1271. 1339. 1340.)

††) Vol. Constit. p. 514. tit. PrzyŹtapienie p. 579. tit. Prorogacya. (II. 1269. 1336.)

†††) Histor. Pruss. IV. 162. 169.

††††) Constit. an. 1635. p. 18. tit. Ordinacya. (III. 865.)

## §. XII.

Vnum erat in Polonia tribunal, quod Petricoviæ & Lublini ab iisdem iudicibus agebatur, qui absolutis stato tempore iudiciis Petricoviæ, Lublinum proficiscebantur, eadem ibidem repetituri: spatio Petricoviæ, a die lunæ post Francisci ad dominicam palmarum, Lublino a die lunæ post dominicam primam a paschæ festo, quæ *conductus* vocatur, vsque ad sacrum Francisco diem assignato \*). Petricoviæ maioris, Lublini minoris Poloniæ palatinatus forum habebant, vt ex maiore Polonia Lublinum, & ex minore Petricoviam quemquam euocare, poena interdictum esset \*\*). Hæc nuper conuocationis comitia ita mutarunt, vt ex vno adhuc tribunali duo, maioris alterum, alterum minoris Poloniæ formarent, maioris Poloniæ Petricoviæ, Posnaniz, & Brombergæ (Bidgosciz), minoris Lublini & Leopoli per certas vices habendum, cuius loco palatinatibus assignatis qui ibi iudicandi, nec non tempore constituto, quo iudicia exercenda essent \*\*\*). Iudices vtriusque tribunalis sunt vel *seculares* vel *ecclesiastici*. Sæculares in cuiusuis palatinatus aut terræ conuentu, a nobilitate eliguntur, & quidem singulis annis noui, vt qui semel electi, nisi post quadriennium, iterum eligi nequeant \*\*\*\*). Eliguntur ex palatinatibus bini, ex terris singulis singuli, & quidem per legem nouellam consensu plurimorum,

vt ex omnibus palatinatibus & terris iudices adesse possint, & liberum veto tantum aduersus eos valeat, quorum causæ in iudiciis verentur, aut possessiones non habeant legitime, aut crimine notati & conuicti sint. Debent autem eligi nobiles, siue Senatorii siue Equestris ordinis, honesti, legum polonicarum scientes, ibi vbi eliguntur *possessionati*, nullis forensibus actionibus impliciti aut decretis obnoxii †). Ecclesiasticorum iudicum mittuntur ex capitulis episcoparum singuli aut bini, quousque anno noui, qui in hoc sæcularibus pares. quod iidem, nisi post quatuor annorum spatium, mitti haud possint ††): quibus ideo inter iudices locus datur, quia in tribunali etiam ecclesiasticorum causæ aguntur. Cæteris capitulis nuper additum Varmiese, cui cum tribunali nihil adhuc fuerat negotii, vt tota Varmia iudicio tribunalitio exempta omni tempore fuit, iam vnus delegatus in tribunali maioris Poloniae adesse debet, ad quod dictum capitulum minime se obstrictum existimat †††). Iudices vbi in loco iudicii adsunt, iurant ad certam formulam, quo facto, sæculares suffragiorum maiore numero eligunt *Mareschalcum* tribunali præpositum, qui solet esse plerumque ordinis Senatorii, ob maiorem auctoritatem; in quo olim vices inter gentes seruandæ erant, vt modo ex maiore, modo ex minore Polonia eligeretur \*†): quod hodie cessat, cum quæque gens suum habeat tribunal,

ex

ex qua Mareschalcus semper eligendus, ut tribunalis maioris Poloniæ Præses est, ex capitulo Archiepiscopatus Gnesnensis, & minoris Poloniæ ex capitulo Archiepiscopatus Leopoliensis. Lex anni 1726 interdicat, Mareschalcos creari ex vna familia eiusdemque nominis, nisi anni quatuor intercesserint \*\*†). Ecclesiastici habent seorsum suum Præsidentem; qui est prior Canonicorum Gnesnensium. Causas quas tribunal iudicet, tum de quibus non cognoscat, leges \*\*\*†) memorant, modum vero & ordinem, quo coram illo causæ agantur, ius ciuile & quidem forense docet. Decreta maiore consentium numero feruntur, & in causis quæ ad tribunalis cognitionem pertinent, pro sanctis habentur, ut ab iis neque appellare, neque ea, siue mandatis regiis, siue decretis in iudiciis aulicis aut comitialibus latis, mutare vel tollere liceat †\*). Si vero causa incidit, de qua nulla lex scripta, remittenda est ad comitia, ut ibidem iudicetur, quia tribunali non licet nouam legem ferre, sed ex præscripto legum iam latarum decernere ††\*). In citatis conuocationis comitiis, noua correctio vtriusque tribunalis Poloniæ necessaria visa est, ad quam formandam ex Senatu & Equesstri ordine nominati, & qui eam in comitiis post Regis inaugurationem exhiberent, sed cum in illis comitiis ab Ordinibus non satis expendi posset, in sequentia dilata est: ita tamen ut interea quod de tribunalibus in conuo-



cationis comitiis sancitum, plane seruetur, exceptis Masouizæ & correctura iurium Prusizæ saluis †††\*).

\*) Vol. Constit. p. 329. tit. Mieyscá. Constit. a. 1621. p. 17. tit. O trybunale. (II. 966. III. 424.)

\*\*) Vol. Constit. p. 329. tit. cit. Constit. a. 1638. p. 31. tit. De euocatione. Constit. a. 1726. tit. Trybunał głow. Kor. p. 24. §. A iako lege publica (III 952. VI. 434)

\*\*\*) Konfed. gener. p. 53. tit. Rozdzielienie.

\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 326. tit. Obieranie p. 327. tit. Iáko sądzić. Constit. an. 1616. p. 3. tit. O deputatách. Constit. a. 1726. tit. Trybunał głow. kor. p. 21. §. Obieranie. (II. 963. 964. III. 272. VI. 418.)

†) Vid. Hartk. de Rep. Pol. lib. II. c. 7. §. 18. Constitut. an. 1726. l. c. & p. 22. §. Woiewodztwo Wołyńskie.

††) Constit. a. 1726. p. 21. §. Obieranie. (VI. 418.)

†††) Konfed. gener. a. 1764. p. 53. tit. Rozdzielienie.

\*†) Vol. Constitut. p. 326. tit. Przysięgá. Constit. a. 1726. tit. Trybunał p. 24. 25. §. Zabiegając in futurum. Constitut. an. 1699. p. 48. tit. Alternáta. an. 1712. p. 8. tit. Alternáta. (II. 963. VI. 420. 421. 58. 223) Hartk. l. c. §. 19.

\*\*†) Constit. 1726. tit. Trybunał p. 21. §. Obieranie. (VI. 418.)

\*\*\*) Vol.

\*\*\* f) Vol. Constitut. p. 327. tit. Co sędzić. Postępek prawny a. 1611. p. 5. Constit. a. 1633. p. 35. tit. O niewynofzeniu. a. 1667. p. 12. tit. O powadze. (II. 964. III. 71. 806. IV. 926.)

f) Vol. Constit. p. 327. tit. Iako sędzić p. 488. tit. Spraw. p. 839. tit. O dekretach. Constit. a. 1633. p. 35. O niewynofzeniu. a. 1638. p. 14. tit. Seymowe. Tract. Varf. a. 1716. Constit. an. 1717. p. 12. §. Dadzą y na to. (II. 964. 1241. 1605. III. 806. 935. VI. 241.)

††) Constit. a. 1627. p. 9. tit. O dekretach. a. 1638. p. 14. tit. O dekretach. a. 1650. p. 4. tit. Securitas. (III. 547. 935. IV. 334.)

†††) Konfed. gen. a. 1764. p. 58. tit. Rozdzienie. Const. a. 1764. p. 48. tit. Korrektura.

§. XIII.

Ad Palonorum exemplum, in comitiis an. 1581 Lituani tribunal obtinuerunt, cuius ordinatio lingua russica composita, & subscriptione regia ac sigillo lituano firmata, ad magni illius ducatus palatinatus & terras dimittebatur \*). Habetur illud Vilnæ & Novogrodci, aut Minsci. Obtinent enim vices inter Novogrodcum & Minscum, vt vno anno in illa, altero in hac ciuitate iudicia peragantur. Inchoatur tribunal Vilnæ, secunda post pascham hebdomade, ac per viginti hebdomades exercetur, tum duabus hebdomadibus causis tribu-

Qq 5

nalis

nalis thesauri datis, Novogrodcum aut Min-  
 scum itur, ac ibidem par temporis spatium in-  
 sumitur: quaternis hebdomadibus vacuis, do-  
 nec iudicia Novogrodci vel Minisci sequantur,  
 aut Vilnam redeant \*\*). Qui Vilnæ Mare-  
 schalcus fuit, manet etiam Novogrodci aut  
 Minisci, verum iudices aut deputati non ob-  
 stricti sunt Vilna Novogrodcum migrare, sed  
 eligendi alii \*\*\*). Alias de Deputatis gene-  
 ratim notandum, eligi eos vt in Polonia ma-  
 iore, consentientium numero & exigi vt sint  
 tales, quales iudices tribunalitii in Polonia †).  
 Qui palatinatus & terræ Vilnæ aut Novogrodci  
 & Minisci iudicentur, lex nominat ††), quæ  
 etiam iudicium iusiurandum exhibet †††), ac  
 de Mareschalco sancit, ne ex eadem familia  
 eiusdemque nominis iterum eligatur, nisi tri-  
 ennium intercesserit, & vt non ultimo loco,  
 sed ordine palatinatus aut terræ, ex qua iudex  
 ad tribunal missus, censeat †\*). Habet etiam  
 Lituania tribunal ecclesiasticum seu spirituale,  
 quod Vilnæ finito terrestri seu sæculari, sub  
 Mareschalco tribunalis sæcularis a sex Deputa-  
 tis sæcularibus & totidem ecclesiasticis exerce-  
 tur †\*\*). Cætera, quantum ad nostrum sco-  
 pum, eodem modo in lituano, quo in polo-  
 nis tribunalibus se habent. De quo suo tri-  
 bunali Lituani nonnulla in comitiis coronatio-  
 nis a. 1764 sanxerunt †\*\*\*).

\*) Vol. Constitut. p. 380. tit. Artykuły do  
 prawa. (II. 1020.)

\*\*\*) Const.

\*\*\*) Constit. Lituani. a. 1726. p. 32. tit. Interstitium. tit. Czas. (VI. 400.)

\*\*\*\*) Constit. Lituani. a. 1764. tit. Opisanie.

†) Constit. Lituani an. 1764. tit. Seymiki elekcyjne.

††) Constit. Lituani. eiusd. anni p. 2. tit. Terminy. (VI. 460.)

†††) Constitut. citat. p. 14. 15. tit. O iuramentach. (VI. 472.)

†\*) Constit. citat. p. 13. tit. O Marszałkach (VI. 471.)

†\*\*) Constitut. Lituani. an. 1764. tit. Trybunal duchowny.

†\*\*\*) Constit. Lituani. a. 1764. tit. Trybunal.

§. XIV.

Liuonia, quæ Poloniæ & Lituaniæ iuncta est, ad neutrum pertinet tribunal, sed regio iudicio in aula relicta est, ut a iudicio terrestri & castrensi ad regni assessoriale appelletur: cui in causis liuonicis, Referendarius, vel Notarius Lituaniæ, & vnus ex Liuonis Secretariis titulo assidet, quo absente, causæ liuonicæ, quibus singulis annis Ianuarius & Februarius menses destinati sunt, iudicari nequeunt \*). Nihil etiam in causis Liuonicis mutabatur, cum in comitiis conuocationis aliter iudicia assessorialia ordinarentur \*\*).

\*) Constitut. an. 1677. p. 33. tit. Ordinacia Xięst. Infantkiego. (V. 483.)

\*\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 78. tit. Zlecenie. p. 74. tit. Xięstwo.

§. XV.

## §. XV.

Aliud nuper in Polonia & Lituania fuit tribunal, a thesauro nomen habens, in comitiis a. 1613 institutum, vt tributorum ex a. 1609 residua, ab exactoribus & aliis, qui thesauro pecunias deberent, exigeret, in eos qui pecuniam repræsentare aut se iudicio sistere detrectaturi essent, poena animaduerteret, ex redactis nummis certam summam ad exercitus in stipendium mitteret, reliquum vero ad proxima comitia seruaret \*). Hoc tribunal tum non ita inductum, vt esset perpetuum, ac statis temporibus exerceretur, sed in comitiis per constitutiones indicebatur, quoties propter tributorum reliqua habendum esset, die quo inchoandum, spatio intra quod absolendum, iis, qui ex Senatorio & Equestri ordine illud componerent, nominatis. Augebatur tribunalis auctoritas, cum ipsi mandaretur de militum injuriis, quas vel intulissent vel recepissent, ac aliis quæ ad militiam exercendam pertinerent, cognoscere. Locus ordinarius erat in Polonia Radomia, vnde Radomiense tribunal vocari consuevit, in Lituania Vilna: nonnunquam, sed rarius, & alia ciuitas placuit.

\*) Constit. poster. an. 1613. p. 7. seq. tit. Spofob sadzenia. (III, 346.)

## §. XVI.

## §. XVI.

Excrcbatur in Polonia thesauri tribunal Radomiz, singulis annis per hebdomades sex, incipiebatque stato die, qui erat lunæ dies post S. Stanislai festum. Iudices Senatorios, ex utraque Polonia Rex nominabat, ordinis equestris, nobilitas in conuentibus vel relationis vel aliis, ex singulis palatinatibus aut terris singulos eligebat, qui olim pariter cum Senatoribus in comitiis declarari solebant, sed quorum electio in regno ab anno ab anno 1667 in Lituania ab anno 1699 nobilibus in suis conuentibus permissa fuit. Obibant iudices munus suum biennium, & tertio anno Rex alios ex Senatu, per constitutionem in comitiis renuntiabat, aut per suas litteras, si comitia non absoluerentur. Senatoribus, qui in iudicio presentes erant, pro quouis anno in honorarium ternæ florenorum millia ex thesauro Reipublicæ numerabantur, pro suis vero viaticum ipsi nobiles conferebant. Inter Senatores vnus erat Episcopus, qui tribunalis Præses, reliqui Palatini & Castellani. Mareschalcus promiscue, ex Senatoribus & nobilibus eligebatur, seruatis inter maiorem & minorem Poloniam vicibus: — ante cuius electionem, iudices ad tribunal rite exercendum, ex certa iurisiurandi formula fidem suam obstringebant. Aderat huic iudicio Thesaurarius, aut aliquis ex eius ministris, qui iudices de tributo-

butorum residuis edocebat, quæ ut in thesaurum inferrentur, tribunali curandum, adigendique etiam vi exactores horumque hæredes erant, ut repræsentarent, si quid in ipsorum manibus hæeret: quod de omnibus illis intelligendum, qui publicas pecunias in usus suos verterant. Præterea tribunal rationes militares & numerum singularum cohortium & *regiminum* ut excuteret, indicem militum sibi exhibitum examinabat, quem fideliter esse descriptum, a duobus polonorum cohortium, totidemque *regiminum* externi auctoramenti præfectis, iureiurando confirmari curabat; simul damna incolis a militibus, & iniurias militibus gregariis a suis præfectis illatas iudicabat: eratque tum in his, tum in cæteris causis, decretorum ea auctoritas, ut ab illis ad Regem aut aliud iudicium appellari nequiret, nisi legibus aduersarentur. In hoc enim potestas tribunalis erat circumscripta, ut ipsi in omnibus ex præscripto iurium agendum, & ab eo nihil novi sanciri, nullæque pecuniæ, siue palatinatibus, siue priuatis singulis, imperari possent. In sumtus tribunalis, præter dicta ante Senatorum honoraria, thesaurus triginta quinque florenorum millia erogabat. Denique assidere tribunali solebat Notarius, seu *Regens*, per vices ex maiore & minore Polonia eligendus \*). Iam commissione thesauri inducta, tribunal thesauri desit, quia ad hanc commissionem pertinent, quæ olim a tribunali iudicabantur.

\*) Const.

\*) Confit. a. 1717. p. 80. seq. tit. Trybunał skarbowy. a. 1726. p. 8. f. tit. Trybunał an. 1736. p. 96. f. tit. Trybunał. (VI. 287. 408. 660.)

## §. XVII.

Tribunal thesauri lituanum, in nonnullis differebat a polono. Habebatur illud non vno, sed tribus locis, & quidem iisdem vbi nobilitatis tribunal peragebatur, cuius iudices simul in tribunali thesauri iudicabant, ad quod se conferentes illud per duas hebdomades viginti vacassent. Ex qua ratione, neque peculiaribus conuentibus opus erat, neque viatico instruendi erant, qui tribunali thesauri, nomine nobilitatis intererant, quia duo tribunalia ab iisdem iudicibus, & vno temporis tractu habebantur \*): quod de solis Equestris ordinis iudicibus intelligendum, Senatores enim Rex nominabat in biennium, qui etiam diutius iudicum munere fungebantur, si proxima comitia non successissent, eratque singulis annum honorarium ex lituano thesauro, bis mille florenorum \*\*). De Liuonis sigillatim erat constitutum, vt, cum ad tribunal nobilitatis non pertinerent, ad thesauri tribunal duos ex suo conuentu mitterent, illisque viaticum prospicerent \*\*\*). Tribunal hoc lituanum, vt polonum, a iureiurando iudicum, & electione Mareschalci inchoabatur †); acta autem Notarius illius terræ, in qua tribu-



tribunal agebatur, scribebat, & post eius finem, intra spatium trium mensium. Custodi thesauri seruanda tradebat ††). Sumtus a tribunali faciendi, ex thesauro lituano numerabantur. Sed quod de sublato tribunali thesauri in Polonia, in fine præcedentis §. dictum, de hoc tribunali in Lituania repetendum est. De quo peculiaris scripta est constitutio, in qua simul Liuonis, qui olim ad tribunal thesauri duos delegatos miserant, concessum, vt totidem ad commissionem thesauri mittant, qui illis causis interessent, quæ a tribunali thesauri iudicarentur †††).

\*) Constit. Lituani. a. 1726. p. 31. tit. Trybunał. (VI. 488. 489.)

\*\*) Constit. Lituani. a. 1717. p. 3. 4. 5. tit. Trybunał. (VI. 309. 310. 311.)

\*\*\*) Constitut. Lituani. a. 1726. p. 32. tit. Trybunał. (VI. 488. 489.)

†) Constit. Lituani. a. cit. p. 31.

††) Constit. Lituani. a. cit. p. 32.

†††) Constitut. Lituani. an. 1764. tit. Zniesienie trybunału.

### §. XVIII.

Anno 1690 placuit, vt in regno iudicia fisci, in palatinatibus & terris sex hebdomadibus tribunal thesauri præcederent, & illorum acta ab exactoribus tributorum, eidem tribunali exhiberentur \*): quæ iudicia a. 1717 lege abrogabantur \*\*).

\*) Const.

\*) Constitut. an. 1690. p. 9. tit. Trybunał.  
(V. 768.)

\*\*) Constit. a. 1717. p. 54. tit. Regulamen.  
§. Znosząc nader. (VI. 281.)

### §. XIX.

De Iudiciis Marschalcalibus quæ ad aulam exercentur *lib. III. c. 8. §. 14 & 15.* actum. Iungimus his iudicia Referendariorum, quæ nulla lege scripta instituta, vsu vigeant, & de quorum initio coniectura nostra *lib. III. c. 10. §. 5.* legitur. Pertinebant ad ea lites, quæ inter bonorum regionum œconomiarumque possessores ac eorum colonos versabantur, si Capitanei, Tenutarii & œconomiarum Procuratores, maiores census operasque a colonis exigent, quam præstare deberent, ac illis aliis modis graues essent, aut coloni contumaces, quos deberent census & operas, negarent. Iudicabant Referendarii sine appellatione iudicis superioris, nisi de privilegiis controuersia esset, contrariis sibi inuicem, quæ a litigantibus exhibebantur: tum enim Referendarii nihil statuentes, integram cognitionem ad Cancellarios remittebant. Idem obtinebat, si quid incideret, - de quo Referendariis pronuntiare haud liceret. Decretis subscribebat Referendarius qui iudicauerat, addebatque nomen iudicii illius Notarius, quibus Cancellarii sigillum, aut regni aut Lituaniæ, imprimi curabant.

Tom. II.

R r

Exara-

Exarabantur decreta vt citationes, polona lingua, nisi litigantes ex Prussia fuissent, pro quibus & decreta & citationes latine scribebantur. Vnus autem iudicabat Referendarius, polonus in regni, lituanus in lituanis causis, & quidem senior, si ad aulam adesset, iunior, seniore absente. Non certo tempore hoc iudicium circumscribebatur, sed exercebatur quousque causæ *regeſtro* inscriptæ superessent, & quidem in Regis aula, cessabatque Rege extra regni & Lituaniz fines agente, nisi Rex etiam tum haberi indulgisset. Hoc modo a. 1725 Rege in Saxonia, Referendarius Varſauiz ad diem 27. Martii iudicabat, tum vero iudicium ad Principis reditum differens. Assidebant Referendario iudicanti Instigator, decretorum Notarius, Metricantes, & ex Secretariis regis iuratis nonnulli. Iudicia Referendariatus in citatis sæpe comitiis conuocationis abrogata sunt, causis quæ a Referendariis iudicatæ, ad iudicia assessorialia remissis, vt tamen tum acta Notarius Referendarji scriberet. In comitiis *coronationis* Rex probatis cæteris, Notarios Referendariorum aboleuit: & in noua ordinatione iudiciorum assessorialium causis colonariis quæ antea a Referendariis iudicatæ, certum spatium constitutum est \*).

\*) Konfed gener. p. 79. tit. Zlecenie Constitut. a. 1764. p. 44. tit. Wyznaczenie. Ordynacya. tit. Vitanowienie.

## §. XX.

Supereſt iudicium, quod externum dici pot-eſt, quia ab externo iudice, *Papæ Nuntio*, agitur, inde *nuntiaturæ* appellatum. Locus iudicii eſt domus, quam Nuntius Varſaviæ habitat, cui, quia tanquam ſedes certa & ſtabilis omnibus Nuntiis ſeruit, *nuntiaturæ* nomen in-hæret. Hic diſceptantur cauſæ eccleſiaſticæ, in quarum numerum etiam matrimoniales re-feruntur, auditæque ſæpe publicæ querelæ, Nuntium euocatis ad ſuum forum cauſis ci-vilibus, iuriſdictionem ſuam vltra iuſtos limi-tes proferre \*). Notum etiam, ante annos circiter viginti, eo in Nuntium progreſſam indignationem, vt ipſi iuriſdictione interdiceretur, quæ tamen breui reddebatur. De Inter-nuntiis, quibus a Nuntiis ex regno abeuntibus, iuris dicendi poteſtas mandatur, & nata inde controuerſia, *lib. III. c. 5. §. 14.* egimus.

\*) Conſtitut. an. 1726. p. 7. tit. Poſełtwo. (VI. 407.)

## CAP. XIV.

De Religione & diſſidentibus  
de religione.

§. I. *Suas religionem habere leges. Chriſtiana religio quando in Polonia cœperit. Caſimirus ex monacho Polonorum Princeps, &*

R r 2

inde

*inde Petri denarius. A quibus hoc donativum collatum. Num ex eo Poloniam in Papæ clientela fuisse colligi possit. Nummum illum iam non solui. §. II. Poloni romani catholici. Religio græca in aliqua regni parte exercita. Lex & fœdus in hussitas. Recentiores in religione dissensiones. Sigismundi I. edicta in eos, qui a romanis catholicis diversi. Lenitas Sigismundi Augusti, confessioni augustanæ additis privilegiis indulgentis. Aversus eius ab arianis animus. §. III. Magnus eorum numerus qui a religione romana catholica secesserant. Fœdus inter dissidentes de religione. Qui per dissidentes tum intellecti fuerint. Fœderis capita, in quod ab Henrico & Regibus, qui post Henricum, iuratum. Quid de hoc fœdere articulis post Henrici electionem insertum. Vocabulum dissidentium ad eos, qui non romani catholici translatum. §. IV. Dissidentium nomen iterum omnibus christianis tributum, deinde lutheranis, calvinianis & Græcis vindicatum. §. V. Dissidentium pax & securitas in confœderationibus generalibus, in Regum pactis conuentis & horum confirmationibus iurium generalibus repetita. §. VI. Externum dissidentium religionis suæ exercitium. Quid de eo Tractatus Varsaviensis sanciat. Rescriptum regium pro exercitio religionis. Antiquum Masoviae decre-*

*decretum contra lutheranos confirmatum. Qualis diuinus cultus dissidentibus Varsauiæ concedatur. §. VII. Pax & securitas dissidentium saluis iuribus ecclesiæ romanæ. Eadem, non obstantibus quibuscunque protestationibus, confirmata. Confæderationibus salua dissidentium pace subscriptum. Iuribus ecclesiæ romanæ, excepta ac iura Masouiciæ & Liuoniæ addita. §. VIII. Dissidentes, ut catholici, publica munia obierunt. Quid in eos hoc nomine confæderatio a. 1733 statuatur. Negatus in eiusdem anni comitiis conuocationis dissidentibus inter Nuntios locus. Poena perduellionis in dissidentes, si pro se exteros Principes imploraturi. Confæderatio an. 1733 constitutione probata. §. IX. Græcorum pars ad ecclesiam romanam catholicam accessit, inde distinctio inter Græcos unitos & disunitos orta. Quærelæ disunitorum de unitis. Lex pro disunitis & inter utramque partem tentata concordia. Conditiones quibus controuersie componendæ. Priuilegia græcarum ecclesiarum confirmata. §. X. Conditiones lege probatæ, manentibus nihilominus inter Græcos controuersis, quarum compositio a Regibus frustra promissa. Græcis iura confirmata saluis iuribus unitorum. Sola unitorum iura in confæderatione memorata. Priuilegia ecclesiarum græcarum in Regum con-*

firmationibus iurium generalibus. Num disjuncti publica munia obire possint. §. XI. Arianis a dissidentibus segregati. Dissidentes habendi qui Triunum Deum colant. Arianus confœderationi generali subscribit pro communi pace omnium dissidentium, quem confœderationi subscribere non posse, asseritur. Non admissus in comitiis ad Regis osculum arianus. Capitis poena in eos constituta, nisi certo spatio regno excedant. Arianis exules. Leges in arianos, qui in regno mansissent, aut religionem catholicam amplexi, aliquo modo sectæ illi fauerent, exercendæ. §. XII. Quæ in arianos sanctità, confœderationibus interregnum & Regum pactis conuentis firmata. §. XIII. Arianis pares habiti, qui a catholica ad aliam religionem transeunt. Quakeri, Mennonistæ, Auabaptistæ pro dissidentibus non habentur.

## §. I.

Expositis cæteris, quæ Rex cum Ordinibus exercet, iuribus, & in quibus potior consultationum comitialium pars versatur, religio superest, quæ suas habet leges, quarum in regimine magnus usus, ut Reipublicæ polonæ descriptio manca & insigni sua parte mutila esset, si de religione sileretur. Post medium sæculi decimi, Poloni christianam religionem ample-

amplectebantur, Mieczislao I. exemplo suo præeunte, cuius pronepos Casimirus, monachus factus, a Papa Polonis in Principem certis conditionibus permittebatur, inter quas erat, ut singulis annis quilibet nobilis, Summo Pontifici nummum unum solueret, qui *Petri denarius* vocabatur \*). Quod primum ita mutatum, ut quælibet familia tres denarios & auzæ certam mensuram præstaret, deinde censu hoc a nobilibus in colonos translato, ad his 1000 singuli denarii quouis anno exigebantur \*\*). Longius progressi, qui anno 1319 Papæ ex hoc Petri denario persuadere conabantur, esse in eius clientela Poloniam, ac in signum subiectionis nummum solui \*\*\*). Hodie census ille ignoratur, neque constat ex quo tempore desierit. *Dlugossus* qui sua ætate viguisse perhibet, olim negligentius collectum, an. 1318. instauratum fuisse auctor est \*\*\*\*). Superfunt schedæ, in quibus reperitur, nummum Petrinum a. 1552 a Papa Regi ad tuendos Regni fines donatum fuisse. Forsan denarius petrinus parum ad religionem pertinere videtur, quia tamen ex religione ortus, ac opportuniore loco mentio eius fieri haud potuit, commemorationem præsentis seruauius.

\*) *Dlug.* III. 211.\*\*) *Dlug.* IX. 965.\*\*\*) *Dlug.* IX. 967.



\*\*\*\*) Dlug. IX, 965.

§. II.

Religio christiana, quam, vt diximus, Poloni receperunt, & professi sunt, erat eadem, quæ & catholica & romana catholica appellatur. Sola intra regni limites exercebatur, donec Casimirus M. a. 1340 Russiam rubram adiiiceret, in qua religio christiana græca florebat, quam cum Rex incolis illibatam fore promitteret \*), in Polonia cum religione catholica, græca, suis quæque locis, obtinebat. Sæculo quinto decimo metus erat, ne Hussi dogmata ex Bohemia in Poloniam se infunderent, cui seверо edicto a. 1424 Vladislaus Jagello occurrens, omnes *hæreticos* in regno capi & puniri iubebat, addito, vt qui ex Bohemia venerint, religionis examen subirent, Poloni in Bohemia agentes, intra certum tempus reuerterentur, secus pro hæreticis habendi & vt tales puniendi essent, ac mercatores omnium Bohemis negotio abstinerent \*\*). Regnante eius filio, proceres, nobiles, & ciuitates fœdus a. 1438 inierunt, vt aduersus hæreticos illos eorumque fautores, tanquam publicos hostes, consurgerent \*\*\*). Cum vero sequenti sæculo, in Germania dissensiones in religione adeo inualescerent, vt in diuersos cœtus sibi inuicem contrarios & infestos iretur, & in Italia a Socino Arii errores reuocarentur

rentur nouisque auerentur, multi in Polonia a catholicis secedebant, ut vel Lutheranis, vel Calvinianis, vel Arianis, quo vocabulo Sociiniani intelliguntur, consentirent, quosque omnes hæreticorum nomine catholici notabant. In illos Sigismundi I. edicta prodibant, in summam parum proficientia, cum eorum in dies numerus aueretur, quibus catholicorum sacra displicebant. Succedebat Sigismundus Augustus, qui in religione remissior habebatur, ut etiam de ipso rumor esset, ac si auita sacra renuntiare vellet. Hoc regnante, liberius agebant qui non catholici, Rege etiam exercitium religionis ad augustanam confessionem per priuilegia passim indulgente, qui tamen in comitiis, a. 1566 monebat, ut sectis maxime periculosis, in primis illis, qui honori Christi derogarent, occurreretur; id quod frustra commendabatur, multis iam inter Nuntios arianorum errores fouentibus \*\*\*\*).

\*) Dlug. IX. 1058.

\*\*\*) Lasc. Stat. f. 75. p. 2.

\*\*\*\*) Lasc. Stat. f. 76. p. 1.

\*\*\*\*\*) Biels. Chr. p. 621.

### §. III.

Interregno post Sigismundum Augustum, numerus & opes eorum, qui non catholici, patebant, cum in Senatu, si non maiorem,

R r 5

parem

parem tamen catholicis partem efficerent, inter equites autem prævalerent \*). Tum vicinorum Gallorumque exempla monebant, providere ne ex diuersitate sacròrum turbæ & bellum intestinum orientur, quod in comitiis conuocationis a. 1573 fiebat, cum Ordines, qui se communi nomine *dissidentes de religione* vocabant, sibi inuicem, pro se & successoribus, in perpetuum sponderent: pacem inter se conseruare, propter diuersam religionem & mutationes in ecclesiis sanguinem non fundere, neque poenam quamcunque irrogare, aut hunc in finem iudicio vlli in auxilium adesse, imò si quis ex eiusmodi causa sanguinem fundere vellet, eidem resistere, etiamsi decretum aliquod aut actionem iudicariam prætexeret. Addebatur, vt omnia beneficia iuris patronatus regii, prælaturarum ecclesiasticarum, scilicet, archiepiscopatus, episcopatus & alia varii generis beneficia, non aliis conferrentur, nisi romanæ ecclesiæ clericis, indigenis polonis, iuxta statutum, & beneficia ecclesiarum græcarum, græcæ religionis hominibus. Hæc *confœderationi generali* \*\*) inferebantur, quæ titulum Senatorum regni ecclesiasticorum & sæcularium, & totius nobilitatis ac aliorum Ordinum, vnus & non dissociabilis Reipublicæ, maioris & minoris Poloniæ, magni Ducatus Lituaniæ &c. ac ciuitatum regni præfert, vt constaret, quicquid de

religione

religione sancitum, omnium Ordinum consensu sancitum esse. In eandem inter dissidentes de religione pacem, novus Rex Henricus Parisiis, antequam in Poloniam iter ingrederetur, conceptis verbis iurabat, se eam tuiturum, neque permissurum, ut quisquam religionis causa (poena) afficiatur aut opprimatur, neque se ipsum quemquam affecturum aut oppressurum \*\*\*): quod a Regibus, qui post Henricum electi, repetitum. In *articulis* post electionem Henrici, pro ipso & successoribus scriptis, servandæ huius pacis in causa religionis pariter mentio fiebat, ita tamen, quasi de illa tantum nonnulli incolæ regni confœderationem iniissent, ac dissidentium in religione appellatio, ad illos solos transferebatur, qui a catholicis diuersi erant \*\*\*\*): cum in ipsa, quæ electionem præcesserat, *confœderatione*, simul catholici intelligerentur.

\*) Heidenst. p. 21.

\*\*) Vol. Constit. p. 209. (II. 841. 842.)

\*\*\*) Vol. Constit. p. 227. (II. 863.)

\*\*\*\*) Vol. Constit. p. 253. §. A iż w tey.  
(II. 897.)

#### §. IV.

Confœderatio anni 1573 tanquam fœdus inter dissidentes de religione, interregno post Stephana-

Stephanum firmabatur \*), vt etiam tum Ordines, omnes Christianos, & catholicos & non catholicos, pro dissidentibus inter se de religione habuerint. In sequentium autem interregnorum confœderationibus, per dissidentes, soli intelliguntur, qui de religione catholica dissident, & quidem illi, qui lutheranorum, caluinianorum & Græcorum cœtibus annumerantur; præter hos enim, non alios sibi dissidentium nomen in Polonia vindicare posse, in primis arianorum exemplum, postea memorandum docebit.

\*) Vol. Constit. p. 409. §. Confœderacya. (II. 1058.)

#### §. V.

Dissidentium ergo vocabulo, Lutheranis, Calvinianis, seu vt etiam vocantur, reformatis, & Græcis, in confœderationibus interregnorum post Sigismundum III. pax & securitas spondetur ac confirmatur \*). Idem fit in pactis conuentis Regum Vladislai IV. & Successorum \*\*), Sigismundo III. in suis ante Vladislaium IV. confœderationem inter dissidentes de religione intemeratam fore promittente \*\*\*). Stephanus vero, in *generali iurium confirmatione*, pacis & tranquillitatis inter dissidentes de religione ita meminerat, vt eius vigori nihil detractum iri declararet, licet idem priuilegia & libertates ecclesiasticas confirmasset,

set, in quo eius exemplum Reges posterius, in suis *iurium confirmationibus* secuti sunt †). In ultima confœderatione, dissidentibus tam quoad personas, quam quoad bona terrestria, hæreditaria tantum, nec non æqualitatem equestrem integra pax, secundum constitutionem an. 1717, confœderationem a. 1733 ac constitutionem a. 1736 conservatur, tollendo omnes abusus, qui contra dictas constitutiones contigissent, & præcauendo viam agendi contra infractores & transgressores illarum constitutionum, ad cuiusvis instantiam in foro competentis. Iisdem dissidentibus Rex in pactis conuentis spondit pacem in religione christiana, saluis per omnia iuribus Romanæ catholicæ ecclesiæ & ritus Græcorum vnitorum, secundum constitutiones an. 1717, 1733 & 1736; non extendendo rigorem iuris priorum comitiarum conuocationis ad legitimos possessores bonorum Regionum, saluis iuribus Curlandiæ, ac terrarum & ciuitatum (Prussicæ) priuilegiis, ad extruenda tamen noua templa in ciuitatibus & pagis non dandis, sub eorundem priuilegiorum nullitate, & commissione ob recens ædificatum Thoruni templum destinata: idem pariter de templis nouis in capitaneatu Scepusiensi & aliis bonis Regiis intelligi deberet. In confirmatione autem iurium generali, Rex promittit, pacem & tranquillitatem inter dissidentes de religione tueri & ma-

nutenere

nutenere inconcusse, firmiter, inuiolabiliter & cum effectu obseruare iuxta constitutiones & statuta Regni: ne tamen eo libertatibus ecclesiasticis catholicis Romanis derogetur ††).

\*) Konfed. gener. an. 1632. 1648. 1668. 1674. §. Przytym aby pokoy, a. 1696. §. O zachowaniu inter dissidentes, a. 1733. §. Dissidentibus iednak.

\*\*) P. C. Vladislai IV. Ioannis Casimiri, Michaelis, Ioannis III. Augusti II. Augusti III. §. A iż w tey zacney.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 453: §. Confœderationem. (II. 1099.)

†) Vol. Constit. p. 259. 449. Constit. an. 1633. p. 8. a. 1649. p. 7. a. 1670. p. 7. a. 1676. p. 8. a. 1697. p. 9. 10. a. 1736. p. 78. 79. (II. 905. 1203. III. 781. IV. 261. V. 45. 334. VI. 8. 644. 645.)

††) Konfed. gener. a. 1764. p. 4. tit. Odyssyden-tach. P. C. Stan. Augusti. §. A ze w panstwach. Constit. a. 1764. p. 7. tit. Confirmatio.

## §. VI.

Quod ad cultum religionis suæ externum, permittitur dissidentibus in ciuitatibus regiis, in templis ab ipsis ædificatis publicum exercitium, in quibus in præsens exercuissent, ne tamen in posterum templa ibi, vbi non habuissent, ad euitandos tumultus, exstruant, sed qui illuc aduenerint, priuatim in priuatis ædibus,

bus, Deum colant. Hæc lex in confœderatione anni 1632 sancita, & in sequentibus repetita, anno 1696 tacite probabatur, cum de dissidentibus confœderatio anni 1674 placeret \*): vt illud præsens tempus, de quo anno 1632 sermo fuit, ad annum 1696 cucurrisse dici possit. Prouocat ad illas *confœderationes, Tractatus Varsauiensis* anni 1716 præcipitque, vt contra eas recens exstructa templa destruantur, vtque ibidem dissidentibus cœtus siue publicos siue priuatos, in quibus sacræ conciones fiant & hymni canantur, habere haud liceat, & secus facturi primum pecunia, deinde carcere, tandem exilio multentur, poenis his, vel a Mareschalcis, vel a tribunali, vel a loci Capiteano irrogandis. Solis exterorum Principum Ministris, sacra cum domesticis suis priuatim exercere conceditur, ne tamen alii ad ea accedant, nisi malint, dictas modo poenas subire \*\*). Dissidentes, qui ex hoc *Tractatu* exercitio religionis suæ metuebant, sequenti anno regio recripto confirmabantur, salua fore, quæ pro illis, confœderationibus generalibus & pactis Regum conuentis inserta essent \*\*\*). Confœderatio a. 1733 dum priores confœderationes citat, etiam *Tractatus Varsauiensis*, titulo constitutionis anni 1717 meminit, in primis ad eius præscriptum pacem dissidentibus largiens †), cui in hoc constitutio a. 1736 consentit



sentit ††), nec non confœderatio an. 1764 & pacta conuenta Regis Stanislai Augusti præcedenti §. citata. Hoc loco antiquum decretum Masouixæ contra lutheranos a. 1525 †††), quo suum adhuc Ducem hæc habebat regio, non omittendum, quod intelligitur, quando in confœderatione an. 1668 Masouixæ vsus suorum iurium in religione asseritur, vt tamen dissidentibus, qui propter actus publicos, aut iudicia, aut alia ex causa veniunt, vel in aula regia versantur, in hospitiiis suis, nullo habito cœtu, sine concione & hymnis, Deum more suo colere liceat, plebeiis vero, etiamsi seruitorium regum impetrassent, ne hoc quidem permissum sit \*†). Idem repetit confœderatio anni 1674; confœderatio anni 1696 confirmat, quæ dissidentes olim obtinuerunt, saluo iure & *exceptis Ducatus Masouixæ \*\*†)*; & *Tractatus Varsanienfis l. c.* cum aliis legibus exceptiones Masouicas memorat.

\*) Konfed. gener. an. 1632. 1648. 1668. 1674. §. W miastách Krolewskich. an. 1696. §. O zachowaniu.

\*\*\*) Tractat. Vars. a. 1716. art. 4. Constitut. an. 1717. p. 26. (VI. 253.)

\*\*\*\*) Theat. belli in Polonia claus. p. 302.

†) Konfeder. gener. an. 1733. §. Dissidentibus jednak.

††) Constitut. an. 1736. p. 92. tit. Wárunek. (VI. 656.)

†††) De-

††), Decretum hoc exhibent Lubienſe. Oper. p. 371. Zaſaſz. I. R. Pol. T. I. p. 43.

\*†) Konfed. gener. a. 1668. §. W miáſtách krolewſkich.

\*\*†) Konfed. gener. a. 1674 §. W miáſtách krolewſkich. a. 1696. §. O záchowánju.

§. VII.

Sed non defuerunt ex catholicis, qui ea quæ in confœderationibus de diffidentibus ſancita, contradictione improbarent, quorum exempla alibi \*) retulimus. Interregno poſt Sigismundum III. confœderationi nonnulli catholici ſubſcripſerunt, ſaluis iuribus eccleſiæ romanæ, aut excepto articulo confœderationis: de qua nouitate queſti in electionis comitiis diffidentes, obtinuerunt, vt in pactis conuentis Vladislai IV. pax diffidentium firmaretur, non obſtantibus quibuſcunque *proteſtationibus* circa confœderationem poſt comitia conuocationis factis, ſaluis iuribus eccleſiæ catholicæ romanæ, integra tamen in omnibus diffidentium de religione chriſtiana pace & ſecuritate \*\*). Eundem ſubſcribendi modum, quem a. 1632 orſi, in ſequentibus confœderationibus catholici continuarunt, ad quorum exemplum a. 1648 diffidentes, ſalua diffidentium pace, ſubſcribere cœperunt, & Reges in ſuis pactis verba, quibus primum Vladislaus

IV. vñs, repetierunt, Augustus II. vero, iuribus ecclesiæ catholicæ romanæ, excepta ac iura ducatus Masouix & Liunionis addidit \*\*\*). Regum pactis conuentis, pariter catholici salvis suæ ecclesiæ iuribus, & dissidentes, salua inter dissidentes pace, nomina sua adscripserunt.

\*) Comment. nost. ad P. C. Augusti III. p. 221

\*\*) P. C. Vladislai IV. §. A iż w tey sacney.

\*\*\*) P. C. Augusti II. §. A iż w tey.

### §. VIII.

Antea dissidentes in hoc catholicis æquales erant, quod poterant in Senatum recipi, Nuntii terrestres eligi, & munia quæuis publicæ obire. Verum confœderatio an. 1733 quæ dissidentibus pacem ad antiquas confœderationes, & præcipue ad constitutionem anni 1717 ac securitatem bonorum, fortunarum, & æqualitatem personarum confirmat, ipsis *affinitatem* in Nuntiorum conclauis, tribunalibus & *commissionibus*, priuatos conuentus & munia regni ac Lituaniæ, palatinalia, terrestria, & castrensia non permittit \*). De qua lege supra, *lib. II. c. II. §. 12. lib. III. c. 9. §. 3. regimus*: quæ antequam in comitiis conuocationis scriberetur, negatus, qui ex dissidentibus

bus aderant, inter Nuntios locus, ne intercedere possent. Simul tum in diffidentes perduellionis poena decernebatur, si externos Principes imploraturi, ut illorum precibus in priorem conditionem restituerentur. Quia vero illo tempore inter diffidentes erant, qui dignitates *terrestres & castrenses* tenerent, eadem illis per confederationem istam relinquiebantur, ut post illos catholicis contingerent. Hanc legem in diffidentes interregno sancitam, constitutio a. 1736 \*\*), & novissima confederatio §. 5. citata probarunt confirmaruntque.

\*) Konfeder. gener. an. 1733. §. Diffidentibus iadnak.

\*\*\*) Conlit. a. 1736. p. 92. tit. Wárunek.

### §. IX.

Quamvis in numero diffidentium habentur, qui religionis græcæ sunt, de illis tamen in legibus etiam sigillatim agitur, quod silentio transmittendam non est. Sigismundus Augustus, Volhianiam & Kiouiam regno iungens, incolas romanæ & græcæ religionis, eodem modo, nullo inter eos discrimine, habitum iri promisit \*). In confederatione an. 1573 hanc Græcorum factam esse mentionem, quod suarum ecclesiarum beneficia, suæ religionis

hominibus debeant cedere, §. 3. diximus. Postea laborarunt catholici, suæ ecclesiæ Græcos iungere, effeceruntque, vt Metropolita Kioviensis, Archiepiscopus Polocensis & quatuor Episcopi ad eam accederent, qui missis a. 1595 duobus Episcopis Romam, Papæ obsequium profitebantur. Id cum alios male haberet, iidemque consensionem cum Catholicis plane nollent, adeo inualuit inter Græcos discordia, vt in duas discederent partes \*\*) & catholicis iuncti, *uniti*, cæteri *disuniti* appellarentur. Tum crebræ *disunitorum de unitis* querelæ, quod auita sacra turbarent, sacerdotia & bona ecclesiastica Græcorum sibi arrogarent, ac alia contra maiorum instituta peragerent. Lege quidem an. 1607 cauebatur, ne dignitates & bona ecclesiastica aliis quam nobilibus, nationis russicæ, & meræ religionis græcæ conferrentur, neue in libero sacrorum exercitio, secundum veteres ipsorum ritus, turbarentur \*\*\*); nec minus regnante Sigismundo III. inter *unitos* & *disunitos* tentabatur compositio. Sed cum id frustra fieret, ac legem illam & iura vetustiora negligi *uniti* crederent, hi in comitiis conuocationis an. 1632 compellabant Ordines, a quibus ex Senatu & nobilitate, Principi regio Vladislao additi, qui concordiam procurarent. Scriptæ ab his conditiones †), cum a Græcis non probarentur, actum iterum de eorum

eorum controuersis, in comitiis electionis eiusdem anni, ubi Vladislaus alios modos exhibuit, ad quos compositionem sine mora se effecturum spondebat ††), ac interea in confirmatione iurium generali, omnes ecclesias græcas de suis priuilegiis securas reddebat, quibus nihil officere deberet, quod in iureiurando suo ecclesias catholicas romanas nominasset †††).

\*) Vol. Constit. p. 160. 167. (II. 758. 764.)

\*\*) Piafec. Chr. p. 138. 139.

\*\*\*) Vol. Constit. p. 840. tit. O religiey Grec-kiey. (II. 1606.)

†) Konfed. gener. a. 1632. §. W Religiey Grec-kiey. Piafec. Chr. p. 443.

††) P. C. Vladislai IV. §. A co się. Piafec. P. 448.

†††) Constit. a. 1633. p. 8. (III. 781.)

§. X.

Conditiones a Vladislao in comitiis electionis propositæ, inter quas præcipua erat, ut nonnullis tantum locis *uniti*, in reliquis *disuniti* instituerentur Episcopi, non ita placebant *disunitis*, ut non alias illis addi, post noui Regis inaugurationem postularent, simul ita firmari,

firmari, ne quando ipsarum auctoritas, ideo quod Papæ consensus haud accessisset, in dubium vocari posset. Tum illis datum publicum diploma, de controuersis proximis ordinariis comitiis plane componendis, ac consensu Summi Pontificis interea obtinendo \*). Verum in comitiis illis non aliud effectum, quam vt conditiones in Regis electione scriptæ lege perpetua probarentur, actiones coram iudiciis ex causa religionis institutæ abolerentur, & multa decem millium florenorum, iam a. 1609 constituta, in eos qui contra compositionem acturi, iterum decernerentur \*\*). Sed neque sic tranquillitas inter Græcos firmata, vt ea non actionibus forensibus & decretis, tum controuersis de templis, turbaretur, inde a. 1641 actiones illæ & decreta, ad alia comitia suspendebantur, & an. 1647 omnia ad præscriptum memoratarum conditionum perfici iuebantur, *commissarius* eum in finem ex regno & Lituania nominatis \*\*\*). In confœderatione generali an. 1648 religioni græcæ sua iura integra seruabantur, abolendis in electione regia, quæcunque conditionibus illis aduersarentur, ac executione futuro Regi in pactis conuentis commendanda \*\*\*\*). Electus Rex Ioannes Casimirus, dissidia inter Græcos ex mente sæpe dictarum conditionum pacare promisit †), præter quod, n̄ eius electione nihil de Græcis ab Ordinibus fanteba-

sanciebatur. Ipse etiam Ioannes Casimirus,
 dissidia hæc ad Successores transmisit, qui vs-
 que ad Augustum III. compositionem polliciti
 sunt ††): quæ in pactis Stanislai Augusti plane
 filetur, nulla etiam Græcorum *disunitorum*
 mentione facta. Confœderationibus genera-
 libus an. 1668 & 1674 Græcis, tam *unitis*
 quam *disunitis*, priorum interregnorum con-
 fœderationes confirmantur, salvis tamen iuri-
 bus ecclesiarum Græcorum *unitorum* †††), &
 confœderatio an. 1696 ad priores provocans,
 Græcos in iuribus & privilegiis conservatum
 iri spondet ††††), contra confœderatio an.
 1733 tantum iura & privilegia *unitorum* me-
 morat †\*): & nonnulla *disunitos* pariter
 filens, pro catholica Romana iuxta atque uni-
 ta græca ecclesia, veletudinem, vitam & fa-
 cultates impendere promittit †\*\*). In *confir-
 matione* autem *iurium generati*, manserunt
 verba, quibus Vladislauum IV. vsum, sine q.
 proxime præcedentis diximus, omnibus eccle-
 siis græcis & earum privilegiis, nominationem
 ecclesie catholice romanæ in iureiurando re-
 gio, non officere debere †\*\*\*): non tamen
 ecclesias Græcorum *unitorum* sed *disunitorum*
 intelligi, facile colligi potest. Quod ad di-
 gnitates & munia publica, Græci *disuniti* eius-
 dem cum cæteris dissidentibus conditionis ha-
 bentur, quia confœderatio an. 1733 genera-
 tim dissidentes illis arcens, Græcos *disunitos*
 non excipit.



- \*) Piaſet. Chr p. 459. Conſtit. an. 1633. p. 15. tit. Aſſekuracya. (IH. 787.)
- \*\*\*) Conſtit. a. 1637. p. 11. tit. Religia gracka, Vol. Conſtit p. 894. tit. Religia gracka. (III. 858. II. 1666.)
- \*\*\*\*) Conſtit. a. 1641. p. 7. tit. Religia gracka, a. 1647. p. 4. tit. Religia gracka. (IV. 1604.)
- \*) Konfed. gener. a. 1648. §. Religia gracka.
- †) P. C. Ioannis Caſimiri. §. A co ſię tycze.
- ††) P. C. Michaelis, Ioannis III. Auguſti II. Auguſti III. §. A co ſię tknie.
- †††) Konfed. gener. a. 1668. & 1673. §. Religia grackiey.
- ††††) Konfed. gener. a. 1696. §. O zachowaniu inter diſſidentes.
- †\*) Konfed. gener. an. 1733. §. Ponieważ wſzyſkich.
- †\*\*) Konfed. gener. a. 1764. p. 4. tit. Spiſanie.
- †\*\*\*) Videantur confirmationes iurium generales, quælibet ſuo loco.

## §. XI.

Credebant *ariani*, ſe pariter ad diſſidentes pertinere, & ſancitate pro eis pacis & ſecurita-

curitatis participes esse, verum neque catholici, neque dissidentes illos in eorum numero esse voluerunt, quamvis eo tempore, quo confœderatio inter dissidentes constituta, tum annis sequentibus, arianis mota controversia non esset. Vladislao IV. regnante, id agebatur, ut honoribus & consiliis publicis, tum iure bona terrestria acquirendi auerentur. Post mortem Vladislai IV. cum in comitiis convocationis de dissidentium pace ageretur, catholici non solum verbis, sed etiam scripto actis castrensibus Varsoviensibus oblato, declarabant, non esse dissidentes, nisi qui *Trinum* Deum colerent, ac arianos inter illos locum non habere: & Georgio Niemiryczio, Succamerario Kiouensi, sectæ arianæ, generali confœderationi an. 1648 subscribente, contradicendo, si quis forte velit extendere iura alicuius ecclesiæ, in derogationem aut restrictionem communis pacis omnium dissidentium de religione; Regni supremus Cancellarius dictis actis castrensibus aliud scriptum exhibebat, cuius summa, Niemiryczium, quod arianus, iure subscribendi confœderationi non gaudere, & verba quibus usus esset, tum christianæ religioni, tum libertati conscientie aduersari \*). In comitiis an. 1658 Rex Nuntium, quia sectæ arianorum erat, ad manus osculum admittere volebat, & Nuntii inter se constituebant, ne in ipsorum con-

clau

clani ariano locus esset. Sequebatur lex, quæ ariani statuto Vladislai Jagellonis, cuius §. 2. facta mentio, subiiciebantur, ut ipsi & eorum fautores capite plecterentur: quæ tamen poena triennium suspendebatur, ut hi, qui in erroribus sectæ suæ perstarent, illo spatio, possessionibus suis venditis debitisque exactis, emigrare possent, ne tamen per id tempus sacros ritus exercerent, aut muniis publicis se immiscerent, secus eandem capitis poenam luerent \*\*). Triennium hoc deinde ad annos duos minuebatur, quos decima Iulii die anni 1660 terminaret \*\*\*). Tum ariani patria sua extorres, ad exteros, alii alio, migrarunt, & in eos qui passim delitescabant, leges exercere, an. 1661 magistratibus iniunctum †), idque sequenti anno repetitum, addito, ut etiam qui religionem catholicam amplexi, si vxoribus arianis iuncti, si suos liberos in erroribus illis institui permitterent, aut cum ministris illius sectæ commercium litterarum colerent, cum iisdem suis vxoribus poenam subirent ††). Denique an. 1670 legum executio in arianismi fautores, Capitaneis sine appellatione mandabatur †††).

\*) Hist. noſt. Pruss. T. VII. p. 13. 14. Konfeder. gener. a. 1648. p. 30. (IV. 177.)

\*\*) Hist. Pruss. T. VII. p. 198. 199. Constitut.

stitut. a. 1658. p. 1. tit. Sekta Aryańska.  
(IV. 515.)

\*\*\*) Constitut. an. 1659. p. 1. tit. Declaratio.  
(IV. 585.)

†) Constitut. an. 1661. p. 1. tit. O Aryanach.  
(IV. 691.)

††) Constitut. an. 1662. p. 2. tit. O Aryanach.  
(IV. 329.)

†††) Constit. an. 1670. p. 19. tit. Sekta Aryan-  
ska. (V. 59.)

## §. XII.

Leges in arianos latas, confederationes interregnoram post Joannem Casimirum generales confirmant, ac pace & securitate dissidentium eos frui nolunt \*). In quem sensum pariter pacta conuenta Augusti II, & Augusti III. arianorum mentionem faciunt \*\*).

\*) Konfeder. gener. an. 1668. 1674. §. Aryan-  
iako. a. 1696. §. O zachowaniu. a. 1733. &  
1764. §. O Aryanach.

\*\*) P. C. Augusti II. §. W rozdawaniu za-  
Augusti III. §. Na Mennonistow.

## §. XIII.

## §. XIII.

Arianis ab anno 1668 pares habiti, quia religione catholica romana & graeca vñitorum desciscunt, & in ipsos poena exilii decreta \*). His tandem quakeros, mennonistas & anabaptistas addi placuit \*\*).

\*) Konfed. generak. an. 1668. & sequentes §§. citatis.

\*\*) Konfed. genet. an. 1696. §. O zachowanu an. 1733. & 1764 §. O Arianach. P. C. Augusti II. & Augusti III. §§. citatis.



**INDEX**

# INDEX AVCTORVM.

- A**NONYMI Archidiaconi Gnesnensis breuior  
Chronica Cracouiae. T. II. Scriptor. Sile-  
fiac. *Sommersbergii*. p. 78.
- Marc. BIELSKIEGO** Kronika Polfka (Bielscii Chro-  
nicon polonum ) w Krak. 1597. f.
- Binae DEDUCTIONES** quibus demonstratur, Epi-  
scopis Varmieni & Culmeni, titulos Episco-  
porum Sambienfis & Pomesaniensis non com-  
petere 1733. 4.
- BŒGVPHALI** Chronica Poloniae. T. II. Scriptor.  
Silefiac. *Sommersbergii*. p. 18.
- Dab. Braun** Bericht vom Polnischen und Preufe-  
fischen Münzwesen (Dau. Braunius de re mo-  
netali Polon. & Pruss.) Elbing 1722. 4.
- Abrah. SZOVI** Annales ecclesiastici Col. 1621.  
f. vol. 8.
- Stan. CHOCHŁOWSKI** Epistolae de Episcopo liti-  
gioso. 1695. f.
- CHRONICON** Magdeburgense. T. II. Scriptor.  
rer. German. Meibomii. p. 267.
- Nic. CHWALKOWSKI** Ius publicum regni Polo-  
niae. Regiom. 1684. 4.
- CONSTITVTIONVM** volumen ab a. 1550. ad  
a. 1609.
- CONSTITVTIONES** singulorum comitiorum, post  
a. 1609. seorsum.
- CONSTITVTIONVM** omnium & statutorum edi-  
tio nouissima, Varsau. 1732. seq. f. T. VI.
- Tom. II.* *Tt* *Con-*

## INDEX AVCTORVM.

- CONSTANTINVS Prussicæ. a. 1538. Inter iura municipalia terrar. Pruss.
- MAR. KRÖNERVS de origine & rebus gestis Polonorum. Col. 1585. f.
- EIVSD. libri duo de situ Poloniae & gente Polona, illis de rebus gestis Polonorum editi Colon. additi.
- DITMARS Merseburgensis. Tom. I. Scriptores Brunsvicensium *Leibnitii*.
- IO. DLYGOSI Historia polonica. Lips. 1741. seq. f. Tom. II.
- PET. DVSEYRGII Chronicon Prussiae, ex edito Christoph. Hartknoch. Ien. 1679. 4.
- AND. MAX. FRENDO Gesta populi poloni sub Henrico Valeho. Dant. 1652. 4.
- ALEX. GYAGNINI Compend. chronicor. Poloniae. T. II. Scriptor. rer. polon. Pistorii. p. 341.
- CHRIST. HARTKNOCH de Republica polonica. Lips. 1698. 8.
- EIVSD. Exercitatio ad Chwalcovii ius publicum. 1685. 4.
- REINH. HEIDENSTEIN Rerum polonicarum ab excessu Sigismundi Augusti lib. XII. Franc. 1672. 7.
- IO. HERBERTI Statuta regni Poloniae. Samosc. 1597. f.
- IO. IANUSZOWSKIEGO Statuta (Januszonii Statuta) w Krak. 1600. f.
- IVRA municipalia terrarum Prussiae. Dant. 1578. 4.
- IUS terrestre nobilitatis Prussiae. Dant. 1635. 4.

Vinc.

INDEX AUCTORUM

- VARS. KAP. WAPONIS Historiae polonica, Tom. II  
*Ulugoff* P. 193.
- VOSE, KACHOVYI Annales Poloniae climacteres  
 H. Crac. 1683. seq. f. Tom. III.
- ALB. WIINK KOPALOWACZ Historia lituana Pars  
 prior. Dant. 1650. Posterior. Antu. 1669. 4.
- KONFEDERACYA generalna pod Sandomierzem  
 1704. (confoeder. gener. ad Sandominiam)
- Das sich schliessende Polnische Kriegs-Theatrum  
 : (Theatrum belli clausum) Straiff. 1718. 4.
- MAC. MARC. NADOWSKIEGO Inwentarz Konstytu-  
 cyjczy Koronnych (Ladouii Index constitutio-  
 num regni) 1713. Lipska 1733. f.
- LAMBERTY Memoires pour servir à l'Histoire du  
 XVIII. siècle (Commentarii historiae saeculi  
 XVIII. seruietes) à la Haye 1724. seq. 4. T. X.
- IO. LASCONIS Statuta regni Polon. Crac. 1505. f.  
 — Inq. publ. Prusl. Pol. Ged. 1756. 8.
- GOT. GAIL. LELBNITII Scriptores rerum Brunsvi-  
 censium. Han. 1707. seq. f. Tom. III.
- GOT. LENOICHI de norma regiminis in Prussia  
 Ged. 1722. 4.
- ELVSD. Hodierna Reipublicae prutenae facies  
 Ged 1728. 4.
- ELVSD. Geschichte der Lande Preussen (Historia  
 Prussiae) Danzig 1722. seq. f. Tom. IX.
- ELVSD. Passa conuenta Augusti III. commentar.  
 illustrata. Lips. 1763. 4.
- ELVSD. Dissertat. de initiis religionis christianae  
 in Polonia. Ged. 1734. 4.



## INDEX AVCTORVM.

- Gottf. LENGNICH** Nachricht von der Religions-  
Aenderung in Preussen (de religione in Prussia  
dissertat. T. IV. historiae prussicae praemissa).
- EIVSD.** Von dem Preussischen Landes-Rath und be-  
nen Landes-Beamten (de Consilio prussico &  
dignitariis Prussiae dissertatio, ante T. VI. hi-  
storiae prussicae).
- EIVSD.** Dissertat. de confederationibus Polono-  
rum. Ged. 1735. 4.
- Stan. LUBIENSKI** Opera posthuma. Antu. 1643. f.
- Io. Pet. LVDEVIGII** Reliquiae manuscript. omnis  
aevi diplomatum. Franc. 1720. seq. 8. T. XII.
- Job. Chr. Lunig** Schauplag des Europäischen  
Hof- und Cancellen-Ceremoniels (Thestrum  
ceremoniale) Leipz. 1719. f. Tom. III.
- Henr. MEIBOMII** Scriptores rerum germanica-  
rum. Helmst. 1688. f. Tom. III.
- MEMOIRES** sur les dernieres revolutions de la  
Pologne (commentarii de ultimis motibus Po-  
lon.) à Rotter. 1710. 8.
- Christ. NETTELBLADT** Anecdota Curlandiae.  
Greypswald 1736. 4.
- Kasp. NIESIECKIEGO** Korona polska (Casp. Nie-  
siecii Corona polona) Leop. 1728. f.
- Aar. Alex. OLIZAROVIVS** de politica hominum  
societate. Dant. 1651. 4.
- Andr. OLSZOVIVS** de archiepiscopatu Gnesnensi,  
Tom. I. epistolarum *Zaluscii* adiectus.
- Stan. ORICHOVII** Annales T. II. *Dlugossi* p. 1233.
- Pauli PIASECII** Chronica. Amstel. f.

# INDEX AUCTORVM.

- IC. HISTORIÆ Polonicae historiae corpus.** Basil.  
1582. f. Tom. III.
- Jac. PRILEVSI Statuta regni Poloniae.** Crac. 1553. f.
- PRIVILEGIA der Stände des Herzogthums Preuss.**  
(Privilegia Ordinum Prussiae) Braunsb. 1616. f.
- PUBLICAE innocentiae manifestum per G. Lub-**  
**mirski porrectum** 1666. f.
- Sam. PUFFENDORF de rebus Friderici Wilhelmi,**  
Berol. 1695. f. T. II.
- Osob. RANALDI Annales Baronii continui,**  
Col. 1691. f. T. VIII.
- Frid. Wilh. de SOMMERBERG Scriptorum rerum**  
**Silesiarum.** Lips. 1729. seq. f. T. III.
- Sed. STARAVOBACH Polonia.** Dant. 1652. 16.
- STATUTA Sigismundi I. Samose.** 1602. f.
- STATYT W. K. Litewskiego (Statutum lituanum)**  
w Wilnie 1693. f.
- Thomas TERTIUS de episcopatu & Episcopis**  
**ecclesiae Varmiensis.** Crac. 1685. f.
- VITA Petri Knithae.** Tom. II. *Dlugoffi.* p. 1607.
- Nic. ZALASZOWSKI Jus regni Poloniae.** Pozn.  
1701. f. Tom. II.
- And. Chryf. ZALVSKI Epistolae historico familiares**  
Braunsb. 1709. seq. f. T. III. vol. IV.
- Cas. ZAWADZKI Historia arcana.** 1699. 4.
- Arn. Casim. ZESLIGII Nouis index iurium, statu-**  
**torum & constitut. ad a. 1736.** (Inwentarz  
nowy praw &c.) Vars. 1754. f.
- Jac. Henr. Zernecke Thornische Chronica (Chron.**  
**Thorun.)** Berlin. 1727. 4.

**INDEX RERVM**

- A**  
**Acella** 551.  
**Actiuitatem** **illere.** 425. **reddere.** 426.  
**Aediles** in Lituania. 310.  
**Agrarium** tributum 443. antiquum **Ordinatum** consensu imperatum. 544. **quod** **agros** **ad** **acti-** **matum.** 549. **multiplicatum.** 549. **pro** **agrarium** & alia pecunia ex agris **reducta.** 549. **agrarium** **deficit.** 549.  
**Anabaptistae** arianis pares habentur. 652.  
**Archiepiscopi** & **Episcopi** quando coeperint. 622  
 72. **Archiepiscopi** qui **limit** **episcopatum** **re-** **stituunt.** 63. **Archiepiscopi** in Polonia **duo.** 71.  
**Archium.** Scripta ad archium data. 385. in **col-** **mitiis** leguntur. 385.  
**Ariani** in Polonia 633. **eorum** **erroribus** **occur-** **rendum.** 633. **in** **numero** **dissidentium** **non** **habiti.** 649. **nec** **illis** **permissum** **notis** **publicis** **subscribere.** 649.  
**Arianus** ad osculum Regiae manus non admittas. 649. in **Nuntiis** **conclaus** **non** **admittit.** 649. **Regno** **pulsi.** 650. **in** **eos** **leges** **exer-** **cendae.** 650. **confederationes** **interregno-** **rum** & **pacta** **conuenta** **nolunt** **eos** **frui** **pax** **dissidentium.** 651.  
**Augustanae** religionis **exercitium** **inductum.** 653.  
 71. 8. 3. 4. **Artil-**

INDEX RERVM.

Arcifortis Regium. vii. Formidatibus Prædicti.  
 Aufriaca domus. Verus cum illa foedus, quod  
 saepe renovatum. § 20.

Auxilia in bellum exteris missa. 463. ne sine Or-  
 dinum consensu mittantur. 463. exteris mi-  
 sturari perduelles declarati. 463. in eos in-  
 famia & bonorum confiscatio. 463. auxilia  
 revocata. 463. ex foedere missa. 463. Rex  
 cum integro exercitu in auxilium profectus.  
 464.

Auxiliares copiae a Rege Præliae et Curlandia  
 Duce. 306. auxiliares copiae aliae. 306.

Bellum olim a solo Rege decernebatur. 277  
 prima lex hanc potestatem restringens. 457.  
 Ordines antea consulendi. 457. 458. Rem  
 pacta Regum conuenta præcipiunt. 458  
 bellum antea ceptum a successore continua-  
 tum. 458. de bello foedus Ordinibus consen-  
 tientibus. 458. illatum bellum ex Senatus con-  
 silio. 458. sed Ordinum consensu continua-  
 tum, 459. inconsulta tota aut plena Republi-  
 ca ne inferatur. 460. ex improvise illatum,  
 Senatorum consilio propulsandum, donec Or-  
 dines consulantur. 461. bello decreto, consi-  
 lium bellicum constituitur. 462. consilii huius  
 potestas. 462. iusiurandum. 462. consilio  
 haec omnes Senatores interesse possunt. 462.

Bellica commissio Regni instituta 277. quæ Du-  
 cum potestatem circumferret. 277. iusiurandum  
 iusiurandum

## INDEX RERUM.

**Assumptum**, 278. in illa tractando, quae in  
 tribunali Radomienſi tractabantur, 278. **Com-**  
**miſſariorum ſalarium**, 278. **commiſſio**, in re-  
 mitiſſis confirmata, 279. quando habenda  
 279. eius ſigillum, 279. in Lituania ad nor-  
 mam Poloniae, 279. **Commiſſariorum ante-**  
**rius**, 279. **penſio**, 280. quando habenda **com-**  
**miſſio**, 279. eurent commiſſiones quae exar-  
 cibus conducant, 281. **Notarii et Regentes**,  
 289.

**Bona Regiis quarta imposita**, 568. **bonorum**  
**lustratores**, 568. vid. *Quarta*.

**Bona oeconomica**. Ex iis quarta, 568.

**Bona terreſtria**, militum hoſpitiis & ſtatuſis libe-  
 ra, 19. in illis metallorum & ſalis fodinae do-  
 minis cedunt, 19. vid. *Nobiles*.

**Boracini** (Tit. Liu.) monetaliſ officinae in Po-  
 lonia conductor, 582. eius ſolidi cupreij &  
 nummi argentei, 582.

**Budovnici** in Lituania, 316.

**Burggrauii caſtrenſes**, 317. leguntur a Capita-  
 neis, 317. quales legendi 317. 318.

**Burggrauii arcis Cracouienſis**, 318.

**Buſceniſ Caſtellanus** primum creatus, 46. inter  
**Caſtelloſ minores** vltimus, 143.

C.

**Caſſienſiſ Palatinuſ & Caſtellanuſ**, non poſſunt  
 ſimul Capitanei Poloniae maioris eſſe, 132.  
 133. 140.

**Cameneſenſiſ epiſcopatuſ** initia, 117.

Came-

## INDEX RERVM.

- Cameneſi munitiones.** 508, 509.
- Cancellariatus** ab aliis Episcopis haberi, ab aliis non haberi simul potest. 66. ponendus ab iis qui eum retinere nequeunt, quod viro militari collatus displicuit. 195.
- Cancellariae Regentes.** 195. 292. creantur a suo Cancellario. 292. eorum officium 292. assessores iudiciorum assessorialium. 293. consent ad consultandum. 293. iusiurandum eorum. 293. quam diu munus suum exerceant 293. sacri & saecularis ordinis. 294.
- Cancelliarum Notarii.** 295. iusiurandum. 295.
- Cancellarii ore Regis declarati, Lituaniae Cancellario** quatuor praesente. 175.
- Cancellariorum numerus.** 180. quando prima Cancellariorum & Procancel. Regni mentio. 180.
- Cancellarii Lituaniae primi.** 180.
- Cancellarii** creantur in comitiis Senatoribus consultis. 181. Episcopi ante Senatus consultationes postulantis exemplum. 181. Rex in creandis Cancellariis suum sensum sequi potest. 181. Sigillum Cancellariis, quando creantur, traditur. 181. quod cancellariatu finito redditur. 181. 182. pro sigillis saeculi vacui traditi. 182. novorum Cancellariorum renuntiationis. 182. renuntiationis a Rege factae exemplum. 182. iusiurandum. 183. quis iusiurandum praecet. 183. 184. creati Cancellarii consilio cum Senatoribus non habito, quia ab Ordinibus commendati. 184. post iusiurandum.
- Tom. II.* VV ran-

## INDEX RERVM.

randum sua loca occupant & Regi gratias agunt. 184. semel a Nunciorum conclavi actae gratiae. 184. Regis non Ordinum nomine, Cancellario finito cancellariatu actae gratiae. 184. Cancellariorum extra comitia creatorum exempla. 185. extra comitia creati, in comitiis confirmati. 185. num Regis extra comitia creandi Cancellarios, potestatem sibi seruauerint. 185. 186. Regni Cancellariorum alter sit saecularis alter ecclesiasticus. 186. vices inter eos nonnunquam neglectae. 186. 187. in Lituania solis saecularibus cancellariatus conferitur. 187. 188. in Polonia non solum Episcopi sed etiam illi quibus sunt minores dignitates ecclesiasticae Episcopi euadunt. 188. 189. quales Episcopi Cancellarii fieri queant. 189. num ecclesiastici sint altiorum dignitatum candidati. 189. saeculares non facile aliam dignitatem appetunt. 189. Procancellarii dignitate hac per decretum multati exemplum. 190. Cancellariis, quod munere suo bene functi gratia habita. 190. par supremi & Procancellarii auctoritas. 190. in quo supremus praeferatur. 190. ex Procancellario supremus creatur. 190. exempla quaedam contraria. 190. Cancellariorum munia. 191. quibus linguis in publicis scriptis vtantur 191. 192. sint linguae Latinae bene gnari. 192. Cancellarii Latine minus docti exemplum. 192. ob Latinitatem laudati. 192. quae scriptis adhibenda cura. 193.

## INDEX RERVM.

193. iurium et consuetudinum custodes. 193.  
 quae publica iura ipsis speciatim commenda-  
 ta. 193. 194. scriptis quae ex sua cancellaria  
 prodeunt, attendant. 195. litterae pergamen-  
 neae quid significant. 195. quibus litteris a  
 Rege subscribendum. 196. quae in metricam  
 referendae. 196. 197. Cancellarii iudiciorum  
 assessorialium praesides. 199. iudicandi pote-  
 stas. 200. constitutiones comitiales typis  
 excubendas curant & dimitunt. 203.
- Cancellarius** num possit apud exteros legationes  
 obire. 203. § 26. Regi pro Mareschalco sci-  
 plonem praetulit. 204. exercitui praefuit.  
 204. in quibus regionibus quisque suum mu-  
 nus exerceat. 204. quid in comitiis peragant.  
 204. munus eorum interregno quis seruit. 205.  
 pars muneris exercita. 205.
- Capitaneus** vnus Palatinis dignitate par. 126. 127.
- Capitanei** iudiciales. 316. iurant. 316. 317. illo-  
 rum in Lituania iusiurandum. 317. in Prussia  
 non alii, quam Palatini. 317. horum ibidem  
 vicarii. 317. Capitaneis Polonis interdum in  
 tempus vicarii surrogantur. 318. 319.
- Capitum** census. 552. Tattaricus & Iudaicus. 554.
- Cardinalitia** dignitas in Episcopo non derogat  
 dignitati & iuribus Archiepiscopi Gnesnensis.  
 85. Cardinalis Episcopus vitat congressum  
 Archiepiscopi. 85. 86. locum ipsis fors assigna-  
 uit. 86. ordo in subscriptionibus. 86.
- Casimirus I.** ex monacho, Poloniae Princeps. 631.
- Casimirus M.** praecipuus in Polonia legislator. 594



## INDEX RERVM.

**Castellanus vnus ante omnes Palatinos, & duo inter Palatinos.** 126. 127. caeteri post Palatinos omnes. 136. vnde illorum nomen. 136. olim in sua castellania ius exercebant. 138. consulta a Principe cum Palatinis. 139. simul Ministri Senatorii ordinis esse nequeunt. 139. praeesse possunt exercitui, non autem munia terrestria exercere. 140. Castellano- rum qui simul Succamerarii exempla. 140. extra suum palatinatum possunt esse Capitanei castrenses 140. & in Prussia Thesaurarii. 141. sui tractus Nobilitatem in expeditionem ad Palatinos ducunt. 141. sui palatinatus post Palatinos Nobilitatis Duces. 141. in Polonia sola alii maiores alii minores. 141. illorum ordo. 141. 142. numerus maiorum & minorum. 142. sellarii & non sellarii. 143. titulus. 143. olim Castellani in actis publicis littera P. signabantur. 144.

**Castellania tractus olim circa castellum, iam dignitas Castellani.** 144.

**Castrorum metatores.** 282. 283. metatoris apud Lituanos stipendium. 283. metatores minores 289. 290. in palatinatibus Lituaniae. 316.

**Cellae Lituanae praefectus.** 265.

**Chelmenfis episcopatus a Culmensi diuersus.** 116. eius origo. 116.

**Ciuitates olim publicis negotiis adhibitae.** 3. quid ex hoc iure interregni tempore superfit. 3.

**Ciuum appellatio & diuisio.** 2.

C

# INDEX RERUM.

**Cimani** in Lithuania: 314. sunt inter terrestris dignatarios: 314. ordo inter Samogitiae Diuinos: 315. iudicant in Samogitia causas Succamerariales: 315. quare praestant Succamerarii iusiurandum: 315. non simul possunt esse iudices terrestres aut castrones: 315. ad op.

**Coadiutores**, vid. *Episcoporum coadiutores*, sicut.

**Colloquia**, vid. *iudicia*.

**Coloni**. 2. conditionis seruitis & glebae adscripti. 2.

**Comitia** possunt peragi absentibus ex aliquot palatinatibus Nuntiis. 329. sunt omnium terrarum conuentus: 346. antiquitas. 346. ordinaria & extraordinaria: 346. 347. ordinario- rum origo: 347. eorum dies certus: 347. annus: 347. in aliud tempus dilata: 347. aliud pro illis apud tempus frustra commendatum: 347. 348. Petricouiae olim comitia habita: 348. ubi olim habenda, si Lituani consulendi: 348. 348. 349. celebrantur Varsoviae: 348. 349. tertia habenda Grodnae: 349. quae ex his excipiuntur: 349. prima Grodnae habita: 349. vices inter Varsoviam & Grodnam interdum neglectae: 349. 350. pro Varsovia comitiorum alibi habitorum exempla: 350. quae Graouiae habenda: 350. litterae deliberationae ante comitia: 351. Senatorum & Nunciorum hospitium gratuita: 351. querela de minus commo- di: 351. securitas: 351. delinquentium forum: 351. 352. praesentes ibidem alibi

INDEX RERVM. I

in ius vocari & iudicari nequeunt. 352. initium a sacris, missa & concione 353. 354. ex templo in Senatorum & Nuntiorum conclauetur. 353. 354. Rex ipse interest sacris, nisi per valetudinem impediatur. 354. concio a quo habentur. 354. magnum consilium in comitia verfum. 355. comitiorum sine Nuntiis & Mareschalco exemplum. 355. comitiorum ordo olim scriptus. 356.

**Comitia.** In iis Regis salutatio. 379. ante de priore inter Polonos & Lituanos certamen, quod in posterum cessabit. 379. salutationi certum tempus statutum. 379. quomodo peragatur. 380. extra locum comitiorum. 381. Regiae manus osculum. 381. quae deliberanda proponuntur. 384. reditus Nuntiorum ad consultandum in suum conclauem. 396. adeunt Senatum salvo regressu. 396. 397. militum Mareschalealium statio. 397. Nuntiorum in suo conclauis consultationes. 397. 398. censeudi modus. 399. libertas. 400. etiam de priuatis deliberatus. 400. nouus iam deliberandi ordo. 401. confessus prouinciales. 401. 402. 403. post quos Nuntii in suo conclauis deliberare pergunt. 404. consilia maturanda. 404. pteces ad Regem ante consilium finem. 404. oratores exercituum, & priuata Senatorum desideria in Nuntiorum conclauis audiuntur. 404. 405. quando ad finienda comitia Nuntii in Senatum redire debeant. 407. tem-

## INDEX RERVM.

tempus saepe protractum. 407. 408. quae  
 constitui nequeunt ad proxima comitia in re-  
 cessum referuntur. 508. Nuntiorum ex suo  
 conclavi dimissio & in Senatum reditus. 409.  
 quae decreuerant cum Senatoribus communi-  
 cant. 409. censendi modus ut sequatur omni-  
 uni consensus. 410. spatium quo finienda co-  
 mitia. 410. consultationes per noctem. 410.  
 411. olim sine candelis iam ad candelas. 412.  
 consultationibus nocturnis Rex praeeft. 413.  
 comitiis non certum spatium olim destinatum.  
 414. exemplum vetus comitiarum per annum  
 medium. 414. ordinarium tempus sex hebdo-  
 madum. 414. comitia longiora. 414. breuio-  
 ra. 414. septem horarum. 414. vnde viginti  
 hebdomadam. 415. spatium proferri nequit  
 nisi Nuntiorum consensu. 415. finis comitio-  
 rum. 416. 417. nouus modus quo finienda  
 constitui debet. 417. haberi solebant a partibus  
 utriusque conclauis foribus. 431. polonae  
 linguae vsus. 431.

**Comitia extraordinaria.** 421. a Rege ex Senato-  
 rum sententia indicuntur. 422. non idem illis  
 semper spatium constitutum. 422. 423. quod  
 Senatoribus non consultis, indicta, aegre la-  
 tum. 422. in quo ab ordinariis differant. 422.  
 pacta conuenta in iis legi non solita, lecta se-  
 mel. 423. non vnus in iis deliberandi mo-  
 dus. 423.

**Comitia non omnia absoluta, sed multa fuisse ir-  
 rita.**

- ita, facta abfolutorum Index, 424. abfoluto-  
 rum documentum, 424. quomodo reddantur  
 iura, 424. quid fiat, quando rumpantur, 426.  
 Quid, si legitimo tempore fruftra abfumto, co-  
 mitia definunt, 427. quomodo tempore fru-  
 ftra abfumi poffit, 427. fublata comitia cum  
 in noua confenfiffent Ordines, 428.  
 Comitua prorogata, 428. 429. inde comitia una  
 diuifa in duo, 428. hifdem Nuntis & Mare-  
 fchaleo eodem continuata, 429. quid de his  
 comitis notandum, 429. non certo fpatio cir-  
 cumscripta, 430. comitia haec lege venita  
 funt, 430.  
 Confiliorum Notarius feu Secretarius, vid. Nota-  
 rius comit.  
 Comitum titulus, 13. vltus tituli priuatus & pro-  
 mulceus, 13.  
 Commercua, De illis pacta cum vicinis incun-  
 ta, 520.  
 Confoederatio in Polonia quid, 443. quatuorplex,  
 443. quando ineatur, 443. 444. illarum hu-  
 mietus, 443. 444. vnde cognofcantur, 444.  
 confoederationis Marefchaleus, 445. qui or-  
 dinis equeftris, 445. Senatorii, 446. eius hu-  
 ctoritas, 446. ne violetur, 446. eius praemia,  
 446. eius Confilarii & Notarius, 446. deli-  
 berationes & fancita, 446. 447. valet pluri-  
 morum fententia, 447. fancita conftitutionibus  
 non fecta, 447. infertorum exemplum, 447.  
 fubfcriptio, 447. in eam iufurandum, 447.  
 448.

448. constitutione approbata. 448. quamdiu  
 maneat. 449. sub confederatione etiam ar-  
 mis pugnatur. 450. quo sensu leges confoe-  
 derationes retent. 450. quaedam pro legiti-  
 mis non habitae. 450. 451. neque Rokofz  
 confoederatio est. 451. manente confoedera-  
 tione, potior Reipublicae cura Regi permitti-  
 tur. 451. sub confederatione electionis &  
 coronationis comitia. 453.  
 Confoederatio militaris. 492.  
 Confoederatio pro pace diffidentium in religio-  
 ne christiana Regum iureiurando confirmata.  
 636. vid. *Dissidentes*.  
 Consilia magna. 440. diuersa a Senatus consiliis.  
 452. quomodo habeantur. 452. decretorum  
 inter constitutiones relatorum exemplum. 453.  
 sunt comitia minus solennia. 453. consilium  
 magnum in comitia versum, & vicissim. 453.  
 aliud consilium magnum sub nulla confoe-  
 deratione. 453.  
 Constitutiones comitiales qui retractent nomi-  
 nati. 392. 418. quorum nomen non sem-  
 per idem. 392. 397. iniurandum. 392. 397.  
 quomodo a iurisdictione formandae. 393.  
 subscriptiones a Marschalcis & delegatis. 393.  
 418. Marschalcus delegatus perpetuus. 398.  
 institutionum nomen & restrictio. 412. 418.  
 exemplum non recte editum. 418. obiectio  
 quod publicitatis quae non sanctorum. 418. ritus  
 formula in subscriptione ad mandatum Regis.

# INDEX RERUM

subscriptio Secretarii comitialis. 419.  
 subscriptio nouissima. 419. constitutiones actus  
 castrensis exhibentur & typis eduntur. 420.  
 sunt in typis ex thesauro. 420. sub sigillo  
 per omnes terras demissae ad conuentus, re-  
 lationum deferuntur. 420. nomen Regium in  
 fronte constitutionum. 420. in Polonia & Lit-  
 uanas diuisae. 421. constitutionum ex comi-  
 tiis non finitis exempla. 428. ex his comitiis  
 constitutiones duplices. 429.  
 Controversiae iuris exteri. Ordinum consensu  
 componenda. 518. compositio Senatoribus &  
 Nobilibus mandata. 518. 519. 520. contro-  
 versiae de titulis cum Russorum Imperatrice  
 & Rege Prussiae interregno composita. 519.  
 Conuentuum in Polonia minorum origo. 320.  
 Conuentus generales Integram gentium olim  
 in usu. 330. quos etiam lex haberi praecipit.  
 330. nihilominus iam deserunt. 330. quae-  
 dam illorum imago in prouinciis comitio-  
 rum confectibus superest. 331. habent gene-  
 rales conuentus Masouii & Pofui. 331.  
 Conuentus minores ante comitia. 322. origo.  
 322. celebrandorum necessitas. 322. 323.  
 a quo indicantur & quomodo celebrantur. 323.  
 quando litterae ad conuentus publicandae.  
 323. spatium inter conuentus & comitia. 323.  
 litteris sigillum Regni, aut Lituaniae impres-  
 sum. 323. Regis subscriptio. 323. loca con-  
 uentuum. 324. in conuentibus praesentes.

## INDEX RERUM.

324. hospitia, 324. Marschallus, 324. eius electio & munia, 325. electionem praecedit sacra missa, 325. Regni legatus, & consultatio, 315. Nuntiorum ad comitia electio, 326. qui eligi nequeant, 326. de diffidentibus in religione, 327. Nuntiorum vaticum, 327. non possunt multi nisi conventibus peractis, 328. 329. rupto conventu interdum alius indicitur, 328.
- Conventus post comitia, relationum dicti, 402.**  
 primus eiusmodi conventus, 432. dies designatus, 432. Regis obitrio permissus, 433. non indicoendus ruptis comitiis, 433. quomodo ad eos Nobilitas vocetur, 434. ubi habeantur, 434. tributorum exactores ibidem creati, 434. in comitiis decreta non mutanda, 434. tributorum non probatorum exemplum, 435. probata quae in comitiis in absentes decreta, 435. quomodo suum conventum post comitia Prussi celebrent, 438.
- Conventus deputationum, 436.**
- Conventus oeconomicus, 436.**
- Conventus in quibus palatinatum singularum dignitarii aut illorum candidati eliguntur, 436.**
- Coronarum custos in Regno, 210** quando eius prima facta mentio, 210. manus hoc viro sacri ordinis confertur, 210. eius iusiurandum, 211.
- Cosaci milites, 481. Zaporonienfes, 481. 482. Lifowiani, 482.**

Cra-



Cracoviae abbas Magdabergensis 99. In-  
-solis et Germania auctus 99. Academia ibi  
-instituta 99. hinc immunitates & salaria 97.  
-ciues reges habent bona nobilium 16. 17.  
-magistratus nobilibus pares habentur 32.

Cracoviensis Episcopus simul Dux Saveriae 12.  
-Papa Sixtus extraordinarius 76. primus  
-inter Episcopos 93. 94. episcopatus initium.  
93. 94. num olim archiepiscopatus fuerit 94.  
-99. Episcopi titulus 96. summa eius in Saveri-  
-ensi ducate potestas 96. diocesis 96. redi-  
-cup. 96. ob quos episcopatus Galesiensis ar-  
-chiepiscopatus praefatus 96. diocesis mi-  
-nuendi, & episcopatum in duas dividendi con-  
-siliium 97. Episcopus academicus Cancellarius  
-perpetuus 97. hic cum Archiepiscopo Gies-  
-sensis de curandis exequiis Regis 97. Regis  
-ob eo nominati & inaugurati exemplum 98.  
-locus in Senatu 88. lex inter Episcopos Car-  
-dinales 98.

Cracoviensis Castellanus ante omnes Palatinos  
125. 143. quare huius rei ratio 127. habet  
-nam thesauri Regni clauem 149. potest in  
-suo palatinatu capitaneatum iudiciale ha-  
-bere.

Cracoviensis Palatinus, num Posnaniensi loco ce-  
-dat 124.

Cuiavienis episcopatus idem qui olim Crasui-  
-ensis etiam Madislauiensis dicitur 98. quan-  
-do coeperit 99.

Cu-

## INDEX RERVM.

**Ciuitatis Episcopus simul Pomeraniae dicitur.**

99. qualis Pomerania intelligatur. 99. quando fungatur munere Gnesnensis Archiepiscopi. 100. dux ab ipso Reges inaugurati. 100. locus in Senatu. 100. iusiurandum in Regis nomen a ciuitatibus. Prussiae maioribus nuper exceptit 100.

**Calmenfis episcopus initium 112. praelaturae & canonicatus indigenis conferantur. 115. dioecesis, 115.**

**Calmenfis Episcopus, dicitur primum Episcopus Prussiae. 112. dicitur olim Archiepiscopus, qui titulus desinit. 112. 113. sub Archiepiscopo Rigensi. 113. sub Gnesnensi. 113. simul Pomesaniensis dicitur. 114. frustra pro eo tanquam Pomesaniensi reditus postulati. 114. de Pomesaniensi titulo controuersia. 114. 115. Prussiae Consiliarius. 115. huic provinciae iurat. 115. reditus. 115. Regem scripsit haeredem. 116.**

**Culinae Praefecti Regni & Lituaniae. 262. olim Magister coquinae dicitur. 263.**

**Curlandia, ibidem Mareschalci Regni & Lituaniae auctoritas 177.**

**Curlandiae Dux copias auxiliares praestat. 506. monetam Poloniae aequalem cudit. 581. de re monetali a Polonis in consilium adhibetur. 581.**

**Corraun Praefectus, 290.**

**Czartoryscii Principes 11.**

**Czer-**

INDEX RERVM.

Czernichouienſis Palatinus & Caſtellanus in Senatum recepti. 46.

Czernichouienſis Palatinus generalis 645. liſ de loco cum Palatino Liouoniae. 645.

Czetvertynſcii Principes. 12.

Czopowe tributum, 549.

D.

Dapiferi & Subdapiferi Regni & Lituaniae. 262.

263. Dapifer Lituaniae in Regium faſtigium euectus. 263.

Dignitates vacuae vt conferantur, Rex in comitiis monetur. 386. 388. leges quae conferri praecipiunt. 386. 387. vacuarum conſignatio. 387. candidati quibus conferendae. 387.

Regi commendantur. 387. 388. nomina eorum quibus collatae leguntur. 388. quod non ſtatim collatae Nuntii indignantur. 388.

Dignitates equeſtris ordinis. 243, illarum diuiſio. 243. quae olim fuerunt. 244. numerus creuit. 244. dignitariis certa loca assignanda, vt controuerſiae ceſſent. 244.

Dignitates equeſtris ordinis Regni & Lituaniae togatae. 243, 245. militares. 265. 266.

Dignitates terreſtres & caſtrenſes. 304. non duae terreſtres, neque terreſtris & aulica ab vno haberi poſſunt. 304. dignitarii olim in conſilium adhibiti ſunt. 305. ordo inter dignitarios. 305. in Lituania aliquot alii dignitarii qui in Polonia non ſunt, aliusque ibidem ordo quam in Polonia. 360. dignitarii in Pruſſia. 306.

ad

## INDEX RERVM:

ad quasdam dignitates Nobilitas candidatos  
 Regi commendat vt eligat vitium, quosdam a  
 Nobilitate electos Rex confirmat, quidam si-  
 ne Regis confirmatione iurata sua adeant.  
 307. dignitarii iudiciales. 311. horum ho-  
 norarium. 312. dignitariorum terrestrium nu-  
 da nomina. 313. noui instituenti, vbi non  
 sunt. 313. dignitarii castrenses. 316.  
**Dissidentes in religione Christiana.** Prima illor-  
 um confoederatio. 634. primus vocabuli dis-  
 sidentium vsus. 634. qui tum per dissidentes  
 intellecti. 634. confoederationis summa. 634.  
 a quibus constata. 634. in eam a Regibus iu-  
 ratum. 635. vocabulum dissidentium ad illos  
 translatum qui a Romanis catholicis diuersi.  
 635. 636. iterum pro generali vocabulo  
 christianam religionem profitentium vocabulo  
 habitum 636. dissidentium pax & securitas  
 in omnibus interregnis confirmata. 636. vt  
 & in pactis conuentis. 636. & iurium confir-  
 mationibus generalibus. 637. pax haec ad cer-  
 tam confoederationem & certas constitutiones  
 restricta 637. salua agendi aduersus constitutio-  
 num illarum violatores. 637. saluis iuribus  
 Romanae catholicae ecclesiae, secundum con-  
 stitutiones. 637. ne noua templa aedificent.  
 637. pax inuiolabiliter tuenda iuxta statuta &  
 constitutiones. 638. cultus diuinus externus.  
 638. 639. recens exstructa templa destruan-  
 tur. 639. leges pro dissidentibus Regio referi-  
 pto confirmatae. 639. vetus Masouiae de-  
cretum

1. **Abbas** contra Lutheranos. § 40. ubi dignitas  
 s. nobilitas Varanivae permittitur. 640. quae duntaxat  
 2. **Abbas** exceptiones Malouicacum quando duntaxat est  
 3. **Abbas** de diffidentium subscriptionibus impugnata.  
 4. 641. 642. eius integritas asserta. 641. 641.  
 5. **Abbas** diffidentibus dignitatibus & publicis negotiis  
 6. **Abbas** arceatur. 641. non illis licet exterorum Prin-  
 7. **Abbas** cipum patrocinium implorare. 643.  
 8. **Abbas** Donarium tributum. § 49.  
 9. **Abbas** Donarium in Lituania. § 74.  
 10. **Abbas** Duces exercituum. 269. 266. olim non repe-  
 11. **Abbas** tui. 266. 267. exercitui plures Duces praepo-  
 12. **Abbas** siti. 266. 267. Duces perpetui. 267. 268.  
 13. **Abbas** Dux supremus exercitui Regni. Rex electus.  
 14. 268. Ducis exercitus minoris sui campum ori-  
 15. **Abbas** go. 268. 269. qui supremi locum quando va-  
 16. **Abbas** olens obtinet. 269. exercitus Lituani Ducis.  
 17. 270. alius quam minor supremus Lituani-  
 18. **Abbas** ty exercitus Dux creatus. 270. Duces in comi-  
 19. **Abbas** tiis creandi. iam orantur extra comitia. 271.  
 20. **Abbas** non sicut Ministri Senatorii ordinis esse pos-  
 21. **Abbas** sunt. 271. frustra tentatum, Ducem dignita-  
 22. **Abbas** tem certo annorum numero terminare. cum  
 23. **Abbas** eam per totam vitam gerant. 271. iustitiam di-  
 24. **Abbas** summa. 271. quod non repetitur quando mi-  
 25. **Abbas** nores supremi Duces evadunt. 273. Ducum  
 26. **Abbas** potestas. 274. quae ipsis non liceant. 274.  
 27. **Abbas** exercitibus Regni & Lituaniae singulis sui  
 28. **Abbas** praesunt duces. 275. ducibus defunctis singulis  
 29. **Abbas** exercitibus generalis Regimentarius praefici-  
 30. **Abbas** tur.

## INDEX RERVM.

tur. 275. idem obtinet Ducibus imperio abrogato. 275. possunt Duces simul Senatores esse, cum alias sint ordinis equestris. 276. simul etiam aliquam togatam dignitatem minorem gerere, non militarem. 276. annum stipendium. 276. 277. unde illud redigatur. 277. iam olim postulatum, ut stipendium augetur. 277. potestas per commissionem bellicam circumscripta. 277. 279. a qua stipendium confirmatum. 278. legati Turcorum ad Duces missi quomodo audiendi & dimittendi. 278. tempore belli & in castris milites ut antea Ducum imperio & iudiciis relinquuntur. 279.

### E.

Elbinga ad dioecesin Varmiensem pertinet **111** eius munitiones. 509. ad redimendum agrum tributum. 558.

Eufiferi Regni et Lituaniae. 261. illorum origo 261. dicti etiam Gladiferi. 261. quando munus suum exercent. 261. praesentes in principum clientum in auguratione. 261. simul dignitatem militarem gerere possunt. 261.

Episcopatum initium. 61. plures conferre vni licet. 63. retentus archiepiscopatu collato. 63. Polonus cum extraneo episcopatu retentus. 63. cur interdum episcopatus cui redditus minores, pro opimiore recipiatur. 64. 67.

Episcopis nominatis, post Papae confirmationem in Senatum patet aditus. 62. eodem modo altiorem locum occupant. 62. 63. ad novum

*Tom. II.*

X x

episco-

## INDEX RERVM.

- episcopatum nominati quam diu ex veteri re-  
 ditibus fruantur. 63. eorum frequentes mu-  
 tationes. 64. ad quintum episcopatum nomi-  
 natio. 64. num mutationum certus numerus  
 lege definitus. 64. Episcopi ne simul abbas  
 & praepositoras habeant. 64. ab hac lege  
 exceptio. 64. 65. omnes olim poterunt esse  
 Cancellarii. 66. quod hodie non licet. 66. sed  
 cedendum cancellariatu post archiepiscopa-  
 tum & episcopatum optimiorem. 66. 67. exem-  
 pla quaedam contraria. 66. 67. Episcoporum  
 titulus. 71. insignia. 71. illorum numerus.  
 71. inter eos ordo. 72.  
 Episcopi in partibus. 70.  
 Episcoporum Coadiutores, in illorum locum suc-  
 cedunt. 68. 69. ad Episcoporum preces a  
 Rege nominantur. 68. nominati confirmantur  
 a Papa. 68. coadiutoriae irritae exemplum. 69.  
 Episcoporum Suffraganei. 70.  
 Equestris ordinis qui sint. 228. Senatorius ab  
 illo diuersus. 228. Senatoris ad ordinem eque-  
 strem redeuntis exemplum. 228. Senator  
 posita dignitate sua, inter Nuntios electus.  
 228.  
 Excubiarum supremi Praefecti. 282. 283. Litu-  
 niae Praefecto stipendium decretum. 283.  
 Praefecti minores. 289. 290. in palatinatibus  
 Lituaniae 316.  
 Exercitus Regni & Lituaniae aliter ordinati. 484.  
 ordinatio confirmata. 497. de augendo nu-  
 mero

## INDEX RERVM.

mero eorumque stipendiis. 473. de his ad di-  
 sciplina deliberandum. 473. de his colloquium  
 habendum. 473. habitum continuatumque  
 sine fructu. 474. neque in comitiis hoc nego-  
 tium successit. 474. quare postea silentio  
 transmissum. 474. ne Duces numerum mili-  
 tum augeant. 497. vexilla & regimina bene  
 meritis vendantur. 497. ne in praefecturis  
 exteri indigenis praeferantur. 497.  
 Exercitus Regni. 484. 486. Lituaniae. 484. 487.  
 Exercituum oratores in comitiis audiuntur. 396.  
 veteres de stipendiis non solutis querelae.  
 396.  
 Expeditio Nobilitatis generalis. 498. in comi-  
 tiis decernenda. 498. decreta in Senatus con-  
 silio. 498. Regi euocandi Nobilitatem pote-  
 stas data. 498. saepius decreta quam peracta.  
 498. a Primatē semel euocata Nobilitas. 498.  
 litterae restium 498. sub sigillo Regni aut Li-  
 tuaniae. 498. exemplum litterarum sub sigillo  
 cubiculari. 499. tribus litteris euocanda nobi-  
 litas. 499. binae pro vnīs. 499. conuentus  
 Nobilitatis ante expeditionem. 499. qui ab  
 expeditione immunes. 500. Nobilitatis lustra-  
 tio. 500. poena in absentes. 500. expeditio-  
 ni Ipse Rex praeeft. 501. expeditio sine di-  
 uisione belli. 502. (quam diu Nobilitas in expe-  
 ditione manere obligetur. 502. ne extra fines  
 ducatur. 502. quibus conditionibus id fieri  
 possit. 502. 503. reditus post expeditionem



## INDEX RERVM.

*sine aliorum iniuria.* 503. *quam diu haec expedito omitta.* 504. *num ex illa magnum Republicae commodum.* 505. *Nobilium in eiusmodi expeditione numerus.* 505.

### F.

**Fodinae argenti Olkuffienses.** 588. *illarum ruina.* 588. *instaurandae.* 588. *nova instaurationis spes.* 588. 589.

**Foedera cum exteris seruanda sine publico damno.** 519. *vetera quomodo renouanda.* 520. *vetus cum domo Austriaca foedus aliquoties renouatum.* 520. *foedus perpetuum cum Rege Prussiae.* 520. *noua foedera Ordinum consensu contrahenda.* 521. 522. *ex Senatus consilio contracta, ab Ordinibus probata.* 522. *ne ex Senatorum consilio contrahantur.* 522. *in scis Ordinibus contractum non probatur* 522.

**Forale ex rebus venalibus in aula.** 169. *non penditur quando Rex in maioribus ciuitatibus Prussiae praesens est.* 169. *foralia abrogata.* 170.

**Fratris titulus inter Nobiles.** 3. *aegre tulit Nobilis fratris nomine ab Episcopo non compellatur.* 13.

**Fratres seniores & iuniores.** 13.

**Fumale tributum** 556.

### G.

**Gallica lingua ne sit publica.** 192.

**Gedanum in dioecesi Episcopi Cuiuiensis.** 99. muni-

## INDEX RERVM.

- munitiones. 508. 509. exterorum Principum  
 ibidem Ministri. 534.
- Geometra Lituaniae. 265.
- Gnesnensis archiepiscopatus origo. 72. 73. quis  
 instituit. 73. solet Archiepiscopo Leopoli-  
 ensi vel vni ex Episcopis conferri. 73.
- Gnesnensis Archiepiscopus primus Princeps. 12.  
 77. mansit simul Episcopus. 63. non potest  
 simul esse Cancellarius. 66. 67. eius titulus.  
 71. est Regni Primas. 73. quomodo hunc ti-  
 tulum obtinuerit. 74. Papae Legatus natus.  
 75. quare absentis Nuntii iurisdictionem sibi  
 affert. 75. quam ab Internuntio exercere non  
 permittit. 75. 76. Rege mortuo Interrex. 78.  
 pro nauata interregno opera gratia refertur.  
 78. Ploccensis Canonicus natus. 79. vnde  
 ille canonicatus. 79. Louicium illi a Duce Ma-  
 fouiae donatum, vt & auri marca singulis an-  
 nis, quae postea remissa. 79. 80. ius cudendi  
 monetam, quod non exercuit. 80. ius venan-  
 di in bonis Ducum maioris Poloniae. 80. ius  
 metropoliticum in Episcopis inaugurandis &  
 confirmandis. 81. 82. potest vsum sacrorum  
 reddere cui ab Episcopo interdictus. 82. Epi-  
 scopos ad synodos conuocat. 82. Rege extra  
 Regnum absente eius curam subit. 82. 83.  
 Rege viuente conuentus & comitia indicere  
 ei non licet. 83. ius Regem monendi. 84.  
 modus in hac monitione tenendus. 84. Sena-  
 tus nomine verba facit. 85. non cedit Episco-

## INDEX RERVM.

po Cardinali. 85. iura eius aduersus Episcopum Cardinalem asserta. 85. eius vestitus coloris rubri. 87. num. Papae Nuntio cedat. 87. quomodo a Rege excipiat quando ad comitia venit. 89. ingressus publicus. 89. quae ipsi a priuatis debeatur reuerentia. 89. habet Mareschalcum Cruciferum Cancellarium & ministros alios ac familiares. 90. 91. quid de Mareschalco eiusque iurisdictione obseruandum. 90. 91. custodes corporis. 91. usus tympanorum sub prandium. 91. palatium in suburbio Varsauiensi. 91.

**G**raeca religio in Russia rubra. 632. eius exercitium liberum. 632. religioni huic addicti inter dissidentes. 634. de religionis exercitio securi redditi. 643. consortes confoederationis pro dissidentibus. 643. pars eorum ad religionem Romanam catholicam accessit. alii in sua religione persisterunt. 644. quare in vnitos & disunitos diuisi. 644. disunitorum de vnitis querelae. 644. compositio inter vnitos & disunitos tentata. 644. conditiones ab vnitis non probatae. 644. compositio promissa & priuilegia Graecorum confirmata. 645. novae compositionis conditiones. quibus alias addi volebant disuniti. 645. Regium diploma de componendis controuersis. 646. neque tum compositio effectu. 646. lites inter Graecos continuantur. 646. iurium integritas promissa. 646. compositio non secuta.

dissi-

INDEX RERVM.

diffidiis interea manentibus: 647. iurium vnitorum & disunitorum, tandem vnitorum tantum facta mentio. 647. disuniti vt dissidentes reliqui ad dignitates non admittuntur, 647. Graecae religionis Praefulibus in Senatu promissus locus. 46.

H.

Hiberna. 493. de ijs commissio, 493. ad certam summam redacta. 494.

Homicidii poena. 24.

Horodnicii in Lituania. 315. 316.

Hussi dogmata. 632. Hussi alleolae dicti haeretici, 632. in eos edictum, poena & foedus. 632.

I.

Iablonovscii Principes. 12.

Incisores Regni & Lituaniae. 262. Incisor structor mensae dictus. 263.

Indigenatus, vid. *Nobiles aduenae*.

Instigator Regni, ad commissionem thesauri pertinet eiusque salarium. 214. 291. Instigatores & Viceinstigatores. 291. eorum officium. 291. assessores in iudiciis assessorialibus. 291. illorum sententiae. 291. iusiurandum. 291. 292. fides & integritas. 292.

Judaeorum in aula securitas Mareschalcis commendata. 167. tributum in capita. 554 nouo modo exigendum. 555. ne vectigalia exercent. 565.

## INDEX RERVM.

- Iudices in exercitu particulares.** 278. ab his ad consilium bellicum appellatio. 289. generales eorumque iurisdictio. 289.
- Iudices & subiudices terrestres.** 311. eorum iurandum. 311.
- Iudiciorum origo, quae a Rege exercita.** 598. Ordinum consensu instituuntur & ordinantur. 601. 602. quo ordine in illis causae iudicandae. 602. rigori suo restituenda. 602. Regis nomine praeter capturalia, exercentur. 603.
- Iudicia inferiora.** 598. particularia colloquia appellata. 600. quae defierunt. 600.
- Iudicia terrestria a quibus exercentur.** 311. noua instituta. 312.
- Iudicia palatinalia a Rege confirmanda.** 601.
- Iudicia iuris Magdeburgici.** 599. vnde appellata. 599. abrogata. 599. iudicium supremum Cracouiae 599. quod abolitum. 600.
- Iudicia suprema colloquia generalia dicta.** 598. quibus Rex praesidebat. 598. in alia iudicia mutata. 600.
- Iudicia sine prouocatione nobiles sibi constituunt.** 611.
- Iudiciorum aulicorum origo.** 200. 604. quando olim exercenda. 200. 201. quid in iis mutatum. 201. 202. quomodo habita. 202. eorum noua ordinatio. 203.
- Iudicia assessorialia.** 200. ad illa appellatio. 604. causae quae iudicantur. 604. nouissima ordinatio. 604. 605. in qua Rex nonnulla mutauit. 605.

## INDEX RERVM.

605. ordinatio publicata. 606. appellationes ad iudicia relationum. 609. appellationes negari Prussi aegre tulerunt. 609. pro iis priuilegia. 610. appellationes lege abrogatae. 610.

Iudicia relationum quomodo habeantur. 608. 609. appellationes ad illa lege vetitae. 610. Curlandicas causas iudicant. 610.

Iudicia comitialia quas causas iudicent, & quomodo exercentur. 405. 406. non in omnibus comitiis haberi. 406, quando finienda. 406. discreta in fine comitorum publicantur. 416. quando haberi possint. 610.

Iudicia fisci. 624. abrogata. 624.

Iudicia relationum, vid. *relationum iudicia*.

Ius Culmense Prussorum. 597.

Ius Magdeburgicum Cracouiae concessum. 593. in plures ciuitates deriuatum. 594. typis editum. 594.

### K.

Kiouia cum maxima tractus sui parte sub Russicum imperium concessit. 116.

Kiouiensis episcopatus institutus. 116.

Kiouiensis Episcopus simul Czernichouiensis. 116. reditus immisuti. 116.

Kniaiorum nomen. 12.

### L.

Latina lingua publica. 191. 192. Cancellariis commendatur. 192.

Legationis apud exteros peractae expositio 394.

## INDEX RERVM.

531. semotis arbitris. 394. expositione qua-  
 tuor dies absunt. 395. in acta legationis ius-  
 iurandum. 395. 531. iusiurandum omis-  
 sum. 395. aliter exponi legationem si Senator, ali-  
 ter si ordinis equestris legatus fuerit. 395. le-  
 gationes exteris mandatae, quod displicuit.  
 525. de legatione relatio in Senatus consilio.  
 531. relatio lecta. 531. scripto exhibenda.  
 531. iusiurandum in legationem quomodo  
 praestandum. 532. quis iusiurandum praeceat.  
 532.

**Legatus ob bene actam legationem laudatus.**  
 395. gratiae interdum actae. 395. legati qua-  
 les esse debeant. 525. qui mittantur. 526.  
 num Ministri Senatorii & ex his Cancellarii  
 mitti possint. 526. lex de ecclesiasticis ad Pon-  
 tificem non mittendis. 526. num lex illa usu  
 vigeat. 527. Regem legatus nominare. 527.  
 maiores & minores legati. 527. illos ex de-  
 creto comitali, hos ex Senatus consilio mitti.  
 527. 528. legatis quod legationem suscepe-  
 rint, Regis & Ordinum nomine gratiae actae.  
 528. legatio rata, comitiis quamvis ruptis.  
 528. mandata quomodo scribantur. 528. 529.  
 cum Ordinibus communicantur & leguntur.  
 528. 529. legati extra comitia missi. 529. ho-  
 rum potestas. 529. sumtus in legatos. 530.  
 a legato erogati. 530. ex Regis redditibus cer-  
 ta summa promissa. 530.

**Legati exterorum Principum. 533. commora-  
 tio**

- tio eorum certo tempore circumferibitur. 529.  
 534. tres ab vno Principe legati simul. 534.  
 legati abitu, festinare monti. 534. illorum  
 praesentia aegre lata. 533. 534. ad solum Re-  
 gem missi quomodo audiuntur. 535. acta cum  
 iis, Senatus consultis inserta. 535. legatus au-  
 ditas Senatoribus absentibus. 535. quomodo  
 legati dimittendi. 535. quando a Rege coram  
 Ordinibus audiendi. 536. ac Regni & Ord-  
 num nomine illis respondendum. 536. non  
 mittendi legati ad solos Ordines Rege omisso.  
 536. 537. neque sine Rege cum Ordinibus  
 agendum. 537. num iure gentium frui possint  
 qui contra Regem turbas foueat. 537. in  
 quosdam legatos exteros sumtus publici. 538.  
**Leges priuatorum.** 593. quarum numerus au-  
 ctus. 594. solus olim solus legislator. 594. 595.  
 ius ferendi leges cum Ordinibus communi-  
 tam. 595. 596.  
**Leges publicae ordinum consensu, aut a solis Or-  
 dinibus scriptae.** 596. 597.  
**Leopoliensis Archiepiscopus cancellariatum non  
 obtinet.** 68. vnus tamen Procancellarius fuit.  
 68. eius titulus. 71. interest synodis a Pri-  
 mate indictis. 92. quando archiepiscopus  
 coeperit. 92. antiquum eius nomen. 92. Ar-  
 chiepiscopi cum Cracouiensi Episcopo de loco  
 in Regis inauguratione iis. 93.  
**Leopoliensium ciuium ius possidendi bona terre-  
 stria.** 17.

Lesni.



## INDEX RERVM.

Lesniezy in Lituania. 316.

Lituani in generali nobilitatis expeditione, fines suos non excedunt. 503. 504.

Liouoniae proceres in Senatu Polono. 45. mutatio in his facta. 45. 46. 124. Episcopus simul Pitonensis. 117. Palatini in Senatu locus. 124. 125. Mareschalci Regni & Lituaniae ibidem auctoritas. 177. quot & quales in comitia mittat Nuntios. 327. tributa. 547. in iudiciis assessorialibus iudicatur. 608. 619. Liouonitribunali thesauri interfuerunt. 623. iam commiffioni thesauri interfunt. 624.

Lubomirscii Principes. 12.

Luceoriensis episcopatus origo. 112. antea Vlodomirienfis dictus. 112.

Lucomlenses Prinipes. 11.

### M.

Marchionis titulus a Papa datus. 13.

Mareschalci Regni & Lituaniae. 160. num primis temporibus fuerint. 160. exemplum Cra-couiensis Consulis, Mareschalci munia peragentis. 160. prima Mareschalci mentio 160. series Mareschalcorum vnde incipiat. 160. in Lituania quando coeperint. 160. quomodo munus suum ingrediantur. 161. scipio dignitatis infigne. 161. quis iusiurandum praeceat. 161. iurisiurandi formula. 161. 162. a Mareschalco curiae praestitum a supremo non repetendum. 163. eorum munia. 164. aulae Magistri. 164. 170. in aulicos iurisdictione. 164. in prae-

## INDEX RERVM.

praefectum militis praetoriani. 164. iudices  
 in Regis palatio & extra palatium. 165. quae  
 etiam Regem sequitur. 165. a decretis nulla  
 prouocatio potest tamen Rex poenas lenire  
 & remittere. 165. interdum causas ad Re-  
 gem referunt. 166. edicta. 166. edictum per-  
 petuum. 166. inde articulos Mareschalcales  
 in comitis non legi. 166. qui tamen ex-  
 eundi. 166. 167. iudex Mareschalcalis eius-  
 que iusiurandum. 167. notarius qui pariter  
 iurat. 167. Iudaeorum securitas Mareschalcis  
 commendata. 167. iurisdicção circa defuncti  
 Regis corpus. 168. iudicii capturalis genera-  
 lis iudices ordinarii. 168. Mareschalcales mi-  
 lites. 168. Mareschalci rerum venalium pre-  
 tium in aula statuunt. 169. forale recipiebant,  
 quod iam abrogatum. 169. 170. in ciuitati-  
 bus tamen maioribus Prussiae, praesente Rege,  
 Magistratus rerum pretiis attendunt. 169. 170.  
 Mareschalcos legati exterorum Principum de suo  
 aduentu certiores reddunt. 170. quibus ho-  
 spitia prospiciunt. 170. eadem Ordinibus in  
 comitiis assignant. 170. ne exteri publicis ne-  
 gotiis se immisceant, aut infames in aula ver-  
 sentur, attendunt. 171. 172. nec non ut in  
 Senatorum conclauis omnia decenter fiat. 171.  
 172. Senatores sententias rogant. 172.  
 quae in aula fieri debeant, promulgant. 172.  
 Nuntiis in Senatorio conclauis censendi faul-  
 tatem concedunt. 172. Regi seipiones prae-  
 ferunt.

## INDEX RERUM.

ferunt: 172. 173. absentium Cancellariorum partibus funguntur. 174. 175. pro Ducibus imperium militare exercitum. 176. alia in Polonia alia in Lituania munia exercent. 176. par utrisque in Liuania & Curlandia auctoritas. 176. 177. in Prussia tantum Mareschalcorum Regni. 177.

Mareschalcorum absentium Regni vices subeunt Lituaniae Mareschalci, & vicissim. 168. 178.

Mareschalci quo ordine ante Regem incedant. 178. num inter ipsos conuentio, vt semper vnus in aula praesens sit. 179. qui inter eos ordo. 179.

Mareschalculus curiae non semper fit supremus. 163. supremo praesente potestatem non exercet. 177. 178. de loco cum Lituaniae Cancellariis controuersia, quae composita. 178. 179. Mareschalci terrarum in Lituania. 314. iurant. 314. officium. 314.

Mareschalculus Nuntiorum, vid. *Nuntiorum Mareschalculus.*

Masouiae proceres quando in Senatum recepti. 45. in Masouia Regis vicarius, qui abrogatus. 135. Palatinus caeteris Palatinis auctoritate aequatus. 135.

Metricae cancellariorum. 191. quae in metricas referenda scripta. 197. metrica Turcorum praeda. 197. scripta ex metricis edenda. 197. Cancellarii inter se scripta pro sua metrica communicant. 197. vnde metricae nomen. 197.

Me-

## INDEX RERVM.

**Metricae notarius seu praefectus.** 198. a quo  
 creetur. 198. muneris huius fines. 198. mu-  
 nus per totam vitam collatum. 198. iusiur-  
 randum. 198. duo in Regno, vnus in Litua-  
 nia Notarius. 198. 199

**Mieczislaus I. Princeps christianus in Polonia  
 primus.** 631.

**Militaris commissio, vid. *Bellica commissio.***

**Milites Ordinum consensu scribendi.** 470. quod  
 leges & pacta Regum conuenta praecipiant.  
 471. ex Senatus consilio auctus probatur. 471.  
 Regi potestas augendi numerum concessa. 471.  
 lecti sine ordinum consensu dimissi. 472.  
 lecturi milites sine Ordinum consensu, fama  
 & bonis multandi. 472. neque ob turbas in-  
 testinas militem augere, Regi licet. 472. per-  
 duelles qui Republica inscia militem scripturi.  
 472. de augendo milite in comitiis actum.  
 473. olim neque perpetuus neque stipendia-  
 rius fuit miles, omnibus incolis in bellum euo-  
 catis. 475. qualis olim militia. 475. 476.  
 quando stipendiaria coeperit. 476. domi le-  
 gendi milites non aliunde arcessendi. 476. de  
 illorum stipendiis olim sancita. 477. a quo  
 tempore perpetui repetendi. 477. in equites  
 & pedites diuisi. 479. equitum diuisio. 481.  
 dragones. 482. auctoramenti duplicis. 484.  
 485. auctoramenti Poloni. 485. externi. 485.  
 rei tormentariae. 485. vtriusque auctora-  
 menti

## INDEX RERVM.

- menti numerus. 486. miles Regni praetorianus. 486. eius Praefectus. 486. 487. numerus militum Lituaniae. 487. praetorianus. 487. ex utroque praetoriano Regi bina regimina concessa. 488. disciplina. 495. hospitia. 495. lustratio. 496.
- Militum numerus ne minuatur. 279. 495. stipendium augendum. 279. pro illis codex legum componendus. 280.
- Militum stipendium certum. 488. quando praestetur. 488. quid ex stipendio remanens dicatur. 489. de stipendio quid nouissime constitutum. 490. augendum. 490. quae olim stipendii ratio. 491. stipendio non praestito confoederationes olim militares. 492.
- Milites curienses. 477. 478.
- Milites perpetui in Lituania pro securitate finium. 478.
- Milites quartani. 478. ne sine Ordinum consensu augeantur. 478.
- Milites Cosaci. 481.
- Milites Tattari. 482.
- Milites Hungari. 420. eorum centuriae. 487.
- Milites ex bonis Regiis lecti, qui iugerales. 479. pro illis pecunia imperata & aucta. 479. horum militum ordinatio. 480. praefectus. 480.
- Milites a proceribus conducti. 482. 483. ex ordinationibus maiorum. 493.
- Milites externi. 476. ne sine Ordinum consensu arceantur. § 10. secus publici hostes habendi.

# INDEX RERVM.

511. Regnum ingredi sine mora excedant.  
 511. illorum vsus Ordinum consensu. 511. 512.  
 Ministri Senatorii ordinis. 512. numerus. 512.  
 nomina. 512. quando in Senatum recepti. 513.  
 loca post Castellanos illustres. 513. 514. ubi  
 & quo ordine in comitis suas habeant sedes.  
 514. & in iudiciis relationum. 514. quo or-  
 dine censeant. 515. quod sit alio quam Sena-  
 tores in comitis & Senatus consilijs consenti die  
 515. 390. 391. non possunt simul esse Pala-  
 tii aut Castellani. 515. neque exercitijs  
 praeesse. 516. neque vni duo ministeria exer-  
 cere licet. 516. 517. non vni familiae duo mi-  
 nisteria, aut vnum ministerium & exercitus  
 praefectura conferenda. 517. possunt esse Ca-  
 pitanei iurisdictionales & Capitanei maioris Po-  
 loniae generales. 517. vt & in Prussia huius  
 provinciae Thesaurarii. 518. ministeria aut per  
 omnem vitam geruntur aut cum altiore digni-  
 tate permutantur. 518. frustra tentatum, illa  
 certo tempore circumscribere. 518. Ministri  
 in aula frequentes. 518. Regem etiam in iti-  
 neribus comitantur, non tamen omnes. 519.  
 facti saepe ex Palatinis & Castellanis. 519.  
 titulus, 519. praeter Thesaurarios non habent  
 constitutum salarium. 226.  
 Mollis impositum tributum. 518.  
 Monetae in Polonia antiquitas. 577. 578.  
 Monetalem rem Principes cum illis Senatoribus  
 tractabant. 578. quae postea cum Nobilitate  
 communicata. 579. Ordinum decreto pecunia  
 Tom. II. Y y Cuda-

## INDEX RERVM.

cudatur. 579. cudendae monetae facultas Re-  
 gi reddita. 579. Polona, Lituana & Prussica  
 moneta aequata. 579. 580. qui de re mone-  
 tali in consilium adhibendi. 581. ex moneta  
 nullum captandum lucrum. 581. 582. hic pra-  
 uae monetae fons. 582. officinae monetales  
 priuatis locatae. 582. inde publicum damnum.  
 582. & moneta in dies prior. 587. monetae  
 vulgaris & bonae distinctio. 583. officinae mone-  
 tales clausae. 585. de moneta per longum inter-  
 uallum nihil constitutum. 585. pecunia alibi cusa  
 in Poloniam quasi Polona inuenta. 585. Geda-  
 nensibus & Thorunensibus cusio monetae man-  
 danda. 585. cudi pecuniam tandem decretum.  
 586. commissione monetali instituta nummi  
 argeatei & cuprei cusi sunt. 586. fructus ex  
 moneta a Rege Republicae concessi. 587. quos  
 iam Respublica Regi reddidit. 587. consilia de  
 moneta ad commissiones thesaurorum transla-  
 ta 221. proba moneta cudenda. 222.

Mostovnici in Lituania. 316.

Munitionibus caret Polonia. 508. si veteres re-  
 parandae aut nouae excitandae Ordinum con-  
 sensu opus est. 509. quid Reges in suis pactis  
 de illis promiserint. 509. 510.

Myszkovii Marchiones. 13. quorum titulus ad ali-  
 am familiam transiit. 13. Myszkoviana ordinatio.  
 483. N.

Neophyti qui sint. 17. ne bona terrestria acqui-  
 rant. 17. quidam illorum in Lituania ad iura  
 Nobilium admissi, quibus bona terrestria ha-  
 bere licet. 17. No-

## INDEX RERVM.

**Nobiles** dicuntur tetrigenae, illorumque bona  
 1. 2. praes alii ciues regni. 2. libertas.  
 3. soli curant Rempublicam. 2. ex illis Regni  
**Ordines** 8. qui Veri Nobiles. 8. non solum  
 nascuntur sed etiam fiunt. 9. omnia iura ae-  
 qualia. 9. consilium de diuidendis in duas clas-  
 ses Nobilibus. 9. leges pro Nobilium aequa-  
 litate. 9. cui titulorum diuersitas officere ne-  
 quit. 9. unde diuersitas & ordo. 10. leges  
 contra ceteros titulos. 10. inter Nobiles fra-  
 ternum nomen. 14. qui iuniores, qui seniores  
 fratres. 14. patet illis ad Regium fastigium ac-  
 cessus. 15. soli possunt habere bona terrestria.  
 15. solum ex Regis fodinis minore pretio  
 recipiunt. 19. 20. Ne in carcerem conici-  
 antur nisi iure victi. 22. qui excipiantur. 22.  
 23. Ne bona fisco addicantur, aut ipsi honori-  
 bus priuentur nisi iure victi. 23. poena homi-  
 cidii. 24. illorum iura ad solos indigenos, qui-  
 bus olim etiam aduenae fruebantur. 25.  
**Nobiles aduenae quomodo indigenae creandi.** 25.  
 26. officio collati indigenatus in legibus men-  
 tio 25. veri Nobiles & bene meriti ad indige-  
 natum admittendi. 26. nati indigenatum in  
 P~~rovincia~~ domicilium transferant. 29. honore  
 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 26. indigenatus Romanis  
 26. catholicis conferendus. 26. & si aliis collatus,  
 religionem illam amplectantur. 26. Regi &  
 Reipublicae iurant. 26. 27. quomodo indige-  
 natus collatus declaratur. 27. indigena a tri-  
 bunali declaratur pro indigena habitus non est.



INDEX RERVM.

27. indigenatus a fide Rege collatus post-  
 riore constitutione approbatur. 27. quidam  
 statim ad dignitates & publica munia admit-  
 tuntur. 29. quod alias illorum pronepotibus  
 contingit. 29.
- Nobiles non nati quomodo creandi. 29. anti-  
 quum exemplum 29. 30. creatorum nomina  
 legibus inferuntur. 30. aut sint Romani catho-  
 lici aut fiant. 30. interdum statim possunt obti-  
 nere dignitates & publica munia, alius demum  
 illorum pronepotes. 30. nobilitas salvo iure  
 scartabellatus collata. 31.
- Nobiles ne suam nobilitatem cum plebeis com-  
 municent. 32. ignobiles insignia Nobilium ne  
 sibi arrogent. 32. poena eorum qui falso alii  
 arrogatae sibi nobilitatis accusant. 32. suspecta  
 nobilitas 33. quomodo nobilitas amittatur. 34.  
 nobilitas magistratibus collata. 34. decreto  
 amittitur nobilitas. 35. amissa quomodo resti-  
 tuti possit. 35.
- Nobiles mediati & immediati. 219. immediati  
 publicorum consiliorum participes efficiunt al-  
 terum ordinem. 38. 229.
- Nobilium lustrationes. 505. 506.
- Nobilitatis Nuntii, vid. *inf. Nuntii nobilitatis.*
- Notarii magni Regni & Lituaniae. 264. nume-  
 rus Notariorum Regni auctus. 264. munus &  
 iuramentum. 264. 265. iudiciorum assessoria-  
 rium assessores. 265.
- Notarii campestris. 280. cur instituti. 280. ius-  
 iuramentum. 280. quae leges illis intendant. 280.

## INDEX RERVM.

- exercituum lustratio illis commendata. 280.  
 281. stipendium. 282. ne sint simul Senatores.  
 282. munus Notarii absentis supremo excubiarum Praefecto per iusiurandum mandatum.  
 282.
- Notarii consilii bellici. 289.
- Notarii decretorum. 294. officium & iusiurandum. 294. assident iudiciis assessorialibus. 294. censent ad deliberandum. 294. scientia. 294. nobilitas. 295.
- Notarii terrestres. 311. iurant. 311. sint faeculares. 312. interdum illis alii in tempus surrogantur. 318. 319.
- Notarii castrenses. 318. illis alii surrogati. 319.
- Notarius seu Secretarius comitiorum. 373. quem comitorum Mareschalcus creat. 373. eius munia 373. 374. olim non iuravit. iam iurat. 374. iusiurandi formula. 374. quando a Mareschalcoco creandus. 374. honorarium. 374.
- Nuntii nobilitatis ad comitia 38. a quo tempore comitia frequentare coeperint. 39. minor olim illorum potestas. 39. iam nihil sine illorum consensu decernendum est. 40. Nuntius electus, qui antea Senator, quoque ad Senatoriam dignitatem rediit. 228. 229. Nuntiorum numerus certus. 229. qui supra numerum non locum inter eos habent. 229. 376. ex Prussia numerus antea incertus iam definitus. 230. numerus aliarum terrarum lege auctus. 230. sint Nuntii Romani catholici. 231. 232. lex in dissidentes lata, repetita & in pa-

## INDEX RERVM.

- Etis conuentis confirmata. 232. Nuntiorum auctoritas vt vel vnus comitia ruperit. 233. quid olim in hac re obtinuerit. 233. primum ruptorum ab vno Nuntio comitorum exemplum. 234. quod postea repetitum saepius. 234. consilia ab vno nuncio inhihentur. 234. vox actiua & libera. 234. vox libera lege firmata. 235. commendatur idem sententium pluralitas, quae aliis displicet. 235. quid aduersus illam allegari possit. 235.**
- Nuntii non possunt in comitia mitti, nisi consentibus suis peractis. 328. 329. neque ex conuentu venire litteris Regiis non inducto. 329. Nuntius in comitiis Senator creatus, statim Nuntius esse desinit. 373. in eos inquirendum num sint legitimi. 375. poena in eos, qui falsa obiciunt, legitimos non esse. 375. soli Nuntii possunt Nuntiis controuersiam mouere. 376. exemplum contrarium 376. ex diuersa religione controuersia. 376. intercessio in comitis. 424. de tempore, quo intercedendum. 425. iusiurandum contra intercessionem ex priuata causa frustra propositum. 425. opera vt intercessor a sua contradictione desistat. 425. 426. intercessores plures. 426.**
- Nuntiorum Marechalcus debet ante omnia eligi. 353. qui praesit Nuntiis dum nouus Marechalcus eligitur. 357. num vetus praesse queat, si Nuntius non electus. 357. 358. qui absentis Marechalci vices subeat. 358. Marechalci abeuntis vicarius. 356. 359. electio, quae**

## INDEX RERVM.

quae saepe tardata est, festinanda. 359. quando peragenda. 359. 360. ante Marschalci electionem, comitia aliquoties irrita. 360. electio remotis arbitris. 360. Marschalci minus facundo, facundior susceptus, 361. per vices ex tribus gentibus eligendus. 362. vices non semper obseruatae. 362. 363. Marschalci ex numero Castellanorum minorum vetus exemplum. 363. Marschalcatu in sequentibus comitiis in vno ne continetur. 364. prorogata comitia tamen sub priore Marschalco. 364. eligendi modus 365. 366. 367. Marschalci noui iusiurandum. 368. nouo Marschalco scipio, auctoritatis insigne traditur. 368. Marschalci munia. 369. 370. honorarium. 370. 371. praeter pecuniam praemia alia. 371. aegrotantis vicarius. 372. eius electio Regi nuntiat. 375. 377. 378. exemplum Marschalci suam electionem nuntiantis. 378. locus quando Senatum ingreditur. 381.

**Nuntiatorum Papae iudicia.** 627. vbi exercentur. 627. quae causae iudicantur. 627. iurisdictio interdicta & reddita 627.

### O.

**Olcussiensis s. Ilcussiensis officina monetalis.** 588,

**Olesnicii Comites.** 11.

**Oppidani.** 2. olim publicis negotiis adhibiti. 3. ne possideant bona terrestria. 16. ciuitates, quae illa possint habere. 16.

**Ordines.** 36. sunt illorum duo. 36. modo vnus, modo ambo in consilium adhibentur. 36. nihil

## INDEX RERVM.

- hil sine illorum consensu constituendum. 40.  
 quomodo eorum auctoritas creuerit. 41.
- Ossolinii** Principes. 12.
- Ostrogis** Principes. 11. familia extincta. 11.  
 Ostrogiana ordinatio. 483.
- P.
- Pactorum** conuentorum cum iureiurando Regio  
 in comitiis lectio. 382. quo die legantur. 382.  
 legenda integra nihil omittendo. 383. lectio  
 abrupta & postea continuata. 383. quare le-  
 guntur. 385. monitio Senatorum & Nuntio-  
 rum. 383. non in omnibus comitiis lecta. 383.
- Palatinorum** locus in Senatu. 121. vnde nomen.  
 121. origo in Polonia. 121. quomodo poloni-  
 ce appellantur. 121. Comites & palatii Prin-  
 cipes. 121. 122. palatinatus. 121. horum  
 nomen recentius est Palatinorum nomine.  
 122. Palatini Poloniae praefuisse dicuntur.  
 122. exercitibus praepositi. 122. amplioribus  
 terris praepositi. 122. Principis a consiliis  
 postea Senatores. 123. numerus illorum au-  
 ctus. 123. inter eos ordo. 123. 124. qui-  
 dam dicuntur generales. 128. quorundam ti-  
 tulus mutatur. 128. vnus non potest duobus  
 palatinatibus praeesse. 128. neque esse simul  
 Castellanus aut Minister Senatorius. 129. 130.  
 exemplum Palatini qui a duobus palatinibus  
 appellari voluit. 131. possunt Palatini esse  
 exercituum duces. 131. 132. in Polonia prae-  
 ter Cracouiensem, nequeunt Palatini intra  
 suum palatinatum, capitaneatum cum iurisdic-  
 tione

# INDEX RERVM.

- sione habere 130. exercent iudicia. 134. iurisdictione in Iudaeos. 134. habent suos Vicepalatinos. 134. ducunt Nobilitatem in bellum. Passim dicere sententiam. 425.
- Pax**, de ea cum Ordinibus deliberandum. § 14. quod se facturos Reges in suis pactis promiserunt. § 14. idem exemplis probatum. § 14. § 15. de pace legati § 15. mandata § 15. in cunctis Ordinibus pax composita. § 15. de facta pace in comitiis relatio. § 16. in Senatus consilio. § 16. pax constitutionibus & Regni metrica inserta. § 16. § 17. pacis veteris instauratio in aula Regia. § 16. pax sine mandato. § 17.
- Pecunia**, vid. *Moneta*.
- Petri denarius**. 631. Regi donatus olim. 631. exigi desuit. 631.
- Pergamenae litterae**. 196.
- Piltensis tractus in Curlandia**. 117. de eo controversia. 117.
- Pincernae Regni & Lituaniae**. 262. 263. Subpincernae. 263.
- Plocensis episcopatus origo**. 104.
- Plocensis Episcopus**, in pultoviensi tractu in civilibus supremus Dominus. 104.
- Plocensis Praepositus** habet titulum Principis Silesiunensis. 104.
- Pocillatores Regni & Lituaniae**. 262. inter Pocillatorem & Pincernam, discrimen. 263.
- Podoliae generalis Capitaneus**. 300.
- Polocensis Palatinus** a sua Nobilitate eligitur. 120.
- Poloniae maioris Capitaneus**. 297. quot sub eo

Y y §

capi.

## INDEX RERVM.

- capitaneatus. 297. non simul potest Palatinus aut Castellanus Posnaniensis & Califfiensis esse. 298. non potest praeter suos alium capitaneatum iurisdictionalem habere. 298. simul Minister Senatorius esse potest. 298.
- Poloniae minoris Capitaneus generalis. 298. 299. Capitaneus Cracouiensis etiam dicitur. 299. iurdictio amplior quam aliorum Capitaneorum. 299. intra vnum tamen palatinum Cracouiensem. 299.
- Poniatovicii Principes creati. 10. 13.
- Poparcie. 417.
- Possessionati qui in iure publico dicantur. 15.
- Posnaniensis episcopatus solus olim in Polonia. 62. a quo & quando institutus. 101. incolarum immunitas a Ducis iurisdictione & tributis. 102.
- Posnaniensis Episcopi locus. 100. omnium Episcoporum antiquissimus. 100. qui primus. 100. olim Poloniae Episcopus appellatus. 101. olim sub Magdeburgensi Archiepiscopo. 101. antiquum ius cutendi monetam & venandi. 103. Varsovia in eius dioecesi. 102. 103. Primate & Episcopo Cuiaviensi absentibus Regis electioni praest. 103.
- Posnaniensis Palatinus an cum Cracouiensi de loco alternet. 124. non potest simul esse maioris Poloniae Capitaneus generalis. 132. 133. idem de Castellano dicendum. 140.
- Posnaniensis & Califfiensis palatinatus simul celebrant

## INDEX RERVM

- lebrant suos conuentus 324. quisque tamen  
 suos Nuntios seorsum ad comitia mittit. 324.  
 Premisliensis episcopatus. 112.  
 Prussiae ciuitates maiores ad prouinciae consi-  
 lium pertinent. 4. quae minorum ciuitatum  
 conditio. 4. earum ciues possunt habere bona  
 terrestria, vt & ipsae ciuitates maiores. 16. 17.  
 Prussia quomodo a Rege in ditionem recepta. 39.  
 habet suum consilium cuius pars Senatui  
 Regni adscripta. 45. 51. iura publica. 597.  
 ius priuatum. 597. Nobilitatis terrestre. 597.  
 quando eius Nobilitas se Polono tribunali sub-  
 miserit. 612. eius Palatini soli in suo palatina-  
 tu habent capitaneatum cum iurisdictione.  
 Prussiae indigenatus in generali conuentu con-  
 uenta confertur. 28. nobiles indigenae bona ter-  
 restria & ciuitatibus domos possunt habere. 18.  
 Prussia habet suum Thesaurarium. 225. 226.  
 eius origo, munia, salarium & reditus alii. 300.  
 301. habet suum Ensisferum. 301. Vexillifera-  
 tus & subdapiferatus ibidem breui desierunt.  
 301. 306. Nuntiorum numerus ad comitia  
 antea incertus iam definitus. 230.  
 Prussi praeter conuentus particulares conuentum  
 suum generalem celebrant. 324. 325. 331.  
 332. conuentus postcomitiales. 435. irrita  
 declarant, quae aduersus se in comitiis decre-  
 ta. 436. ad Polonorum confoederationes  
 non accedunt. 444. 445. stipendium exerci-  
 tus Regni conferunt. 488. 489. ad expeditio-  
 nem Nobilitatis generalem extra suos fines  
 non



## INDEX RERVM.

non obligantur. 503. 504. sciscunt tributa in conuentu suo generali post comitia. 545. a vectigalibus in sua prouincia immunes. 561. 563. queruntur de nouis in Polonia vectigalibus 564. quae tributorum genera apud eos in vſu. 567. habuerunt suam monetam. 580. ius cudendi maioribus concessum. 580. moneta cum Polonorum aequata. 580. 581. in consilium de moneta adhibita. 581.

Prussiae Dux habet ius cudendi monetam. 580. aequalis Poloniae monetae. 581. de re monetali in consilium adhibitus. 581.

Prussiae Rex. De titulo Regio controuersia composita. 519. foedus perpetuum. 520. quoties repetendum. 520. controuersiae componendae. 520. copiae auxiliares. 506.

**Q.**  
**Quarta bonis Regiis imposita.** 568. 569. 170. horum bonorum lustratio. 568. quomodo quarta conferenda. 569. cura quartae commissioni thesauri mandata. 569. duplicata. 571. quarta noua in rem tormentariam. 571. quadruplex. 571. distincto inter veterem & nouam sublata. 571. noua bonorum Regiorum lustratio. 571. 572. tariffae quartae. 572. duplex quarta pro primo anno a nouo possessore praestanda. 572. quarta in Lituania. 573. ibidem duplex. 573. noua in Lituania ordinata. 574. poena in debitores. 574. 575.

**Quartani milites.** vid. *Miles quartanus.*

**Quartus grossus.** genus tributi. 551.

R.

# INDEX RERVM.

- Radii Principes.** 11.  
**Recessus.** Quid sit in recessum referre. 408.  
**Religio Respublicae** vide. 211.  
**Referendarii** quatuor. 247. sacri & saecularis or-  
 dines. 247. quales & cur instituti. 247. 248.  
 iusiurandum. 248. iudicia exercere solent in-  
 terdictum. 249. quando habere coeperint.  
 249. iudicia nuper abolita. 249. affident iudi-  
 cibus assessorialibus. 249. 250. inter sunt rela-  
 tionum iudicis. 250. 690. quae in ortum in iu-  
 dicis comitialibus partes. 250. sint in aula  
 praesentes 250. exemplum Referendarii simul  
 Senatoris. 250.  
**Referendario** iudicia quas causas iudicabant.  
 425. sine appellatione 625. decreta. 625. 626.  
**Iudiciorum** tempus. 626. locus. 626. qui iu-  
 dicio affidebant. 626. iudicis his abrogatis,  
 causae ad iudicia assessorialia remittuntur. 626.  
**Regentes** cancellariae. 195.  
**Religio** christiana in Poloniam iudicia 631. Ro-  
 mana catholica sola olim exercita. 632. qui ab  
 ea successerant haeretici appellati. 633. in eos  
 Sigismundi I. edicta. 633. horum numerus &  
 species. 633. in Senatu & equestri ordine. 633.  
 634. a Religione catholica decedentes pro  
 arianis habentur. 652.  
**Manens** ex stipendio exercitus Regni 489.  
**fidentes** quales esse debeant. 525.  
**Prætor** iura cum Ordinibus exercet. 455.  
**iura** causa ius exercitii & quae illa iura. 455.  
 quae

## INDEX RERUM.

- quae eius olim in decernendo potestas. 36.  
haec potestas cum Ordinibus communicata &  
Regis imminuta. 41.  
Rokofz quid sit. 451. in numero confoederatio-  
num non habendus. 451.  
Ruffia, Controuerfia de titulo Caefareo compo-  
fita. 519.
- S.
- Sal ex Regiis fodinis nobilibus fuppeditatur. 19.  
20. inde fal trimeftris. 21. falis ex fodinis vfus  
legibus praecipitur. 20. horrea feu camerae  
vbi fol deponitur. 20. falis bancus. 20. pre-  
tium fingulorum bancorum & doliorum. 21.  
pretium agendum. 21.  
Salisfodina Cunigunda appellata. 19.  
Samogitiae epifcopatus. 112.  
Samogitiae Capitaneus inter Palatinos. 126. 127.  
a Nobilitate eligitur. 128. non potefl: fimul  
aliam dignitatem gerere. 130.  
Samogitia pro vno, duo habet iudicia, terreftria;  
312. quid de eius Ciuium notandum. 315. pro  
vno duo Capitanei iudiciales. 317.  
Sanguifcones Principes. 11.  
Sapjehae Principes. 12.  
Scabini in Pruffia. 311. iusiurandum. 311. duo  
scabini Thorunenfes. 311.  
Scartabelli. 29. 30.  
Secretarius Regni maior quando inftitutus. 245.  
fecretiorum confiliorum confcius. 246. poft  
hunc maior Secretarius in Lituania. 246. ius-  
iurandum. 246. ambo facti ordinis. 246. ad-  
di

# INDEX RERUM.

diti duo seculares. 246. quando illorum opera adhibentur. 247. assessores iudiciorum assessorialium. 247. ne sine iusta causa ab aula absint. 247. vnus interest Senatorum consiliis hebdomadalibus. 441.

Senatores olim Praelati & Barones dicti. 36. nulla illos consulendi olim necessitas. 36. 37. praeter eos etiam dignitarii & officiales adhibiti. 37. qui Senatum constituent. 42. eorum munus certis dignitatibus inhaeret. 42. Senatores quales esse debeant. 43. sint Nobiles. 43. iusiurandum. 43. 44. nouus Senator Regi gratias agit. 44. quod etiam fit, quando altiorem gradum obtinet. 45. 390. numerus Senatorum. 45. 46. soli Senatores Regis a Consiliis. 47. extranei ne adhibeantur. 47. Senatores ad aulam residentes. 47. 48. in iudiciis relationum. 48. in comitiis. 49. habent ius intercedendi. 49. sententiae in Senatus consiliis. 49. 50. in iudiciis. 50. extra Regnum publico consensu proficiscuntur. 50. titulus. 50. redditus. 51. qui inter Senatores primi. 61. primarii Senatoris titulus. 61. Archiepiscopi & Episcopi de Republica consulti. 62. num soli. 62. magna prae saecularibus auctoritas. 62. certabant olim de loco cum Masouiae Ducibus. 71. natores quando in comitiis censent. 389. 390. eorum sententia interdum ab aliis legitur. 390. in suis sententiis relationem egrediuntur. 390. Regi priuatorum merita commendant. 390. censendi spatium. 390. censendi facultas interdum

- dum a Nuntiis negatur. 391. vt sententias continuarent non permiffum. 391. in comitiis nominantur, quibus circa Regem verfantum. 416.
- Senatus confilium poft comitia. 437. non femper habitum. 437. tempus inter comitia & Senatus confilium. 437. antea Senatores docentur, de quibus confultandum. 438. comitiis irritis 438. comitiis non habitis. 440. modus cenfendi. 439. abfentium fententiae lectae. 439. decreta qua lingua publicantur. 439. 440. confilia hebdomadalia. 441.
- Senatus confulta extra comitia, in comitiis leguntur. 385. 386. omiffa lectio aegre lata. 386.
- Sigismundi I. edicta in haereticos. 633.
- Sigismundus Auguftus in religione remiffior. 633. rumor, ac fi auita lacra renuntiare voluerit. 633. indulget exercitium religionis Auguftana. 633.
- Smolenicenfis epifcopatus. 118.
- Smolenicenfis Epifcopus primus. 118. locus in Senatu. 118. reditus imminuti. 118.
- Stabuli praefectus, idem qui agafco & agafonum magifter. 262. praefectus equifonum. 262. folum gerit titulum. 262. Regni & Lituaniae fubpraefecti. 262.
- Statutum Thorunenfe 23.
- Staniflaus (S.) Epifcopus Craccuienfis. 98. in eius honorem ordo nuper inftitutus, vid. Praefatio.
- Subfidium contributionis generalis. 552. 553. exercitui regni in ftipendium. 553.
- Succamerarii Regni & Lituaniae, funt cubiculi Regii

## INDEX-REPERVM.

Regii supremi praefecti. 255. prima Camera-  
 rii & Subcamerarii mentio. 255. dignitatem  
 hanc abrogare, frustra tentatum. 255. primus  
 in Lituania Succamerarius. 255. Succamerario-  
 rum munia. 257. Regis persona ipsis potissi-  
 mum commendata. 256. exemplum Succame-  
 rarii Regem clam ex Regno abeuntem inse-  
 quentis. 256. qui a Regis latere in praetis non  
 discessit. 256. ne sine iusta causa ab aula absen-  
 tes sint. 256. Succamerarii qui Regis gratia  
 floruerunt. 257. quod officium legatis & Ar-  
 chiepiscopo Gnesnensi praestent. 257. Succa-  
 merarii interdum Senatoribus collatus. 257.  
 iniuriandum. 257. 258. controuersis de finibus  
 non adhibentur. 256. insigne. 258. ascensus  
 ad Mareschalcatum. 258.

Succamerarii, in Prussia Consiliarii extra eam  
 equestris ordinis. 306. finium controuersias  
 non dirimant. 309.

Succamerarii quidam dicuntur generales. 308. iu-  
 dicant de finibus controuersias. 308. iniuri-  
 andum. 308. habent suos Camerarios limita-  
 neos. 308. qui Succamerariorum vices pera-  
 gunt & iurant. 308. Camerarii quales. 309. ho-  
 norarium. 309. Gracouiensis Succamerarii in  
 falis sedinis potestas. 309. Succamerarius licet  
 sibi alios sed iuratos surrogare. 309.

Salcoufcii Principes. 12.

Szelguae seu solidarium tributum. 550.

Szos tributum. 557.

- Tattari milites in exercitu Lituano. 482. tributum in capita. 554.
- Tattari Polonorum auxiliares. 506. 507. stipendium illis constitutum. 506. 507. donatum. 507. quod negatur. 507. munera recipiunt. 507.
- Tenczynii Comites. 11. quibus extinctis, titulus ad aliam familiam transit. 12.
- Thesaurus Regni. 207. quae in illo custodiantur. 207. claves. 208. Ordinum consensu referandas. 208. ad thesaurum iustrandum delegati. 208. Regni insignia inde deponenda. 208. rerum & scriptorum indices describendi. 209.
- Thesaurus Lituaniae. 210. quis ad illum claves servat. 210. iustratio. 210. custos eiusque iustrandum. 211.
- Thesaurarii commissio in Regno instituta. 212. Commissariorum iustrandum. 213. Praefes. 213. quoties singulis annis exercenda. 213.
- Notarius & Regens. 213. quae a commissione estanda. 214. Commissarii novi. 214. salarium. 214. commissio publicis redibus attendat. 215. quae sibi arrogare nequeat. 215. cura bonorum Regionum. 215. rationes in comitiis exhibendae. 216. debet de summo Varaviae emere. 216.
- Thesauri Lituani commissio. 213. in plerisque cum commissione Regni componi. 215. Commissarii. 215. salarium. 215. quae pro Regni commissione sancita probat. 216.
- Thesaurorum commissiones stituunt quod utile
- Al. sibi.

## INDEX RERUM.

- fuerit, 218. pro Thesaurariorum Notariis, Com-  
 missionum Notarii. 224. ceteros officiales pa-  
 riter Commissiones eligunt. 225. bona Regia  
 vacua occupant. 223. in comitiis rationes ex-  
 hibent. 222.
- Thesauri tribunal, in Regno.** 620. non fuit perpe-  
 tuum. 620. potestas. 620. ubi habitum. 620.  
 621. iudices. 621. honorarium & viaticum.  
 621. Praefectus. 621. Marefchaleus. 621. iudicium  
 iusiurandum. 621. affidebat Thesaurarius. 621.  
 622. officium. 622. decretum. 622. sumtus. 622.  
 Notarius. 622. tribunal abrogatum. iurisdic-  
 tione ad thefauri commissionem translata. 230.  
 622.
- Thesauri tribunal in Lituania.** 623. iudices. 623.  
 honorarium. 623. iusiurandum. 623. Notarius.  
 623. furtitas in tribunal. 624. fublatum. 622.  
 624.
- Thesaurarii supremi.** 206. Regni prima mentio.  
 206. eodis nomina in veteri statuto describuntur.  
 206. iusiurandum. 206. falarium. 214. 219.
- Thesaurarius supremus Lituaniae.** 206. 207. sala-  
 rium. 215.
- Thesaurarii Reipublicae fungus & reditus cura-**  
 bant. 211. 212. etiam fipendia militum eto-  
 gabant. 212. quartam recipiebant. 212. iam  
 illorum potestas circumfcripta est. 212. non  
 poterant plus expendere quam in comitiis de-  
 cretum. 216. quomodo ipfi, ipforumque hae-  
 redes antea rationes reddiderint. 217. thesau-  
 ri reditus & sumtus. 217. reditus iam aucti.



## INDEX RERUM

217. quomodo reditus restituendi. 218. integritas in expendendis redditibus promissa. 218. rei monetali praesuerunt. 220. vetus de hoc statutum. 220. iam res monetalis ad commissionem thesaurorum translata. 221. eadem commissiones defuكتورum. Theaurariorum vices obeunt. 224.
- Theaurarius curiae Regni. 251. salarium. 254. exemplum Theauraris qui ecclesiasticus. 251. munus hoc solis saecularibus affectum. 252. officium 252. quod per thesauri commissionem se iam aliter habet. 252. iniurandum. 252. quod coram commissione thesauri praestat. 252
- Theaurarius curiae Lituanae. 253. salarium. 255.
- Theaurarii curia non administrant. ut ante thesaurum, supremo thesauro defuncto. 253. neque semper supremi Theaurarii quaedam. 253. non habent in rebus thesauri peculiarem potestatem. 254. additi assessoribus iudiciorum assessorialium, quo munere max exempti sunt. 254.
- Thorunum habet bona nobilium. 16. antiquis suis munimentis nudatum. 509.
- Tituli peregrini legibus prohibiti. 10. quibus permitti. 11.
- Tomicius (Pet.) Cancellariorum pater & norma. 191.
- Tormentariae rei praefecti. 283. 284. quem locum inter dignitarios habeant. 283. quibus olim huius rei cura mandata. 283. 284. iniurandum & munia. 284. praefectio in exercitu.

## INDEX RERVM.

- cito. 284. sumtus in rem tormentariorum. 285. 286.  
 sumtibus ex publicis tributis subueniendum. 286.  
 rationes reddendae in comitiis. 287. quod iam fit  
 eorum commissione bellica. 287. a qua de rationi-  
 bus ad Ordines referendum. 287. quam diu munus  
 hoc exerceatur. 288. possunt Praefecti simul esse  
 Senatores, sed non aliud munus bellicum gerere.  
 288. stipendium. 289. ad rationes eorum expedi-  
 endas antea Senatores & Nuntii delegati. 394.
- Tribunalia.** 611.
- Tribunal in Polonia.** 611. in Lituania. 611. in Polo-  
 nis non omnes palatinatus vno tempore tribunal  
 receperunt. 611. 612. quando Prussi se submise-  
 rint. 611. 612. quo tempore Petricouiae & Lubli-  
 ni habentur. 613. qui Petricouiae, qui Lublini iu-  
 dicati. 613. loca tribunalium. 613. tempus. 613.  
 iudices. 613. ecclesiastici. 614. insinrandum iudi-  
 cium. 614. Mareschalcus. 614. 615. Praeses. 614.  
 615. causae indicandae. 615. appellatio nulla. 615.  
 remissio causarum ad iudicia. 615. noua tribunalium  
 correctio scribenda. 615.
- Tribunal Lituani vbi.** 617. tempus. 617. Mare-  
 schalcus. 618. iudices. 618. iusiurandum. 618.
- Tribunal ecclesiasticum in Lituania.** 618. Mareschal-  
 cus. 618. iudices. 618.
- Tribunus Lituaniae.** 265. Tribuni terrestres. 313.  
 varii generis. 313.
- Tributa non sine Nobilitatis consensu.** 38. in comitiis  
 decernenda. 416-543. 544. olim a solo Principe im-  
 perata. 543. ne sint perpetua aut ex Senatus con-  
 silio exigantur. 544. in comitiis decreta in conuenti-  
 bus post comitia probantur. 445. tributorum decla-  
 rationes constitutionibus iunctae. 545. 546. in Rei-  
 publicae usum. 546. exactores. 546. 547. debitores  
 tributorum iudicati. 548. coaequatio. 548. varia  
 tributorum genera. 548-558. tributa noua aut vete-  
 rum auctio quando necessaria. 566.

# INDEX RERVM

- Procentis Castellantis inter Palatinos** idem habet. 126. 127.  
**Trinitatis (Sancti) munimentum.** 508.  
**Turcici legati quomodo excipiendi & dimittendi.** 278. 538. 539. in eos factus. 539.  
**Tympsius (And.) monetariae officinae in Poloniae con-  
 ductor.** 582. ab hoc tymphonum origo. 582. pretium  
 internum. 582. valor in Polonia. 582. 583.  
**Varmiensis Episcopus, Romani Imperii Princeps.** 12.  
 108. inter Episcopos quatuor Cancellarii. 67. can-  
 cellariatus ne conferatur. 67. locus inter Episco-  
 pos. 105. primus Episcopus. 105. olim sub Archi-  
 episcopo Rigensi. 105. iam immediate sub Papa.  
 105. quomodo Synodis Polonis interfuit. 105. Stu-  
 dum habet Sambiensis Episcopi. 106. huius tituli  
 ratio. 106. 107. de eo controuersia. 107. 108. mo-  
 netam cudendi & nobiles creandi ius. 109. Prussiae  
 Consiliarius & Praeses. 109. sit Prussiae indigena.  
 109. iusiurandum quod in Prussia praestandum. 110.  
 eius lectio. 110. sit e gremio capituli. 110.  
 Papae post electionem confirmatio. 111. redditus &  
 iura. 111. nulla ab eius decretis prouocatio. 111.  
 Episcopi Coadiutor. 69.  
**Varmiese Capitulum.** 111. debet iudicem ad tribu-  
 nal Poloniam mittere, ad quod se minime obli-  
 tum existimat. 614.  
**Vehwala.** 417.  
**Vectigal generale nouissimum.** 546. 562. vectigalia  
 alia vetera alia noua. 559. in finibus 559. infra Po-  
 loniam & Lituaniam. 559. in terra & fluminibus.  
 559. instituta noua & aucta vetera. 559. ab indu-  
 ctis & euictis mercibus. 559. alia vectigalium ge-  
 nera. 560. maximum. 561. in quantum nobiles &  
 ecclesiastici vectigalibus liberi sint. 561. a quo suo  
 iure interdum recesserunt. 562. quoque fines Prus-  
 siae Dubauiense & Fordunense vectigal. 564. ve-  
 ctiga-

## INDEX RERVM.

- Etigalibus praepositi. 564. superintendentes. 225.  
 564. 566. cura vectigalium commissionibus thesauri  
 mandata. 565. ne a Iudaeis aut hominibus plebeis  
 sed nobilibus etc. (463.)
- Velaiensis pax, quoties repetenda & confirmanda.  
 528. quare id recentiore tempore omissum. 528.
- Venetores Regni & Lituaniae (ac Venetores curiae.  
 262. 264.
- Venetorum episcopatus, pro quo Lituaniae. 117.
- Vexilliferi Regni & Lituaniae. 259. quae & quando  
 vexilla ferant. 259. 260. vexillum feudale tradunt  
 Principibus clientibus. 260. possunt simul dignita-  
 tem militarem gerere. 260. illorum vicarii Vexil-  
 liferi curiae. 260.
- Vexilliferi terrarum in Polonia: 306. 310. in Lituania.  
 310. in Prussia. 310. maiores & minores. 310. Ve-  
 xillifer palatinatus sui generalis. 310.
- Vinnae Magistratus Nobilibus aequantur. 17. 34. illo-  
 rum liberi possunt bona terrena habere.
- Vinnensis episcopatus origo. 103. frustra laborant ut  
 archiepiscopatus evadat. 103.
- Vinnensis Episcopus primus. 103. titulus Ducis suam  
 ipsi falso datus. 103. nomen Primatis Lituaniae sibi  
 arrogat. 103.
- Vinnensis Castellanus inter Palatinos locum habet.  
 126. 127.
- Vitepsensis Palatinus a Nobilitate sua eligitur. 128.
- Vlani Tattari. 382.
- Voronecii Principes. 12.
- Wielopolscii Marchiones. 13.
- Wisnievecii Principes. 11. quorum familia extincta. 12.
- Zamoyski (Io.) Cancellarius laudatur. 192.  
 Zamoysci ciuitatis munitiones. 508.  
 Zbarazienses Principes. 11. quorum nomen ad aliam  
 familiam transit. 12.

\*\*\*

## CORRIGENDA.

p. 17. l. 24. contumaces. p. 26. l. 8. eum. p. 31. l. 11. Indygenaty, p. 51. l. 8. Wyiazdu, p. 101. l. 28. aliis. p. 144. l. 26. Capitaneos. p. 145. l. 5. sequebantur. l. 10. obeuntis. p. 178. l. 11. obibat p. 184. l. 25. sed non Ordinum. p. 190. l. 3. fuerunt. p. 213. l. 16. Thesaurarius. p. 215. l. 23. salarium octies mille floreni, & Thesaurario curiae. p. 224. l. 20. qui ambo. p. 229. l. 6. parent. p. 246. l. 30. Secretarii primi. p. 283. l. 15. leges. p. 296. l. 3. a prouinciis. p. 309. l. 7. sui palatinatus. p. 335. l. 12. Marechalci electio. p. 336. l. 19. non *deleatur*. l. 20. per p. 354. l. 10. ex arce. p. 366. l. 20. nollent. p. 372. l. 2. Nagroda. p. 378. l. 19. cum. p. 397. l. 10. quibus *semel deleatur*. p. 403. l. 22. coaluerint. p. 406. l. 12. eas. p. 408. l. 9. conclauis. p. 449. l. 18. finem imposuerunt. p. 458. l. 11. consensu. p. 462. l. 6. exceptis. p. 475. l. 6. do. p. 477. l. 8. placuit. p. 478. l. 20. idem polifici. p. 497. l. 11. ueneant. p. 520. l. 2. de commerciis pacta. p. 520. l. 4. approbanda. p. 530. l. 10. comitiis. p. 540. l. 6. inferenda. p. 547. l. 22. non omnem in publicos thesauros illatam, *verba repetita semel delenda* p. 562. l. 1. A quo. p. 569. l. 20. Rauensis. p. 574. l. 24. lex. p. 577. l. 5. vncialium. p. 585. l. 5. non alio. p. 621. l. 10. ab anno *vocabulum repetitum semel deleatur* p. 622. l. 13. poloniarum. p. 623. l. 10. hebdomades exercebant, postquam causas nobilium hebdomades viginti. p. 627. l. 13. circiter quadraginta. p. 648. l. 22. sancitae.









